ICONUM
ANATOMICARUM
EXPLICATIO.

PARS PRIMA.

VENETIIS

MDCCCII.

LECTORI

S.

Magno Operi et summo longa quoque addenda esset Praefatio, si eorum consilia sequi vellemus, qui libellum edentes qualemcumque vel de artis pretio quam profitentur, vel de doctrinarum praestantia quas pertractandas suscipiunt Lectorem monitum volunt; de eo fere solliciti, ut contrarium seu minus officiosum Lectoris ipsius judicium praevertant. Cum autem ex edito Operis hujus Programmate, et ex Libri ipsius fronte satis pateat quae nostra voluntas sit, quid polliciti simus, quid audeat Picottus, *quid Artifices valeant, nihil esset quod amplius de Operis ipsius utilitate atque splendore diceremus. Pauca igitur hîc loci adjiciënda esse existimavimus, ne in Opere tanto Praefatio etiam aliqua desideraretur.*

Et primo quidem, si praeclarum Opus et adolescentibus utile edendum suscipimus; fateamur necesse est, non sine ingenti animi trepidatione nos ei manum admovisse. Cum enim Anatome a praestantissimis Viris exculta, nitidis quoque Tabulis, nostra praesertim aetate, exornata fuerit; arduum sane est ac difficile, omnibus unum in locum coactis Iconibus, eas, quae fida imitatione naturae caeteris antecellunt, elicere, et ex variis ingeniis excellentissima quaeque libare. Etsi vero ex magna copia nobis sit exemplorum eligendi potestas: etsi nihil fere sit in humano corpore, quod a celeberrimis Artis magistris perlustratum non antea fuerit; plurima tamen adhuc supersunt, quae cum rudiori stylo a veteribus expressa fuerint, vix hac aetate digna, a neotericis autem hactenus insalutata, politius

a nobis perfectiusque delineanda sunt et describenda. Qua in re tantum est difficultatis,

ut sibi quivis
Speret idem, sudet multum frustraque laboret
Ausus idem.

Quoad Iconum explicationem spectat, de ea jam in Programmate dictum est. Humanum videlicet corpus, ejusque partes Tabulis delineatas exhibemus, quaestionibus quibuscunque praetermissis, quae ab Anatomicis et Medicis exagitatae, minus tamen ad Anatomen pertinent, plurimum vero ad Physiologiam. Simplex ergo erit Tabularum enucleatio, qualem Albinus *proposuit,* Hallerus, *ac caeteri, qui huic arti plurima adjumenta atque ornamenta subministrarunt. Eaedem erunt litterae seu notae, iidem numeri, idem dicendi modus, quem Auctores adhibuerunt, quibus acceptae Tabulae referendae sunt. Alia quidem occasione, si fata ferant, de ipsius Operis historia dicere in animo est, ut quos errores in aliorum Iconibus corrigendos, quos praetereundos existimaverimus, et quae in novis praeparationibus nostra ratio fuerit plenius innotescat.*

Laborem hunc nostrum docti homines aequi bonique faciant; medicinae vero Tyrones nostrum hoc eorum commodis inserviendi studium acceptum habeant, quod nonnisi ex Picotti *cestro et magnanimitate poterant expectare. Si vero amplissimum Opus hoc inter optimos Anatomicorum labores unum non excellit, sciant, quaeso, optima quaeque in ipso contineri, et in praestantibus rebus magna esse ea, quae optimis proxima celeberrimorum hominum consensus judicavit.*

TABULA I.

Exteriores humani corporis Regiones exhibet in facie anteriori.

A. Frons.
B. B. Pars Capitis capillata.
C. Vertex Capitis.
D. Tempus dexterum.
E. Mala dextera.
F. Bucca.
G. Auris.
a. a. Supercilii caput.
b. Ejusdem cauda.
c. c. Oculi globus.
d. d. Angulus oculi internus.
e. e. Externus ejusdem angulus.
f. Glabella inter capita superciliorum.
g. Nasus.
h. Ejus lobus.
i. - - - pinna.
k. - - - septum.
l. Mustax, seu philtrum.
m. Labium oris superius.
n. - - - - - - inferius.
o. o. Anguli oris.
H. Mentum.
I. Guttur.
K. Jugulum.

p. p. Regio musculi Sternomastoidei, tam a dextris quam a sinistris.
q. q. Claviculae.
L. Regio ossis sterni.
M. M. Mammae.
N. N. N. N. Praecordia.
O. O. Pectoris latus sinistrum.
P. P. Hypochondria.
Q. Cordis scrobiculus.
R. Epigastrium.
r. r. Regio intestini Coli transversi.
s. Umbilicus.
t. t. Regiones epicolicae.
u. Hypogastrium.
x. x. Ilia.
y. Pubes seu pecten.
z. z. Inguina.
α. Penis.
β. β. Testes in Scroto.
γ. Scroti septum.
S. S. Acromii regiones.
T. Axilla.
U. U. Humerus.
X. X. Cubiti flexura.
Y. Y. Cubitus.
Z. Gibberus.
δ. δ. Carpus.
ε. Vola manus, in qua Metacarpus.
ζ. 1. Pollex.
ζ. 2. Index.
ζ. 3. Medius digitus.
ζ. 4. Anularis.
ζ. 5. Auricularis digitus, seu minimus.
η. η. Coxendicis regio.
θ. θ. Femora.
ι. ι. Femorum extremitas inferior.

$\varkappa$. $\varkappa$. Genua.
λ. λ. Tibiae caput.
μ. μ. Sura.
ν. ν. Cruris anterior spina.
ξ. ξ. ξ. Malleoli.
o. Calx.
π. π. Tarsus.
ρ. ρ. Metatarsus et Pedis ipsius dorsum.
σ. Planta pedis.
τ. τ. Pedum digiti.

TABULA II.

Regiones ostendit in superficie corporis posteriori.

A. Vertex.
B. Occiput.
C. Cervix.
D. D. Spina dorsi.
E. E. Regio lumborum.
F. Spina lumborum.
G. Os sacrum.
H. H. Clunes.
I. Scapula sinistra.
L. Acromii regio.
M. Humerus.
N. Gibberus.
O. Cubitus.
P. P. Vola manus.
Q. Regio coxendicis.
R. Poples.
S. Sura.
T. T. Chorda magna.
U. U. Calx.
X. X. Plantae pedum.

TABULA III.

Elementa continet humani Corporis.

FIGURA I.

MEMBRANA.

Ex Cadavere.

Est portio peritonaei ab interiori superficie spectata.

FIG. II.

MUSCULUS ET CELLULOSA TUNICA.

Ex Cadavere.

a. a. a. Musculi bicipitis pars inferior.
b. b. b. Tendo ipsimet musculo adnexus.
c. c. Aponeurosis, in quam abit tendo.
d. d. Tela cellulosa a musculo, quem circumvestiebat, separata.
e. e. Cellulae ejusdem telae aere turgidae.

FIG. III.

TENDO.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Tendo peronei longi hominis adulti a carne separatus, et in humore explicatus.
a. Cellulosa e trunco tendinis nascens.

FIG. IV.

TENDINIS FABRICA.

Ex Cadavere.

Tendo musculi *peronei longi* hominis adulti, macerationis ope in textum cellulosum solutus, et in humore explicatus.

a. Tendo.
b. b. b. Cellulosae lamellae a tendine separatae.
c. c. c. c. Textus cellulosus, et filamenta.
d. d. Lamellae cellulosae, ex quibus tendo conflatur.

FIG. V.

ARTERIA.

Ex Cadavere.

A. Truncus arteriae hypogastricae.
B. B. B. B. Ejus rami.
a. a. Ramus obcoecatus et in ligamentum conversus.

FIG. VI.

ARTERIARUM TUNICAE.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Portio arteriae aortae hominis adulti, tunicis separatis.

a. Tunica musculosa integra, nuda, detracta nervosa.
b. c. d. e. i. m. Tunicae, in quas musculosam divisi. Exteriores rariores, interiores densiores.
n. Tunica nervosa, a musculosa detracta.
o. Cellulosa, in quam nervosa ab exteriore parte laxando se exit.
p. p. Cellulosa cum nervosa musculosam complectens.
q. Tunica interna, ut exhiberi in umbra potuit.

FIG. VII.

VENA.

Ex Cadavere.

a. Truncus venae iliacae externae.
b. b. b. Eadem vena in longum dissecta, ut apareant:
c. c. c. Valvulae tres insimul junctae.
d. d. d. d. Aliae valvulae per venae cavum disseminatae.
e. e. e. Ostiola venarum, quae sanguinem vehunt in venam principem.
o. o. Membranulae ad ostia venarum ipsarum.
r. r. r. Valvulae in ramis.

FIG. VIII.

VAS LYMPHATICUM.

Ex Cadavere.

a. a. Vasa lymphatica ab intestino hominis adulti ortum ducta, et mercurio repleta.
b. Glandula conglobata.
c. Vas, quod lympham effert a glandula.
d. Plexus seu rete vasorum lymphaticorum.

FIG. IX.

ADEPS.

Ex Alex. Monro Description of all the Bursae mucosae. Tab. VIII.

a. Adipis subcutanei minima portio, microscopio inspecta, triginta vices naturalem molem augente;
b. Eadem adipis portio microscopio composito visa, ut lobulorum diameter centum et quinquaginta vices lobulos ipsos superaret.

FIG. X.

GANGLION.

Ex Antonii Scarpa Anat. Annotat.

a. Ganglion ex minoribus illis, quae plexibus abdominalibus intertexta reperiuntur.
b. Surculi nervei a ganglio editi.
c. Truncus nerveus unus aut alter ganglion ingrediens.

FIG. XI.

GANGLII STRUCTURA.

Ex eodem Opere.

Ganglion Cervicale superius nervi intercostalis in dextero latere solutum in filamenta nervea.
a. Truncus nervi intercostalis paulo infra foramen caroticum.
b. Truncus nervi intercostalis infra ganglion cervicale superius.
c. c. c. c. Nervi qui a tribus superioribus cervicalibus spinalibus ganglion intercostalis cervicale superius ingrediuntur.
d. d. d. d. Nervi a ganglio prodeuntes.
e. Fibrosa strata nervea, seu taeniolae nerveae.
f. Irretita filorum nerveorum combinatio.
g. Fila nervea reticulata, plexuosa.
h. Alia nervea fila cum sociis staminibus nerveis cerebralibus ac spinalibus diversimode commixta.
i. Fila nervea e quibus componitur truncus nervi intercostalis infra ganglion cervicale superius.

FIG. XII.

PLEXUS NERVORUM.

Ex eodem Opere.

Exhibet plexum brachialem ob macerationem naturali nonnihil turgidiorem, in quo apparet, nervos brachiales praecipuos ex filamentis plurium conjugationum spinalium cervicalium componi.

5. 6. 7. 8. 1. Spinalium cervicalium quatuor inferiores et dorsalium primus.

a. b. c. d. e. f. g. Nervi brachiales ex commixtis eorum nervorum filamentis producti.

h. h. Plexus brachialis minor.

FIG. XIII.

GLANDULAE SIMPLICES.

Ex Cadavere.

a. d. Labii inferioris superficies interna.

a. a. Portio labii integra adhuc membrana interiori, et in ea:

b. b. b. Cryptae, seu glandulae simplices, quae per membranam translucent.

c. c. c. Cryptarum pori, per quos mucus transit in os.

d. d. d. Portio ejusdem labii, interiori tunica denudata, ut appareant:

e. e. e. e. Cryptae ipsae mucosae, porulis perforatae.

FIG. XIV.

GLANDULA CONGLOBATA.

Ex Cruikshank Anatomy of the absorb. vess. Tab. III.

Glandula conglobata mercurio injecta.

FIG. XV.

GLANDULA CONGLOMERATA.

Ex Cadavere.

Glandula maxillaris sinistra in lobos soluta; et ejus ductus injectione impletus.

A. A. A. Lobi majores glandulae conglomeratae, ex minoribus et minimis lobulis compositi.

b. b. b. Ductus excretorii lobulorum.

c. Ductus princeps seu communis, in quem lobulorum ductus finem habent.

FIG. XVI.

PERIOSTEUM.

Ex Albini Icon. Oss. Foet. hum. Tab. XVI.

Periostei, quod sinistram partem ossis frontis foetus maturi statim supra supercilium ambit, arteriae arte impletae.

a. Trunci maximi, qui sunt rami arteriolae quae secundum lacunar foraminis oculi decurrens, foramine supraorbitali exit, flectitque se ad frontem.

b. b. b. Trunculi, qui ab arteriis sub cute distributis demissi, ad periosteum accedunt.

FIG. XVII.

OSSIS PLANI STRUCTURA.

Ex Commentario Ant. Scarpa de penitiori ossium structura. Tab. I.

Os parietale foetus perfectam maturitatem nondum adepti, in quo reticulata ossea textura ex brevissimis tractubus ad acutos angulos simul concurrentibus facta manifestissima est.

FIG. XVIII.

INTIMIOR OSSIS FABRICA.

Ex ejusdem Operis. Tab. II.

Tibia adulti hominis, terra ac humiditate spoliata, mox in oleo terebinthinae conjecta e adverso lumine spectata.

a. a. a. Reticulata ossis textura, singillatim vero duri corticis.

b. b. b. Ejusdem tibiae partes nonnullae, quae acidis mineralibus non satis fuerant subactae et in cartilagineum parenchyma conversae.

FIG. XIX.

INTERIOR OSSIS CAVITAS.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. IV.

Os humeri infantis medium per laterum longitudinem dissectum, et qua parte sectum, expressum.

a.a.b.c.c.d.d. Truncus osseus.

a. a. Pars exterior, quae firmior, solidior, media crassissima, inde in utramque partem paulatim extenuans se.

b. Capacitas in medio, medullam continens.

c. c. Contextus fibratus, rarus.

d. d. Contextus pumiceus, eo subtilior, quo propior parti extremae.

e. e. Additamentum cartilagineum superius, in quo

f. Nucleus osseus in capite, quo humerus cum scapula committitur.

g. Nucleus alter in illa parte, quae continet tubera juxta caput eminentia. Nuclei a superiore parte jam conjuncti in unum.

h. h. Additamentum cartilagineum inferius, in quo

i. Nucleus osseus in capitulo, cum quo medius committitur.

FIG. XX.

CELLULOSA OSSIS.

Ex eodem Opere.

Pars superior ossis tibiae pueri, media per longitudinem laterum dissecta, et qua parte secta est, expressa.

a. a. Pars exterior trunci ossei, firmior, solidior, eo tenuior, quo propior parti extremae.

b. Intra eam contextus osseus rarus, pumiceus, quo propior parti extremae, hoc subtilior.

c. c. d. e. Additamentum superius, non nisi extrinsecus per ambitum suum cartilagineum *c. c. d.* Intus *e.* osseum, rarum, pumiceum.

FIG. XXI.

VASA OSSIUM.

Ex Albini Acad. Annotat. Lib. III.

a. a. Arteria major, per canalem ossis humeri hominis adulti, hîc majorem partem dissectum, ad medullam penetrans.

b. Medulla, arteriarum impletarum plena.

c. Capacitas ossis, excussâ medullâ.

d. d. Os sectum, in quo arteriolae subtiles impletae.

OSSA.

TABULA IV.

Ex Albini Tab. Scelet. et muscul.

Continet figuram Sceleti hominis a priori maxime parte. Addita sunt ligamenta quaedam et cartilagines, sine quibus syntaxis haec ossium interrupta esset.

In Capite et spina.

A. Os frontis.

B. B. Foramina superciliorum, quorum sinistrum integrum est, dextrum ex parte deficit.

C. D. Sutura coronalis. *C.* pars ejus, quae sutura vera: *D.* pars, quae squamosa.

E. Os verticis sinistrum.

F. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis verticis cum squamoso.

G. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis verticis cum processu laterali maximo ossis multiformis.

H. Sutura squamosa, quae fit ex conjunctione ossis frontis cum processu laterali maximo multiformis.

I. Processus lateralis maximus ossis multiformis.

K. Sutura communis ossi squamoso cum psocessu laterali maximo multiformis.

L. Ossis temporis pars squamosa.

M. Osseus auris introitus.

N. Processus mammillaris ossis temporis.

O. Processus zygomaticus ossis temporis.

P. Sutura communis ossi jugali cum processu zygomatico ossis temporis.

Q. Q. Ossa jugalia.

R. R. Suturae communes ossi frontis cum jugalibus, juxta caudas superciliorum.

S. S. Suturae, quae in malis fiunt ex conjunctione ossium jugalium cum maxillaribus superioribus.

T. T. Ossium jugalium partes ad foramina oculorum pertinentes.

Inter *T.* et *W.* Sutura quae in foramine oculi fit e conjunctione ossis jugalis cum maxillari superiore.

Inter *T.* et *c.*: *T.* et *c.* Suturae communes ossibus jugalibus cum osse frontis in foraminibus oculorum.

Inter *T.* et *Y.*: *T.* et *Y.* Suturae communes ossibus jugalibus cum processibus lateralibus maximis multiformis.

V. V. Fissurae in fundis foraminum oculorum.

W. X. Ossis maxillaris superioris pars ad fundum foraminis oculi pertinens.

Inter *W.* et *X.* Sutura decurrens secundum canalem, qui per fundum foraminis oculi porrectus. Quae sutura etiam oram foraminis illius circumit, pertinetque ad exitum canalis supradicti, qui exitus est infra oram illam in gena.

Inter *X.* et *d.* Sutura communis ossi maxillari superiori cum plano.

Inter *X.* et *e.* Sutura communis ossi maxillari superiori cum osse unguis.

Y. Y. Processuum lateralium maximorum multiformis partes, quae pertinent ad foramina oculorum.

Inter *Y.* et *c.*: *Y.* et *c.* Suturae communes processibus lateralibus maximis multiformis cum osse frontis in foraminibus oculorum.

Z. Foramen, quo e calvariae cavo exeunt, foramenque oculi intrant tertius nervus cerebri, quartus, sextus, primus ramus quinti etc.

a. Processus tenuis ossis multiformis.

b. Foramen, quo e calvariae cavo exit, oculique fo-

ramen intrat nervus opticus una cum ramo arteriae carotidis internae.

Inter *a.* et *c.* Sutura communis processui tenui multiformis cum osse frontis in foramine oculi.

Inter *a.* et *d.* Sutura communis processui tenui multiformis cum osse plano in foramine oculi.

c. c. Ossis frontis partes ad foramina oculorum pertinentes.

Inter *c.* et *d.* Sutura communis ossi frontis cum plano.

Inter *c.* et *e. f.* Sutura communis ossi frontis cum osse unguis.

d. Os planum.

Inter *d.* et *e.* Sutura communis ossi plano cum osse unguis.

e. f. Os unguis.

f. Sinus ad canalem nasalem pertinens.

Inter *f.* et *g.* Sutura communis ossi unguis cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

g. g. Processus nasales ossium maxillarium superiorum.

Inter *g.* et *k.*: *g.* et *k.* Suturae communes processibus nasalibus ossium maxillarium superiorum cum ossibus nasi.

h. Sutura communis processui nasali ossis maxillaris superioris cum osse frontis.

i. i. Suturae communes ossibus nasi cum osse frontis.

k. k. Ossa nasi.

Inter *k.* et *k.* Sutura communis ossibus nasi.

l. Pars interior processus nasalis ossis maxillaris superioris, ad nasum pertinens.

m. m. Ossa spongiosa inferiora.

Inter *l.* et *m.* dextri lateris, Sutura, quae fit ex conjunctione ossis spongiosi inferioris cum maxillari superiore.

n. o. Lamina ossis cribriformis, quae pertinet ad septum narium, *o.* extremitas ejus, cui continuatur cartilaginea pars septi.

p. Vomer.

Inter *n.* et *p.* Suturae species, facta ex connexione vomeris cum lamina ossis cribriformis.

q. Ossis maxillaris superioris pars, quae ad inferiora narium pertinet.

r. Sutura ossibus maxillaribus superioribus communis.

s. s. Ossa maxillaria superiora, qua in malis sunt.

t. t. Foramina, quae sunt exitus canalium, qui per fundum foraminum oculorum deducti.

u. Processus aliformis ossis multiformis.

w. x. y. z. Maxilla inferior. *x.*, foramen, quo exit nervus cum vasis e canali maxillae. *y.*, processus coronoideus. *z.*, collum, in cujus summo capitulum, quo maxilla cum osse temporis committitur.

α. Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae cum osse temporis.

β. – *ι.* In utraque maxilla, dentes sinistri. *β.β.*, incisores primi. *γ.γ.*, incisores secundi. *δ.δ.*, canini. *ε.ε.*, molares primi. *ζ. ζ.*, secundi. *η. η.*, tertii. *θ.θ.*, quarti. *ι. ι.*, quinti. Ex iis dextri, qui respondent, intelligentur.

κ. Corpus atlantis, qua parte in epistrophaeo innixum, et caput sustinet.

λ. Corpus epistrophaei, qua parte atlantem sustinet.

μ. Processus obliquus inferior vertebrae colli quintae.

ν. ξ. ο. π. Quarta colli vertebra. *ν.*, processus obliquus superior. *ξ.*, processus obliquus inferior. *ο.*, processus transversus. *π.*, corpus.

ρ. Foramen inter quartam et tertiam.

σ. σ. etc. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.

τ. υ. φ. χ. Tertia colli vertebra. *τ.*, corpus. *υ. υ.*, processus transversi. *φ. φ.*, obliqui superiores. *χ.*, obliquus inferior.

ψ. ω. Γ. Secunda colli vertebra. *ψ. ψ.*, processus obliqui superiores. *ω. ω.*, transversi. Γ., corpus.

Δ. Θ. Λ. Ξ. Prima colli vertebra. Δ. Δ., processus obliqui superiores. Θ. Θ., transversi. Λ. Λ., obliqui inferiores. Ξ., corpus.

Π. Σ. Φ. Ψ. Duodecima dorsi vertebra. Π. Π., processus obliqui superiores. Σ., transversus. Φ. Φ., obliqui inferiores. Ψ., corpus.

In spina, thorace, claviculis, scapulis, humeris.

Ω. *a. b.* Undecima vertebra dorsi. Ω., corpus. *a. a.*, processus obliqui superiores, *b. b.*, transversi.

c. Processus transversus sextae dorsi.

d. d. e. e. Tertia vertebra dorsi. *d. d.*, corpus. *e. e.*, processus transversi.

f. g. g. Secunda vertebra dorsi. *f.*, corpus. *g. g.*, processus transversi.

h. Primae vertebrae dorsi corpus.

i. k. k. Quinta lumborum. *i.*, corpus. *k.k.* processus transversi.

l. m. m. n. Quarta lumborum. *l.* corpus. *m.m.*, processus transversi. *n.*, obliquus superior.

o. p. p. Tertia lumborum, *o.*, corpus. *p. p.*, processus transversi.

q. q. r. r. s. Secunda lumborum. *q. q.*, processus obliqui superiores. *r. r.*, transversi. *s.*, corpus.

t. u. v. w. Prima lumborum. *t. t.*, processus obliqui superiores. *u. u.*, transversi. *v. v.*, obliqui inferiores. *w.*, corpus.

x. y. z. A. Os sacrum. *x. x.*, processus obliqui superiores primae ejus vertebrae. *y. y.*, latera sacri. *z. z. z.*: *z. z. z.*, foraminum anteriorum tria prima ab utroque latere. *A. A. A. A.*, corpora quatuor superiora: inter quae lineae osseae, quae fuerant olim ligamenta.

B. Coccygis ossiculum quartum.

C. D. E. F. Sternum. *C.* os superius. *D.* medium. *E.* inferius sive cartilaginis mucronatae. *F.* cartilago mucronata.

G. H. Ligamenta, quibus ossa sterni inter se colligata.

G. quo os medium cum inferiore. *H.* quo medium cum superiore.

I. K. L. M. Costa prima in utroque latere. *K.* capitulum, quo commissa cum processu transverso vertebrae duodecimae dorsi. *L.* pars prima, qua commissa cum corpore ejusdem duodecimae. *M.* extremum cartilagineum, quo continuata sterno.

N. N. O. P. Costa secunda. *O.* pars prima qua committit se cum corporibus undecimae et duodecimae vertebrarum dorsi. *P.* extremum cartilagineum.

Q. R. Costa tertia. *R.* extremum cartilagineum.

S. T. Costa quarta. *T.* extremum cartilagineum.

V. W. X. Costa quinta. *W.* extremum cartilagineum. *X.* hac parte latescens, alligatumque cartilagini, ad quam pertinet, costae sextae.

Y. Z. Γ. Costa sexta. *Y.* extremum cartilagineum, *Z.* latescens hac parte, et alligatum costae septimae cartilagini ad quam pertinet.

Δ. Θ. Λ. Costa septima. Θ. extremum cartilagineum, quod hac parte Λ. latescit, et alligatur cartilagini costae octave.

Ξ. Π. Σ. Costa octava. Π. extremum cartilagineum, Σ. hac parte in aliquibus latescens, pertinensque ad cartilaginem costae septimae, eidemque alligatum.

Φ. Φ. Ψ. Costa nona. Ψ. extremum cartilagineum.

Ω. Ω. *α.* Costa decima. *α.* extremum cartilagineum.

β. β. β. γ. Costa undecima. *γ.* extremum cartilagineum.

δ. ε. δ. ε. Costa duodecima. *ε.* extremum cartilagineum.

ζ. η. ι. Clavicula in utroque latere. *η.* caput sterno innixum. *ι.* caput ad scapulae processum superiorem pertinens.

θ. θ. Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum sterno.

κ. κ. Cartilagines interjectae articulis clavicularum cum processibus superioribus scapularum.

$\lambda. \mu. \nu. \xi. o. \pi.$ Scapula in utroque latere. μ. spina. ν. processus coracoideus. ξ. processus superior. o. cervix. π. cartilaginea crusta, qua cervix augetur.

$\rho. \sigma. \tau. \upsilon. \phi. \chi. \psi. \omega.$ *a. b.* Ossa humerorum. ρ. caput laevi cartilagine crustatum. σ. tuber inaequabile majus capitis superioris. τ. tuber inaequabile minus ejusdem. Inter haec tubera sinus, per quem delabitur tendo capitis longioris *Bicipitis* brachii. ϕ. sinus qui recipit caput superius radii, quo tempore cubitus flexus, quantum potest. χ. sinus, qui recipit processum ulnae, quo tempore cubitus quantum potest flexus. ψ. Rotula laevi cartilagine crustata; quae rotula committitur cum ulna. ω. tuber laevi cartilagine crustatum, quo committitur cum radio. *a.* condylus minor. *b.* major.

In humeris, cubitis, manibus.

c. d. e. f. g. Ulna in utroque latere. *d.* caput superius, in eoque superficies inaequabilis, cui se *Brachialis internus* inserit. *e. f.* capitulum, quo radium sustinet; in eoque *f.* ambitus laevi cartilagine crustatus. *g.* processus styloides.

h. i. k. l. m. n. o. p. q. Radii. *i.* capitulum superius. *k.* ambitus capituli superioris laevi cartilagine crustatus. *l.* capitulum, ad cujus partem posteriorem *Bicipitis* brachii tendo desinit, ad priorem inflectitur cum manus in pronum veritur. *m. n. o. p. q.* capita inferiora. *n.* sinus, per quem delabuntur tendines *Abductoris longi* pollicis et *Extensoris minoris*. *o.* sinus per quem tendo *Radialis externi brevioris*. *q.* sinus, per quem tendo *Extensoris majoris pollicis*.

r. s. t. Ossa navicularia carporum. *s.* tuber, quo cum radio committitur, laevi cartilagine crustatum. *t.* tuber, quo cum multangulis committitur, laevi cartilagine crustatum.

u. w. Ossa lunata. *w.* tuber, laevi cartilagine crustatum, quo cum radio committitur.

x. x. Ossa triquetra. In dextro crusta laevis cartilaginea, qua cum lunato et cum cubito committitur.

y. Os subrotundum.

z. A. A. B. Ossa cuneiformia carporum. *A. A.* pars laevi cartilagine crustata, qua committitur cum triquetro et lunato. *B.* processus unciformis.

C. D. Os capitatum. *D.* caput laevi cartilagine crustatum, quo committitur cum lunato et naviculari.

E. Os multangulum minus.

F. Os multangulum majus.

G. H. Os metacarpi pollicis. *H.* caput inferius laevi cartilagine crustatum, qua parte committitur cum osse primo pollicis, et cum sesamoideis.

I. K. Ossa sesamoidea apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo.

L. M. Os primum pollicis. *M.* caput inferius cartilagine laevi crustatum, qua parte committitur cum osse ultimo.

N. Sesamoideum, appositum ad articulum pollicis ossis primi cum ultimo.

O. Os ultimum pollicis.

P. Q. R. S. T. Metacarpus. *P.* os metacarpi indicis, *Q.* medii, *R.* annularis, *S.* auricularis. *T.* caput inferius, quo cum digito committitur, laevi cartilagine crustatum: eodemque modo in reliquis.

V. W. Ossicula sesamoidea, in aliquibus inventa.

X. Y. Y. Z. Z. Γ. Δ. Ossa primi ordinis digitorum manus. *X.* indicis, *Y.* medii, *Z.* annularis, Γ. auricularis, Δ. caput inferius, quo cum osse secundi ordinis committitur, crusta cartilaginea laevi opertum quemadmodum in reliquis quoque digitis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Ossa secundi ordinis digitorum manus. Θ. indicis, Λ. medii, Ξ. annularis, Π. auricularis. Σ. caput inferius, quo cum osse tertii ordinis commissum, laevi cartilagine crustatum: sic et in reliquis digitis.

Φ. Ψ. Ω. α. Ossa tertii ordinis digitorum manus. Φ. indicis, Ψ. medii, Ω. annularis, α. auricularis.

β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.ι.κ.λ.μ. Ossa coxarum. β.γ.δ. os ilium. γ. crista ossis ilium. δ. tuberculum, a quo oritur *Rectus cruris*. ε. ε. ζ. ischion. ζ. sinus, per quem delabitur *Iliacus internus* cum *Psoa magno*. η. acutus processus ischii. θ. tuber ischii. ι. ι. κ. λ. os pubis. κ. spina ossis pubis, a qua oritur *Pectineus*. λ. tuberculum, cui inseritur tendo inferior idemque exterior illorum, in quos se findit aponeurosis *Obliqui externi* abdominis. μ. foramen magnum.

In coxis et pedibus.

ν. Cartilago pubis ossibus interjecta, eaque connectens inter se.

ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. Os femoris. ξ. caput laevi cartilagine crustatum. ο. collum. π. trochanter major. ρ. eminentia inaequabilis, cui affixum ligamentum, quod articulum coxae continet. σ. trochanter minor. υ. condylus exterior. φ. interior. χ. sinus laevi cartilagine crustatus, ad articulum patellae pertinens. ψ. huc usque pertinens crusta carlilaginea laevis, quae condylos, qua cum tibia committuntur, operit.

ω. Patella in utroque latere.

a. b. Cartilago semilunaris interior articuli genu. *b.* ad postremum in ligamentum vertitur eoque inserta tibiae.

c. d. Cartilago semilunaris exterior, *d.* ad postremum in ligamentum versa, quod tibiae insertum.

e. f. g. h. i. k. l. Tibia in utroque latere. *e.* caput superius. *f. g.* crustae cartilagineae laeves, operientes verticem tibiae, quibus is partibus ad genu articulum pertinens est. *h.* tuberculum, cui affixum ligamentum a patella procedens, eamque tibiae alligans. *i.* spina, *k. l.* caput inferius, *l.* malleolus internus.

m. n. o. Fibula. *m.* caput superius. *n.* spina. *o.* caput inferius, quod est malleolus externus.

p. q. r. Talus. *q.* crusta cartilaginea laevis, qua intectum tuber ejus, quo cum crure committitur. *r.* crusta similis, qua tectum caput ejus.

s. t. Calcaneus. *t.* pars quae cervicem tali sustinet.

u. Os naviculare tarsi in utroque latere.

v. Os cuneiforme majus tarsi.

w. Os cuneiforme minus tarsi.

x. Os cuneiforme medium tarsi.

y. Os cubiforme.

z. A. B. C. D. E. Metatarsi ossa. *z.* digiti quarti parvorum digitorum, *A.* tertii, *B.* secundi, *C.* primi. *D.* pollicis. *E.* crusta cartilaginea laevis, qua intectum caput cum primo osse pollicis commissum: cui similes in reliquis digitis.

F. G. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse.

H. Os primum pollicis.

I. Os ultimum pollicis.

K. L. M. N. Ossa primi ordinis digitorum parvorum. *K.* primi, *L.* secundi, *M.* tertii, *N.* quarti.

O. P. Q. R. Ossa secundi ordinis digitorum parvorum. *O.* primi, *P.* secundi, *Q.* tertii, *R.* quarti.

S. T. V. W. Ossa tertii ordinis digitorum parvorum. *S.* primi, *T.* secundi, *V.* tertii, *W.* quarti.

TABULA V.

Ex eodem Opere.

Idem Sceletus ab aversa parte expressus, statu eodem. Pariterque, ut continua esset syntaxis, addita ligamenta quaedam et cartilagines, quibus in locis necessarium fuit.

In Capite et spina.

a. a. Ossa verticis.
b. b. Foramina verticalia.
c. Sutura sagittalis.
d. d. Sutura lambdiformis.
e. Os occipitis.
f. Sutura squamosa, facta ex conjunctione ossis squamosi cum osse verticis.
g. g. Suturae verae, factae ex conjunctione ossium mammillarium cum ossibus verticis.
h. Os squamosum.
i. i. i. i. Suturae lambdiformis additamenta.
k. k. Foramina per quae rami venarum jugularium internarum penetrant ad sinus laterales durae meningis.
l. l. Processus mammillares ossium temporum.
m. Os frontis.
n. Sutura, facta e conjunctione ossis jugalis cum osse frontis juxta caudam supercilii.
o. Sutura, facta e conjunctione processus zygomatici ossis temporis cum osse jugali.
p. p. Os jugale.
q. Processus zygomaticus ossis temporis.
r. Os maxillare superius.

Inter *r.* et proximam *p.* Sutura, quae fit ex conjunctione ossis jugalis cum maxillari superiore.

s. Lamella cartilaginea, interjecta articulo maxillae inferioris cum osse temporis.

t. u. u. u. u. Maxilla inferior. *t.* capitulum, quo committitur cum osse temporis.

w. w. Ossa maxillaria superiora, quibus partibus ad palatum pertinent.

In maxilla dentes apparent per se.

x. x. Processus styliformes ossium temporum.

y. y. z. A. B. C. D. D. E. Atlas. *y. y.* processus transversi. *z.* foramen processus transversi. *A.* arcus, qui in quibusdam invenitur: is cum sinu, per quem arteria vertebralis pone atlantis corpus se flectit, efficit foramen *B.* per quod arteria illa penetrat in specum vertebrarum, ut alias per sinum, qualis *C.* in parte sinistra. *C.* sinus in postica parte corporis atlantis, qua corpus illud caput sustinet; per quem sinum se flectit arteria vertebralis, in specum vertebrarum penetratura. *D. D.* partes inferiores corporis, quibus epistrophaeo innixus. *E.* eminentia asperula, quae spinae loco est, et a qua oriuntur *Recti capitis postici minores.*

F. G. H. I. K. L. Epistrophaeus. *F.* axis. *G.* pars corporis interior. *H. H.* duo corporis vertices, quibus atlantem sustinet. *I. I.* processus transversi. *K. K.* processus obliqui inferiores. *L.* spina.

M. N. Vertebrae colli. *M.* quinta. *N.* quarta.

O. P. Q. R. Vertebra colli tertia. *O.* spina. *P. P.* processus obliqui superiores. *Q. Q.* processus obliqui inferiores. *R. R.* processus transversi. Ex hac reliquarum colli vertebrarum partes intelligi quoque poterunt.

S. Vertebra colli secunda.

T. Vertebra colli prima.

V. Dorsi vertebra duodecima.
W. - - - - - - undecima.
X. - - - - - - decima.
Y. - - - - - - nona.
$Z. \alpha. \beta. \gamma$. Dorsi vertebra octava. $Z. Z.$ processus obliqui superiores. $\alpha. \alpha.$ processus transversi. $\beta. \beta.$ processus obliqui inferiores. $\gamma.$ spina. Intelligi ex hac una partes dorsi reliquarum poterunt.
δ. Vertebra dorsi septima.
ε. - - - - - - sexta.
ζ. - - - - - - quinta.
η. - - - - - - quarta.
θ. - - - - - - tertia.
ι. - - - - - - secunda.
$\varkappa. \lambda. \mu$. Vertebra dorsi prima, cujus $\lambda. \lambda.$ processus transversi, veluti reflexi pone articulos processuum obliquorum superiorum vertebrae hujus cum obliquis inferioribus secundae. $\mu. \mu. \mu.$ corpus.
ν. Quinta lumborum vertebra.
$\xi. o. \pi. \rho. \sigma$. Quarta lumborum. $\xi.$ spina. $o. o.$ processus obliqui superiores. $\pi. \pi.$ processus transversi. $\rho. \rho.$ processus obliqui inferiores. $\sigma. \sigma. \sigma.$ corpus. Reliquarum vertebrarum lumborum partes non difficile erit ex hac intelligere.
τ. Lumborum vertebra tertia.
υ. - - - - - - - - - secunda.
φ. - - - - - - - - - prima.
$\chi. \chi.$ etc. Ligamenta, quae intercedunt inter corpora vertebrarum, eaque colligant inter se.
$\psi. \omega. \Gamma. \Delta. \Theta. \Lambda$. Os sacrum. $\psi. \psi.$ processus obliqui superiores. $\omega. \omega. \omega. \omega. \omega. \omega. \omega. \omega.$ foramina posteriora. $\Gamma. \Gamma. \Gamma.$ spinae. $\Delta. \Delta.$ processus obliqui inferiores, cum quibus committuntur obliqui superiores primi ossiculi coccygis. $\Theta.$ corpus quartae vertebrae illarum e quibus os sacrum constat. Inter $\Theta.$ et $\Lambda.$ pars ossea corporibus quartae et

quintae interjecta et continuata, quae fuerat olim ligamentum. Λ. corpus quintae vertebrae ossis sacri.

Inter Λ. et Ξ. Ligamentum inter corpus imum sacri et coccygis summum intercedens, eaque colligans inter se.

Ξ. Π. Σ. Coccygis os primum. Ξ. corpus. Π. processus transversus: qualis etiam in altero latere. Σ. processus obliquus superior: qualis in altero quoque latere.

Inter Ξ. et Φ. Ligamentum, quo coccygis primi et secundi corpora colligata inter se.

Φ. Coccygis ossiculum secundum.

Ψ. - - - - - - - tertium.

Ω. - - - - - - - quartum.

In thorace, claviculis, scapulis, brachiis, manibus.

a. a. b. b. Sternum.

c. c. d. d. Costa prima in unoquoque latere. *d.d.* pars cartilaginea.

e. e. e. f. Costa secunda. *f.* pars cartilaginea.

g. g. g. h. Costa tertia. *h.* pars cartilaginea.

i. i. k. Costa quarta. *k.* pars cartilaginea.

l. l. m. Costa quinta. *m.* pars cartilaginea.

n. n. n. n. o. Costa sexta. *o.* pars cartilaginea.

p. p. p. p. q. q. Costa septima. *q.* pars cartilaginea.

r. r. r. r. s. Costa octava. *s.* pars cartilaginea.

t. t. t. u. Costa nona. *u.* pars cartilaginea.

w. x. x. x. Costa decima. *x.* pars cartilaginea.

y. z. Costa undecima. *z.* pars cartilaginea.

A. B. Costa duodecima. *B.* pars cartilaginea.

C. C. C. C. Clavicula.

D. Lamella cartilaginea, quae interjecta articulo claviculae cum processu superiore scapulae.

E. F. G. H. I. Scapula. *F.* spina. *G.* processus superior. *H.* cervix. *I.* cartilago sinum cervicis incrustans.

K. L. M. N. O. P. Os humeri. *K.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum scapulae sinu committitur. *L.* tuber inaequabile majus capitis superioris.

M. sinus, per quem arteria, vena, et nervus incedunt. *N.* sinus, qui cum extenditur cubitus, recipit olecrnanum. *O.* condylus minor. *P.* condylus major.

Q. R. S. T. Ulna. *R.* olecranum. *S.* capitulum, quo radium sustinet. *T.* processsus styloides.

V. W. X. Y. Z. α. β. Radius in utroque latere. *W.X.* capitulum superius. *X.* ambitus capituli laevi cartilagine crustatus quo mobile est in ulnae sinu. *Y.* sinus, qui continet tendines *Abductoris longi pollicis*, et *Extensoris minoris*. *Z.* sinus, qui continet tendines *Radialium externorum*. *α.* sinus, qui tendinem *Extensoris majoris pollicis*. *β.* sinus, qui tendines *Extensoris communis digitorum*, *Extensoris* digiti auricularis *proprii*, et *Indicatoris*.

γ. δ. ε. Os naviculare carpi. *δ.* capitulum laevi cartilagine crustatum, quo cum radio committitur. *ε.* capitulum laevi cartilagine crustatum, quo cum multangulis committitur.

ζ. Os lunatum. In dextra manu, qua cum radio committitur, crusta cartilaginea laevi tectum.

η. θ. Os triquetrum. *θ.* superficies laevi cartilagine crustata, qua cum cuneiformi committitur.

ι. Os subrotundum.

κ. λ. Os cuneiforme carpi. *λ.* superficies laevi cartilagine crustata, qua committitur cum triquetro.

μ. ν. Os capitatum. *ν.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum naviculari et lunato committitur.

ξ. Os multangulum minus.

ο. Os multangulum majus.

π. ρ. Metacarpus pollicis. *ρ.* caput inferius crusta cartilaginea laevi opertum, qua parte committitur cum osse primo pollicis, et cum sesamoideis. Idem in pollice sinistro.

σ. σ. Ossa sesamoidea apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo.

τ. v. Pollicis os primum. v. crusta cartilaginea laevis, qua tecta capitis inferioris pars illa, cum qua os ultimum committitur.

ϕ. Os ultimum pollicis.

χ. ψ. ω. Γ. Δ. Ossa metacarpi. χ. indicis, ψ. medii, ω. annularis, Γ. Δ. auricularis. Δ. crusta cartilaginea, qua opertum est caput inferius, qua parte committitur cum osse primi ordinis. Talis et in reliquis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Digitorum ossa primi ordinis. Θ. auricularis, Λ. annularis, Ξ. medii, Π. Σ. indicis. Σ. crusta cartilaginea integens caput inferius, qua parte ad articulum cum osse secundi ordinis pertinet: qualis in reliquis quoque digitis.

Φ. Ψ. Ω. *a*. *b*. Digitorum ossa secundi ordinis; Φ. indicis, Ψ. medii, Ω. annularis, *a*. *b*. auricularis. *b*. pars capitis inferioris ad articulum cum osse tertii ordinis pertinens, laevi cartilagine crustata. Simile in digitis reliquis.

c. *d*. *e*. *f*. Digitorum ossa tertii ordinis.

In coxis et pedibus.

g. *h*. *i*. *k*. *l*. *m*. Ossa coxarum. *g*. *h*. os iliûm. *h*. crista. *i*. ischion. *k*. processus acutus ischii. *l*. tuber ischii. *m*. os pubis.

n. *o*. *p*. *q*. *r*. *s*. *t*. *u*. *w*. *x*. Os femoris in utroque latere. *n*. caput, quod in acetabulum conjectum, laevi cartilagine crustatum est. *o*. collum. *p*. trochanter major. *q*. trochanter minor. *r*. aspera eminentia per longitudinem partis posticae femoris porrecta. *s*. *t*. condylus exterior, cujus *t*. pars ad articulum genu pertinens, laevi cartilagine operta est. *u*. *w*. condylus interior; ejus *w*. pars, quae pertinet ad articulum genu, laevi cartilagine crustata. *x*. sinus inter condylos.

y. *z*. Cartilago semilunaris exterior, quae inserta articulo genu, *z*. in ligamentum abit, quod ad postremum affigitur condylo interiori.

A. *B*. Cartilago semilunaris genu articulo inserta inte-

rior, *B.* affixa tibiae, extremo in ligamentum verso.

C. D. E. F. G. Tibia dextra tum et sinistra. *D. E.* capitis superioris partes ad articulum genu pertinentes, laevi cartilagine crustatae. *F.* malleolus internus. *G.* sinus, per quem incedit tendo *Tibialis postici* et *Flexoris longi* digitorum pedis.

H. I. K. L. Fibula. *I.* caput superius, quo cum tibia committitur. *K.* malleolus externus. *L.* sinus per quem incedunt tendines *Peroneorum, longi* et *brevis.*

M. N. O. P. Talus. *N. O.* cartilago laevis, qua crustatum est tuber ejus, tum *N.* qua parte committitur cum imo tibiae, tum *O.* qua cum fibula. *P.* caput.

Q. R. Calcanei os. *R.* eminentia, ad quam se flectit tendo *Peronei longi.*

S. Os naviculare tarsi.

T. Os cuneiforme minus tarsi.

V. Os cuneiforme medium tarsi.

W. Os cubiforme.

X. Os metatarsi digiti primi parvorum.

Y. Os metatarsi digiti secundi parvorum.

Z. Os metatarsi digiti tertii parvorum.

α. Os metatarsi digiti quarti parvorum.

β. γ. δ. ε. Ossa primi ordinis digitorum parvorum. *β.* quarti, *γ.* tertii, *δ.* secundi, *ε.* primi.

ζ. η. Ossa secundi ordinis digitorum parvorum. *ζ.* quarti, *γ.* tertii.

θ. ι. κ. Ossa tertii ordinis digitorum parvorum. *θ.* quarti, *ι.* tertii, *κ.* secundi.

λ. Os primi pollicis.

μ. Os metatarsi pollicis.

ν. Os cuneiforme majus tarsi.

ξ. ο. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarso. *ξ.* interius, *ο.* exterius.

TABULA VI.

Ex eodem Opere.

Eumdem etiam haec Sceletum exhibet, a latere expressum; sed statu alio. Atque huic quoque ad syntaxin continuam efficiendam, ligamenta et cartilagines quibusdam in locis additae sunt, ut poscebat necessitas.

In Capite et spina. *A. A.* Ossa verticis.
B. Sutura sagittalis.
C. C. Foramina verticalia.
D. D. Sutura lambdiformis.
E. Os occipitis.
F. G. Processus mammillares ossis temporis. *F.* eminentia, a qua *Biventer* maxillae oritur.
H. Foramina, alterum in osse mammillari juxta suturae lambdiformis additamentum: alterum in illo ipso additamento; per quod foramen vena penetrat ad sinum lateralem durae matris.
I. Additamentum suturae lambdiformis.
K. Sutura vera, facta e conjunctione ossis mammillaris cum osse verticis.
L. Os mammillare.
M. Osseus auris introitus.
N. Processus zygomaticus ossis temporis.
O. Os squamosum.
P. Sutura squamosa, facta e conjunctione ossis squamosi cum osse verticis.
Q. R. S. Sutura coronalis. *Q.* hac parte sutura vera est. *R. S.* hac squamosa, qua ossi frontis subit. *R.* os verticis, *S.* multiforme.

T. Os frontis.

V. Sutura squamosa, facta e conjunctione ossis multiformis cum osse verticis.

W. Sutura facta e conjunctione processus lateralis maximi multiformis cum osse squamoso.

X. Processus lateralis maximus ossis multiformis.

Y. Sutura communis ossi frontis cum jugali juxta caudam supercilii.

Z. Ossis jugalis pars, quae est in cavo temporis.

Infra *Z.* Sutura communis ossi jugali cum maxillari superiore in cavo temporis.

Inter *Z.* et *X.* Sutura communis ossi jugali cum processu laterali maximo multiformis.

a. Os maxillare superius.

Inter *a.* et *X.* Fissura, quae inter os maxillare superius, jugale, et multiforme relinquitur.

b. Ossis jugalis pars exterior.

c. Sutura communis ossi jugali cum processu zygomatico ossis temporis.

d. Os maxillare superius.

e. f. g. g. Maxilla inferior. *e.* processus coronoideus. *f.* condylus, quo committitur cum osse temporis.

Mox supra *f.* Lamella cartilaginea, quae interjecta articulo maxillae.

h. i. Pars concava processus pterygoidei sinistri ossis multiformis. *i.* hamulus, qui sustinet et retinet tendinem *Circumflexi palati.*

k. l. Os maxillare superius. *k.* pars, quae gingivam efficit. *l.* pars, quae in palato est.

m. m. m. Dentes in utraque maxilla.

n. o. p. q. Atlas. *n.* pars corporis sinistra, qua processum coronoideum ossis occipitis excipit, et caput sustinet articulo mobili. *o. o.* corporis partes duae inferiores, quibus in epistrophaeum innixus articulis mobilibus. *p. p.* processus transversi. *q.* pars inaequabilis, quae spinae loco est; a qua parte oriuntur *Recti capitis postici minores.*

r. s. t. u. Epistrophaeus. r. r. corporis partes duae, quibus atlantem sustinet mobilibus articulis. s. processus transversus, in quo foramen pro arteria et vena vertebrali. t. processus obliquus inferior. u. spina, extremo bifida.

v. w. x. y. z. Quinta colli vertebra. v. corpus. w. processus transversus. x. processus obliquus superior. y. processus obliquus inferior. z. spina.

α. α. etc. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum intercedunt, aliaque aliis alligant.

β. γ. δ. ε. Colli vertebrae. β. quarta, γ. tertia, δ. secunda, ε. prima. Partes earum intelliguntur ex partibus quintae.

ζ. η. θ. Vertebra duodecima dorsi. ζ. corpus. η. processus transversus. θ. spina.

ι. κ. λ. Undecima dorsi vertebra. ι. processus transversus. λ. spina.

μ. Processus transversus vertebrae decimae dorsi.

ν. ν. etc. Viae inter vertebras paratae pro nervis spinalibus; etc.

ξ. ο. π. ρ. σ. Spinae vertebrarum dorsi, ξ. decimae, ο. nonae, π. octavae, ρ. septimae, σ. sextae.

τ. υ. Quinta vertebra dorsi. τ. spina. υ. corpus.

φ. χ. ψ. Quarta vertebra dorsi. φ. corpus. ψ. spina.

ω. Γ. Δ. Tertia vertebra dorsi. ω. corpus. Γ. processus obliquus inferior. Δ. spina.

Θ. Λ. Ξ. Secunda vertebra dorsi. Θ. Θ. corpus. Λ. processus obliquus superior. Ξ. spina.

Π. Σ. Φ. Prima vertebra dorsi. Π. corpus. Φ. spina.

Ψ. Ψ. Ω. Quinta lumborum vertebra Ψ. Ψ. corpus. Ω. spina.

A. Æ. B. C. D. Quarta vertebra lumborum. A. A. corpus. Æ. processus obliquus superior. B. transversus. C. C. obliquus inferior. D. spina.

In spina.

E. F. G. H. I. Tertia vertebra lumborum. E. corpus. F. processus transversus. G. processus obliquus superior. H. spina. I. processus obliquus inferior.

K. Secunda lumborum vertebra. Partes ejus intelliguntur ex tertia.

L. M. Prima lumborum vertebra. *L.* processus obliquus superior. *M.* spina.

N. O. P. Os sacrum. *N.* lateris pars inaequabilis infra os iliûm. *O.* spina tertia. *P.* processus obliquus inferior, qui cum superiore primi ossiculi coccygis committitur.

Q. R. Coccygis ossiculum primum. *Q.* processus obliquus superior. *R.* corpus.

S. T. Coccygis ossicula. *S.* secundum. *T.* tertium.

In thorace, scapulis, clavicula.

V. W. X. Costa sinistra prima. *V.* pars prima, qua corpori vertebrae duodecimae dorsi inhaeret. *W.* capitulum, quo commissa cum processu transverso ejusdem vertebrae.

Y. Z. a. a. b. Costa sinistra secunda. *Y.* pars prima, qua inhaeret sinui communi corporibus vertebrarum dorsi duodecimae et undecimae. *Z.* capitulum, quo committitur cum processu transverso vertebrae dorsi undecimae. *b.* extremum cartilagineum.

c. Costa dextra secunda.

d. d. e. Costa sinistra tertia. *e.* extremum cartilagineum.

f. f. Costa dextra tertia.

g. h. Costa sinistra quarta. *h.* extremum cartilagineum.

i. i. k. Costa dextra quarta. *k.* extremum cartilagineum.

l. m. Costa sinistra quinta. *m.* extremum cartilagineum.

n. n. o. o. Costa dextra quinta. *o. o.* extremum cartilagineum.

p. p. q. Costa sinistra sexta. *q.* extremum cartilagineum.

r. r. s. s. Costa dextra sexta. *s. s.* extremum cartilagineum.

t. t. u. Costa sinistra septima. *u.* extremum cartilagineum.

v. v. w. w. Costa dextra septima. *w. w.* extremum cartilagineum.

x. y. Costa sinistra octava. *y.* extremum cartilagineum.

z. z. z. 1. 1. Costa dextra octava. *1. 1.* extremum cartilagineum.

2. 3. Costa sinistra nona. *3.* extremum cartilagineum.

4. 4. 5. 5. Costa dextra nona. *5. 5.* extremum cartilagineum.

6. 6. 7. Costa sinistra decima. *7.* extremum cartilagineum.

8. 8. 9. Costa dextra decima. *9.* extremum cartilagineum.
10. 10. 11. Costa sinistra undecima. *11.* extremum cartilagineum.
12. 12. 13. Costa dextra undecima. *13.* extremum cartilagineum.
14. 15. 15. 16. Costa sinistra duodecima. *14.* pars prima, qua inhaeret corpori vertebrae dorsi primae. *16.* extremum cartilagineum.
17. Scapula dextra ex interiore parte.
18. 19. 20. 21. 22. Scapula sinistra. *19.* cervix. *20.* pars cartilaginea, qua cervix augetur tegiturque sinus, qui cum humero committitur. *21.* spina. *22.* processus superior.
23. Clavicula sinistra.
24. Os pectoris.

In brachiis et manibus.

A. B. C. D. E. F. G. H. Os humeri in utroque latere. *A.* in sinistro, eminentia, ad quam desinit *Deltoides*. *B. C D* caput superius. *B.* capitis superioris tuber inaequabile minus. *C.* capitis superioris tuber inaequabile majus. Inter *B.* et *C.*, sinus, quo continetur tendo capitis longioris *Bicipitis brachii*. *D.* crusta cartilaginea laevis, qua operta capitis pars, quae cum sinu scapulae committitur. *E.* condylus minor. *F.* caput laevi cartilagine crustatum, cum quo radius committitur. *G.* rotula laevi cartilagine crustata, cum qua committitur ulna. *H.* condylus major.
I. K. L. M. Ulna in utroque latere. *I.* olecranon. *L.* capitulum laevi per ambitum cartilagine crustatum, cum quo committitur radius. *M.* processus styloides.
N. O. P. Q. R. S. Radius, tum dexter, cum sinister. *O.* caput superius. *P.* tuberculum, ad cujus partem posteriorem desinit tendo *Bicipitis brachii,* ad priorem idem ille se inflectit, cum manus in pronum vertitur. *Q. Q. R. S.* capita inferiora. *R.* sinus, per quem incedunt tendines pollicis manus *Extensoris minoris* et *Abductoris longi*. *S.* sinus, rursus distinctus in duos, per quem incedunt tendines *Radialium externorum*.

T. V. Os naviculare carpi. *V.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum multangulis committitur.

W. Os lunatum.

X. Y. Os triquetrum. *X.* pars laevi cartilagine crustata, qua parte committitur cum cubito, interveniente ligamento, quod ab imo capituli ulnae deductum ad imum radium, qua parte is cum ulna committitur.

Z. Os subrotundum.

a. Os multangulum majus.

b. Os multangulum minus.

c. c. Os capitatum.

d. e. f. Os cuneiforme carpi. *e.* pars laevi cartilagine crustata, qua parte committitur cum triquetro. *f.* processus unciformis.

g. h. Os metacarpi pollicis. *h.* crusta cartilaginea, qua caput inferius, qua parte cum eo os primum et sesamoidea committuntur, opertum. Idem in dextro pollice.

i. i. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum metacarpo suo.

k. l. Os primum pollicis manus. *l.* crusta cartilaginea, qua intectum caput inferius, qua parte cum eo os ultimum committitur.

m. Os ultimum pollicis manus.

n. o. p. q. r. Ossa metacarpi manus; *n.* indicis, *p.* medii, *q.* annularis, *r.* auricularis. *o.* crusta cartilaginea laevis, qua tecta capitis inferioris metacarpi indicis pars illa, cum qua os primi ordinis committitur: quales et in reliquis utriusque manus.

s. t. u. v. w. Ossa primi ordinis digitorum manus: *s.* auricularis, *t.* annularis, *u.* medii, *v.* indicis. *w.* crusta laevis cartilaginea, qua tectum caput inferius, qua parte cum eo committitur os secundi ordinis: cui similes crustae in reliquis.

x. y. z. Γ. Δ. Ossa secundi ordinis digitorum manus: *x.* indicis, *y.*

medii, *z.* annularis, Γ. auricularis. Δ. caput inferius laevi cartilagine crustatum, qua parte pertinet ad articulum cum osse tertii ordinis: sic et in reliquis.

Θ. Λ. Ξ. Π. Ossa tertii ordinis digitorum manus: Θ. indicis, Λ. medii, Ξ. annularis, Π. auricularis.

In coxis et pedibus.

Σ. Φ. Ψ. Ω. *a. b.* Os coxae sinistrae Σ. Φ. Ψ. os iliûm, Φ. crista, Ψ. tuberculum, a quo oritur *Rectus cruris.* Ω. *a.* ischion, *a.* acutus ischii processus. *b.* os pubis.

c. d. e. f. f. Os coxae dextrae. *c.* crista ossis iliûm. *d.* tuberculum, a quo *Rectus cruris* oritur. *e.* acutus ischii processus. *f. f.* os pubis.

g. h. i. k. l. m. Os femoris sinistri. *g.* caput laevi cartilagine crustatum, quo cum acetabulo committitur. *h.* collum. *i.* trochanter major. *l.* condylus exterior. *m.* huc usque pertinens crusta cartilaginea laevis, qua tecta pars condyli ad articulum genu pertinens.

n. n. o. p. p. Os femoris dextri. *o.* condylus interior. *p. p.* huc usque pertinens crusta cartilaginea laevis, qua condyli pars illa crustata, cum qua committitur tibia et patella.

q. r. Patella. *r.* hac parte, quae ad articulum genu pertinet, tecta crusta cartilaginea laevi.

s. s. Cartilagines semilunares interiores, insertae articulis genuum.

t. Cartilago semilunaris exterior, inserta articulo genu.

u. v. w. x. y. z. Tibia. *u.* caput superius, *v.* hac parte, qua ad articulum genu pertinet, tectum crusta cartilaginea laevi. *w.* eminentia, ad quam desinit ligamentum a patella procedens, eamque tibiae alligans, *y. z.* caput inferius, *z.* malleolus internus.

A. B. C. Fibula. *B.* caput superius. *C.* malleolus externus.

D. E. F. G. Talus. *E.* hac parte ad articulum cum crure pertinet, laevique cartilagines crustatus est. *F.* sinus, per quem incedit tendo *Flexoris longi pollicis* pe-

dis. *G.* crusta cartilaginea, qua tectum hoc caput ejus.

H. I. K. Calcaneus. *I.* tuber, quo incipit; ad cujus posteriorem et eamdem inferiorem partem *tendo achillis* cum *Plantaris* tendine desinit; ad posteriorem eamdemque superiorem inflectitur, cum articulum cruris cum pede extremo flectimus in priorem partem. *K.* pars eminens, quae caput tali sustinet.

L. Os cubiforme.

M. Tarsi os naviculare.

N. Tarsi os cuneiforme medium.

O. Tarsi os cuneiforme minus.

P. Tarsi os cuneiforme majus.

Q. R. S. T. V. W. Ossa metatarsi: *Q.* pollicis, *R.* digitorum parvorum primi, *S.* secundi, *T.* tertii, *V.* quarti. *W.* metatarsi pollicis caput laevi cartilagine crustatum, qua parte ad articulum cum osse primo et cum sesamoideis pertinet. Idem in reliquis metatarsi.

X. Ossa sesamoidea, quae apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse.

Y. Z. α. β. γ. Δ. Ossa primi ordinis pollicis pedis, digitorumque parvorum: *Y.* pollicis, *Z.* parvorum primi, α. secundi, β. tertii, γ. quarti. Δ. caput laevi cartilagine crustatum, qua parte pertinet ad articulum cum osse proximo. Eodem modo in digitis reliquis.

ω. ζ. η. θ. Ossa secundi ordinis digitorum pedis parvorum, ω. primi, ζ. secundi, η. tertii, θ. quarti.

ι. Pollicis pedis os ultimum.

$\varkappa$. λ. μ. ν. Ossa tertii ordinis digitorum pedis parvorum, $\varkappa$. primi, λ. secundi, μ. tertii, ν. qurati.

TABULA VII.

Ex Sam. Thom. Soemmerring Tabula sceleti feminini.

Sistit sceletum femininum eadem arte delineatum, qua virilem sceletum exhibuit Albinus. Sceleto feminino, quem haec tabula repraesentat, comparato cum Albiniana tabula sceleti virilis, ratione sexus, *haec discrimina facile satis in oculos incurrunt.*

Sceleton muliebre per omnia masculino minus, et gracilius, praeter cranii ossa.

Ejusdem enim magnitudinis os maturum femininum pauciores asperitates, minores spinae, exiliores sulci, minores articuli, forma tornatior, majorque laevitas a virili osse distinguere solent; ut manifeste in ossibus cranii, faciei, pelvis, et scapulis apparet.

Os muliebre cylindricum vel longum quodcumque eademque fere superficierum articularium latitudine, qua os virile praeditum, majore diaphyseos exilitate distinguitur, quo fit, ut totus sceletus gracilior appareat.

In summam, ossa muliebria feminei quid, satis ex hac icone intellectu facile, verbis vero descriptu difficile, gerunt.

Calvariae femineae ambitus major.

Sinus frontales angustiores.

Glabella minus elevata.

Calvariae foramina nihilosecius angustiora, v. c. foramina ophthalmica.

Faciei ossa omnia multo subtiliora.

Narium introitus minus patuli.

Maxillae superioris et inferioris limbus alveolaris magis ellipticus.

Mandibula minus aspera, laevigata quasi.

Dentes ipsi minores, et in pulchrioribus quidem inter se magis aequales, adeo ut forma et magnitudine incisores minus ac in viris differant a caninis et molaribus.

Oris totum cavum angustius et brevius.

Vertebrarum corpora proceriora -- ab utroque latere magis sinuata, hinc minus retusa. Processus earum transversi magis retrorsum tendentes, adeo ut sulci, medios inter eos et processus spinosos per posteriorem columnae partem, ab utroque processuum spinosorum latere descendentes profundiores sint.

Cartilagines vel ligamenta intervertebralia crassiora vel altiora.

Totus thorax *supra* brevior, vel ad quartam costam usque paulo amplior -- *infra* vero angustior dolio similior, minus conoides in priore parte magis gibbus quam masculinus, *longius a pelvi distans* ob interstitium ultimam costam inter et marginem ossis coxarum majus -- *minus prominens*, adeo ut corpore erecto vel supino in sexu sequiori symphysis ossium pubis, in sexu potiori thorax promineat.

Costae tenuiores, planiores ideoque margine superiore et inferiore acutiores.

Cartilagines costarum verarum, ratione ad partem costarum osseam habita, longiores.

Costae spuriae majore proportione ultimam costam versus decrescunt.

Hiatus inter cartilagines septimae, octavae, nonae costae sursum versus multo acutiorem angulum constituunt.

Hiatus laterales canalis medullae spinalis, qui ab arcu e corpore vertebrae protento et ipsius vertebrae corpore, et quidem a binis junctis vertebris, majorem tamen partem a superiore vertebra construuntur et nervos excipiunt, multo sunt ampliores; quod quidem in vertebris colli optime in hac tabula cernitur.

Ossa sterni junctim breviora, proprius extremo thoracis superiori ad lineam fere per planum horizontale quarti costarum paris, in sceleto vero masculino quinti paris ductam

desinunt, longius igitur ab ossibus pubis distant.

Lumborum major longitudo.

Pelvis omnes diametri majores. Cristae et tubera ossium coxarum longius ab invicem distant.

Spatium ossa pubis inter majus est; ligamentum igitur symphyseos latius est, crassius, quamvis brevius.

Os sacrum latius, magis sinuatum, neque apex illius tantum in pelvim porrigitur.

Ossa coccygis graciliora, magis prorsum versus tendunt, minus tamen in pelvim porriguntur.

Ossa coxarum latiora sunt, planiora, magisque in exteriorem partem repanda; major est angulus rami descendentis ossis pubis cum symphysi, ideoque angulus inter ossa pubis potioris sexus acutus est, sequioris vero gradus LXXX-LXXXX. attingit, propiusque ad figuram arcus accedit. Tubera ossium coxarum majora, sunt planiora. Spatium tubera inter et acetabulum minus est. Incisura ischiadica major. Foramen ovale amplius. Incisura, tendinem musculi *obturatoris externi*, tuber ischii inter et acetabulum, excipiens, ut in sinistro latere cernitur, angustior videtur.

Accetabula ossium coxarum longius ab invicem distant, ideoque mulieres incedentes vacillant; quum vero superficiei pelvis priori propiora sunt, procedente graviditate libramentum corporis, cujus gravitatis punctum tunc temporis propius nonnihil priora tangit, melius servatur.

Gremium amplius est.

Ossa artuum inferiorum acutiorem angulum inferiora versus sistunt.

Ossa femorum magis in priora curvata sunt, ut optime in femore dextro cernitur. Collum femoris cum corpore majorem angulum constituit. Condylus internus major est, magis gibbus et nonnihil longior externo condylo.

Pedes minores.

Humeri devexiores.

Articuli humerorum non tantum ab invicem distant.

Claviculae minus curvae sunt, ut scapulae modo ad coxas latas

justo, ab invicem distent, et affatim reprimantur. Viriles vero claviculae magis curvae sunt, ut scapulae magis, quam si claviculae in rectum protensae fuissent, producantur. Masculini sceleti claviculae magis deorsum versus tendunt, et cum ossibus pectoris obtusum, feminei vero sceleti claviculae rectum fere angulum constituunt.

Scapulae minores sunt, tenuiores, planiores, anguli earum acutiores.

Artus superiores breviores.

Ossa carpi angustiora.

Digiti magis acuminati sunt.

TABULA VIII.

CRANIUM HOMINIS VARIO ASPECTU.

FIGURA I.

Ex Albini Tabul. ossium human.

Caput a parte priore.

a. Os verticis.
b. Os frontis.
c. Os occipitis.
d. Os temporis.
f. Processus zygomaticus ossis temporis.
i. Ossis multiformis processus lateralis.
k. Ejusdem processus anterior.
o. Cribriformis ossis pars *planum* dicta.
p. Interstitium.
q. Os spongiosum superius.
r. s. Os maxillare; cujus pars *s.* ad nasi interstitium pertinens.
t. Os jugale.
u. Os nasi.
v. w. Os unguis.
x. Os palati.
y. Os spongiosum inferius.
z. Os vomeris.
A. Maxilla inferior.
B. Processus coronoideus.
E. Sutura sagittalis.
F. Sutura coronalis.

I. Sutura squamosa.
K. Suturae sagittalis nota superstes.
L. Sutura propria maxillari.
O. Per hoc foramen exit ramus primi rami quinti paris nervorum cerebri, cum vasis.
P. Lunula in dextro latere, loco foraminis *O.*
Q. Per hoc foramen opticus nervus et ramus carotidis internae ad oculum pertinens.
R. Per hanc fessuram nervus tertii paris, quarti, sexti, primus ramus quinti.
T. Per hunc canalem ramus secundus paris quinti.
V. Exitus canalis per quem excurrit ramus maxillaris tertii rami paris quinti, cum vasis. Vide Fig. II. *U. W.*
X. Canaliculus, per quem ramus arteriae et venae durae matris ad oculi foramen penetrat.
Z. Foramen magnum ossis occipitalis.
w. Principium canalis dicti *nasalis.*
β. Musculi *temporalis* initium.
ν. Origo musculi *masseteris.*
π. ρ. Dentes tomici, seu incisores.
σ. - - - - canini.
τ. υ. φ. χ. ψ. - - - - maxillares.

F I G. II.

Ex eodem Opere.

Caput a parte posteriore.

a. a. Ossa verticis.
c. Os occipitis.
d. Os temporis.
e. Processus mammillaris.
f. Processus zygomaticus.
g. Processus styliformis.
m. Processus pterygoidei ala exterior.

n. Ejusdem ala interior.
r. Os maxillare.
t. Os jugale.
x. Os palati.
A. Maxilla inferior.
E. Sutura sagittalis.
G. Sutura lambdiformis.
H. Os wormianum.
I. Sutura squamosa.
M. Sutura propria maxillari.
N. Per hoc foramen penetrat arteria cum vena.
S. Per hoc foramen penetrat vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem.
U. Per hunc canalem ramus maxillaris tertii rami paris quinti cum vasis; exit in *V*. Fig. I.
W. Vestigium rami quem maxillaris mododictus exigit.
Y. Introitus canalium ad nasum pertinentium. (Ita *Albinus*. Per haec autem foramina nervos ad palatum descendere observavit *Antonius Scarpa*).
β. Musculi *temporalis* initium.
γ. Origo musculi *biventris maxillae*.
δ. Origo musculi *mylohyoidei*.
ε. Origo musculi *genioglossi* et *geniohyoidei*.
ζ. Ubi inseritur musculus *biventer cervicis*, *cucullaris*, *sternomastoideus*
η. Ubi inseritur *complexus*.
θ. Ubi inseritur *obliquus superior*.
ι. Ubi finem habet *rectus posticus major*.
κ. Ubi *minor*.
λ. Ubi *splenius capitis*.
μ. Ubi *trachelomastoideus*.
ξ. Ubi *pterygoideus internus*.
o. Ubi *biventer maxillae*.
π. *ρ*. Dentes tomici.
σ. - - - - canini.
τ. *υ*. *χ*. *φ*. *ψ*. - - - - maxillares.

F I G. III.

Ex eodem Opere.

Caput a parte laterali.

a. Os verticis.
b. - - frontis.
c. - - occipitis.
d. - - temporis.
e. Processus mammillaris.
f. Processus zygomaticus.
g. Processus styliformis.
h. Porus acusticus.
i. Ossis multiformis processus lateralis.
l. Processus pteryogideus.
o. Ossis cribriformis pars *planum* dicta.
r. Os maxillare, cujus pars *s.* ad nasi interstitium pertinens.
t. Os jugale.
u. Os nasi.
v. w. Os unguis.
x. Os palati.
z. Vomer.
A. Maxilla.
B. Processus coronoideus.
C. Condylus.
D. Cartilago articulo interjecta.
F. Sutura coronalis.
G. Sutura lambdiformis.
I. Sutura squamosa.
O. Per hoc foramen penetrat ramus primi rami quinti paris nervorum cerebri, cum vasis.
S. Per hoc foramen vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem.
V. Exitus canalis, per quem excurrit ramus maxillaris tertii rami paris quinti, cum vasis. Fig. II. *U. W*

ω. α. Principium canalis dicti nasalis.

β. Musculi *temporalis* initium.

ζ. Ubi inseritur *biventer cervicis, cucullaris, sternomastoideus.*

η. - - - - - - - *complexus.*

θ. - - - - - - - *obliquus superior.*

λ. - - - - - - - *splenius capitis.*

μ. - - - - - - - *trachelomastoideus.*

ν. - - - - - - - *masseter.*

π. ρ. Dentes tomici.

ρ. - - - - canini.

τ. υ. ϕ. χ. ψ. - - - - maxillares.

F I G. IV.

Ex Cadavere

Caput a parte superiore.

a. a. Ossa verticis.

b. Os frontis.

f. Processus zygomaticus.

u. u. Ossa nasi.

E. Sutura sagittalis.

F. Sutura coronalis.

N. N. Per haec foramina penetrat arteria cum vena.

F I G. V.

Ex Cadavere

Caput foetus maturioris a parte priore.

a. Sutura sagittalis usque ad nasi radicem continuata.

b. Fontanella vulgo dicta, seu fons pulsatilis.

c. c. Alveoli in os maxillari.

d. d. Maxilla inferior in duas aequales partes divisa, cartilagine intercedente.

e. e. e. e. Eminentes in ea alveoli.
Caetera ut in Fig. I.

FIG. VI.

Ex Cadavére.

Idem Caput a parte posteriore.

a. a. Ossa verticis.
b. Sutura sagittalis.
c. Pars membranacea inter oras ossium parietalium, et os occipitis, seu fontanella posterior.
d. Os occipitis.
e. e. Fissurae laterales.
f. Cartilago, qua os occipitis conjungitur cum ossibus mammillaribus.
h. h. Sutura lambdiformis.
l. l. Os mammillare.
m. m. Sutura squamosa.
n. n. Ossis maxillaris superficies inferior, seu palatina.
o. o. Maxillae inferioris partes osseae.
Caetera ut in Fig. II.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Idem Caput a parte laterali.

a. Os verticis sinistrum.
b. Sutura coronalis.
c. Lamina cartilaginea, quae ossis verticis angulum anteriorem et exteriorem cum processu ossis multiformis alligat.
d. Os squamosum.
e. Os mammillare, seu adultorum processus mammillaris.

f. Annulus osseus, cui inseritur membrana tympani.
g. Tympani membrana.
h. Os occipitis.
i. Pars cartilaginea, quae jungit os mammillare cum osse occipitis.
Caetera ut in Fig. III.

FIG. VIII.

Ex Cadavere

Idem Caput à parte superior.

a. a. Ossa verticis.
b. b. Ossa frontis.
c. Fontanella anterior.
d. d. Sutura coronalis.
e. Sutura sagittalis.
f. f. Ossa nasi.
g. g. Processus nasalis ossis maxillaris.

TABULA IX.

FIGURA I.

Ex eodem Opere.

Cranium a parte inferiore.

a. Os verticis.
b. Os occipitis.
c. Tubera laevi cartilagine crustata, quibus committitur cum atlante.
d. Os temporis.
e. Processus mammillaris.
f. - - - - - petrosus.
g. - - - - - zygomaticus.
h. - - - - - styliformis.
i. Radix ejusdem processus styliformis.
k. Processus acusticus.
l. Sinus ad articulum maxillae.
m. Tuberculum articuli maxillae.
n. Basis ossis multiformis.
o. Ejusdem ossis processus lateralis.
p. Processus pterygoidei in osse multiformi ala exterior.
q. Ejusdem processus ala interior, cum hamulo *r.*, qui sustinet tendinem musculi *circumflexi.*
s. Processus ad canalem pertinens, per quem penetrat arteria carotis interna.
t. Os palati.
u. Os spongiosum inferius.
v. Vomer.
w. Os maxillare.
x. y. Alveoli dentium tomicorum.

z. Alveolus dentis canini.

A. B. C. D. E. Alveoli dentium maxillarium.

F. Os nasi.

G. Interstitium cribriformis.

H. Os jugale

I. Os frontis.

K. L. Suturae maxillari propriae.

M. Sinus excavatus in palato osseo retro radices dentium incisorum anteriorum. In eo *1. 1.* orificia ductuum *Stenonis* ad palatum: *2.* exitus canaliculi posterioris, seu dexteri, pro nervo naso-palatino ejusdem lateris: *3.* ostium canaliculi anteriosis, seu sinistri, pro egressu nervi naso-palatini lateris sinistri. Vide *Scarpa* Annotat. Anatom. Lib. II.

O. Canalis per quem penetrat ramus secundus nervi quinti paris.

P. Canalis per quem ad palatum posterius descendit ramus rami secundi quinti paris.

Q. Foramen, per quod tertius ramus paris quinti exit e cranio.

R. Foramen, quod subit arteria et vena durae matris.

S. Canalis, per quem carotis interna cranium intrat, exit autem nervus intercostalis.

T. Foramen, quod viam praebet nervo octavi paris, et spinali recurrenti.

U. Foramen, per quod de cranio egreditur sinus lateralis.

V. Aquaeductus *Falloppii*, per quem exit portio dura paris septimi.

W. Foramen quod penetrat vena vertebralis.

X. Magnum foramen, per quod excurrit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.

Y. Foramen, per quod vena petit sinum lateralem, et arteria pertinens ad duram matrem.

Z. Fissura, per quam sibi viam facit tendo musculi *externi* mallei, et chorda tympani.

α. Finis partis osseae tubae *Eustachii*.

β. γ. Sinus cui insidet pars tubae illius assimilis cartilagini.

δ. Locus ubi inseritur musculus *rectus internus major, et minor*.

ε. Ubi inseritur musculus *rectus lateralis*.

ζ. - - - - - - - - - - - - - *rectus posticus minor*.

η. - - - - - - - - - - - - - *rectus posticus major*.

θ. - - - - - - - - - - - - - *abliquus superior*.

ι. - - - - - - - - - - - - - *complexus*.

κ. - - - - - - - - - - - - - *biventer cervicis, cucullaris, sternomastoideus*.

λ. - - - - - - - - - - - - - *splenius capitis*.

μ. - - - - - - - - - - - - - *trachelomastoideus*.

ν. Unde oritur musculus *biventer maxillae ;* sulcus videlicet ad radicem processus mammillaris.

ξ. Unde oritur musculus *temporalis*.

π. - - - - - - - - - - - - - *pterygoideus externus*.

ρ. - - - - - - - - - - - - - *circumflexus*.

σ. - - - - - - - - - - - - - *masseter*.

τ. Sutura sagittalis in facie cranii interna et superiore.

FIG. II.

Ex ALBINI *Tabul. ossium human.*

Dissecti cranii superficies interior et superior.

a. Os occipitis.

d. Os wormianum.

e. Os verticis.

g. Os temporis.

q. Os frontis.

t. Sinus frontalis.

u. Interstitium sinuum frontalium.

F. Vestigium sinus longitudinalis.

P. Per hoc foramen penetrat arteria cum vena; quod foramen respondet foramini *N.* (fig. 2. Tab. VIII.)

Q. Vestigia arteriae et venae, quae subit foramen *P.*

Y. Vestigia arteriae et venae, quae penetrat per foramen *X.* fig. 2. hujus Tabulae.

Z. Haec pars canalis loco vestigii in latere dextro.

v. Sinuli, quibus carunculae durae matris insertae sunt.

Δ. Sutura lambdiformis.

Θ. - - - - - coronalis.

Λ. - - - - - sagittalis.

Ξ. Diplöe duabus interjecta tabulis, qua sectum est os.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Ejusdem cranii superficies interior et inferior cum cadavere comparata, et accuratius delineata.

a. b. Os occipitis.

c. Tuber quo os occipitis cum atlante committitur.

e. Os verticis.

g. h. Os temporis.

i. Processus petrosus.

k. Ossis multiformis basis.

l. Paries pone sellam equinam *E.*

m. Processus anterior.

n. Processus lateralis.

q. Os frontis.

t. Sinus frontalis.

u. Interstitium sinuum frontalium.

v. Os cribriforme.

w. Crista galli.

x. Ala ejusdem cristae.

D. h. Scrobs cui globus cerebelli insidet.

E. Sella equina.

F. Vestigium sinus longitudinalis.
G. H. I. K. Vestigium sinus lateralis.
L. M. N. Vestigium alterius sinus prope sellam equinam.
O. Aliud vestigium alîus sinus.
R. Foramen coecum, cui dura mater inhaeret.
S. Foramina ossis cribriformis pro nervis olfactoriis.
T. Vestigium continuitatis foraminum opticorum.
U. Foramen opticum, per quod opticus nervus penetrat, et ramus arteriae carotidis internae ad oculum pertinens.
V. Foramen rotundum, per quod transit ramus secundus nervi quinti paris.
W. Foramen ovale, quod viam praebet tertio ramo quinti paris.
X. Foramen, quod arteria et vena durae matris transgreditur. *Spinosum* appellat *Soemmerringhius*.
Y. Vestigia arteriae et venae, quae per duram meningem disseminatur.
Z. Pars canalis, loco vestigii.
α. Canalis per quem penetrat arteria carotis interna, et exit nervus intercostalis.
β. Vestigium carotidis illius.
γ. Lunula per quam penetrat.
δ. Canalis communis portioni molli et durae paris septimi nevorum.
ε. Fissura, qua exit nervus paris octavi cum spidali recurrente.
ζ. Fissurae ipsius pars qua exit sinus lateralis.
η. Foramen quod penetrat nervus paris noni.
θ. Foramen magnum, per quod transit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.
ι. Foramen per quod vena penetrat ad sinum lateralem, et arteria pertinens ad duram matrem (vide *Y.* in Fig. I. hujus Tabulae.)
κ. Lunula, cui quinti paris nervus insidet.
μ. Vestigium separationis pristinae in foetu.

φ. Os maxillare.
ω. Os nasi.
Δ. Sutura lambdiformis.
Ξ. Diploe duabus interjecta tabulis qua sectum os.
Λ. Canaliculus et foramen, per quod ramus nerveus excurrit a secundo ramo quinti paris proveniens, et ad aquaeductum *Falloppii* recta pergens.

FIG. IV.

EX EODEM OPERE.

Ejusdem cranii superficies lateralis.

a. b. Os occipitis.
c. Tuber, quo idem os cum atlante committitur.
e. Os verticis.
f. Ora ad sagittalem suturam pertinens.
g. h. Os temporis.
i. Processus petrosus ejusdem ossis.
l. Paries pone sellam equinam.
m. Processus anterior ossis multiformis.
n. Processus ejusdem ossis lateralis.
o. Interstitium sinuum multiformis.
p. Pars ad interstitium nasi pertinens.
q. Os frontis.
r. Crista ejus.
s. Processus ad interstitium nasi pertinens.
u. Interstitium sinuum frontalium.
v. Os cribriforme.
w. Crista galli.
y. Interstitium cribriformis; in quo *1.* Rima in priori sede laminae cribrosae ad nares hians: *2. 2. 2.* Canaliculi per mediam regionem septi narium ossei descendentes: *3. 3.* Canaliculi posteriores: *4. 4. 4* Sulci, in quos canaliculi supra indicati ulterius ad inferiora elongantur: *5.* Canaliculus abiens in sulcum longissimum.

z. Vomer.

A. Eminentia ossis palati sinistri ad interstitium nasi pertinens.

B. Eminentia ossis maxillaris ad interstitium nasi pertinens.

C. Similis eminentia in osse nasi.

D. *h* Scrobs, cui globus cerebelli insidet.

G. *H*. *I*. *K*. Vestigium sinus lateralis.

L. *M*. *N*. Vestigium sinus alîus.

S. Foramina ossis cribriformis.

Y. Vestigia arteriae et venae durae matris.

Z. Canalis portio, loco vestigii.

δ. Canalis communis portioni molli et durae paris septimi.

ε. Foramen, quo exit nervus paris octavi cum spinali recurrente.

ζ. Fissura, qua exit sinus lateralis.

η. Foramen, quod penetrat nervus paris noni.

θ. θ. Foramen magnum, per quod transit spinae medulla, nervi spinales recurrentes, arteriae vertebrales.

ι. Foramen, per quod vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem. Vide *Y*. in Fig. I. hujus Tab.

κ. Lunula cui quinti paris nervus insidet.

λ. Canalium a palato ad nasum pertinentium sinister. Vide quae adnotavimus in Fig. II. Tab. VIII. *Y*.

ν. Sinuli, quibus carunculae durae matris insertae sunt.

ξ. Processus mammillaris.

π. Sulcus unde *biventer maxillae* oritur.

ρ. Processus styliformis.

σ. Processus pterygoidei ala exterior.

τ. Ejusdem ala interior.

υ. Os palati.

φ. Os maxillare.

χ. Alveolus dentis tomici primi sinistri.

ψ. Os spongiosum inferius.
ω. Os nasi.
Γ. Sutura in osse maxillari.
Δ. Sutura lambdiformis.
Θ. - - - - coronalis.
Λ. - - - - sagittalis.
Ξ. Diploe duabus interjecta tabulis, qua sectum os fuit.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Maxilla a parte superiore.

υ. φ. Alveoli dentium tomicorum.
χ. Alveolus dentis canini.
ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Alveoli dentium maxillarium.
Λ. Condylus.
Ξ. Capitulum ad articulum maxillae pertinens.
Π. Processus coronoideus.
Σ. Locus ubi inseritur musculi *temporalis* mucro major.
Ω. - - - - unde oriuntur musculi *geniohyoidei*, et *genioglossi*.
æ. Introitus canalis *V.* Fig. I. Tab. VIII. *U.* Fig. II.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Maxilla a parte inferiore.

Λ. Condylus.
Π. Processus coronoideus.
Φ. Locus ubi inseritur musculus *biventer maxillae*.
Ψ. - - - unde oritur musculus *mylohyoideus*.
Ω. - - - - - - - oriuntur musculi *geniohyoidei*, et *genioglossi*.
æ Introitus canalis, uti in Fig. V. hujus Tab.

FIG. VII.

Ex Albini Icon. oss. foet. hum.

Maxilla inferior foetus maturioris a parte superiore.

a. Condylus, spongiosus, tenerrimus.
b. Cervix, pariter spongiosa.
c. c. Posteriora maxillae.
d. Squamula eminens, sub qua introitus est canalis, in quem vasa et nervus maxillae penetrant.
e. f. g. Processus coronoidei, *e. f.* pars interior, *g.* exterior. *e.* pars rarior, *f.* pars solidior.
Inter *e.* et *f.* Eminentia per altitudinem processus surgens.
h. Primum nasci incipiens alveolus molaris quarti.
i. Alveolus molaris tertii.
k. Primum surgere incipiens septum, quo distinguuntur alveoli molaris tertii et secundi.
l. Alveolus molaris secundi.
m. Rudimentum septi distinguentis alveolus molaris secundi et primi. Hoc in fundo alveoli primum incipit nasci: juxta margines ejusdem superiores jam insignius est.
n. Alveolus molaris primi.
o. In eo principium canalis quo exeunt vasa cum nervo: cujus canalis finis exhibitus Fig. VIII. *k.*
p. Septum, quo distinguuntur alveoli molaris primi et canini; jam perfectius, sed tamen medium adhuc perforatum, nondumque plane perfectum; quod non apparet in figura.
q. Alveolus canini.
r. s. Septum, quod intercedit inter alveolum canini et incisoris secundi. *r.* pars ejus ex imo surgens, *s.* pars superior, jam perféctior.
t. Pars media majorque, nondum perfecta, ex alveolo canini patens in incisoris alveolum.
t. u. Alveolus incisoris secundi.

w. Alveolus incisoris primi.

x. Superior, eaque jam satis perfecta, pars septi distinguentis alveolum incisoris secundi et primi. Caeterum hoc septum se habet ut praecedens.

y. y. Hîc duae partes maxillae inter se conjunguntur interveniente cartilagine. Itaque et septum quod distinguit alveolos duos primos, fit e duobus parietibus, quorum alter est in dextra parte, alter in sinistra. Vid. Tab. VIII. Fig. V.

z. Prior pars alveolorum, tenuis, tenerrima, pororum plena.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Ejusdem maxillae pars dextera, ab exteriore parte.

a. Pars, quae ad caput surrigit, in qua fila manifesta, inter quae spongiosa est et porosa, imprimis a parte superiore.

b. Condylus, quo committitur com osse temporis, spongiosus, tenerrimus.

c. Processus coronoideus.

d. e. f. g. Eminentes alveoli, *d*. molaris secundi, *e*. primi, *f*. canini, *g*. incisoris primi: omnes constantes bracteola tenui, tenerrima, pororum plenissima, poris perparvis. Canini praeterea a superiore parte aliquantum interruptus, idest, nondum perfectus.

h. Alveolus incisoris secundi, non eminens, et hac parte crassior, firmior, poros habens pauciores, eosque majores.

i. Pars inferior maxillae, longe solidior, firmiorque.

k. Foramen, quo exeunt vasa cum nervo.

FIG. IX.

Ex Opere citato.

Eadem maxillae ejusdem pars ex interiore parte.

a. Superficies scabra, inaequabilis, tenera, spongiosa, quae interventu cartilaginis conjuncta cum simili superficie partis sinistrae.
b. Alveolus canini.
c. - - - - molaris primi.
d. - - - - - - - - secundi.
e. - - - - - - - - tertii.
f. g. h. Septa distinguentia.
i. k. l. Processus coronoideus. *i.* pars ejus solidior, *k.* pars valde spongiosa, *l.* Eminentia per altitudinem ejus ab hac parte erecta.
m. n. Pars maxillae interior: cujus *m.* superior rarior et tenuior; *n.* inferior solidior, multoque firmior et crassior.
o. Squama eminens, sub qua ostium canalis, in quem vasa cum nervo penetrant.
p. Pars haec insigniter spongiosa.
q. Condylus.

TABULA X.

FIGURA I.

Ex Jo. HUNTERI *Natural history of the human Teeth.*

Latus exhibet exterius ossis maxillaris tum et maxillae, lamina ossea detracta, ut alveoli, et dentium radices alveolis complexae primo intuitu veniant in conspectum.

FIG. II.

Ex EODEM *Opere.*

Maxilla pueri septem aut octo menses nati, cujus tomicus primus sinister e gingiva prodiit: una cum sacculis apertis aliorum dentium.

a. a. Alveolorum parietes ita ad invicem adducti ut dentium ortum adhuc impediant, praesertim maxillarium.

FIG. III.

Ex ALBINI *Academ. Annotat. Lib. II.*

Os maxillare sinistrum pueri, cui dentes decidui omnes jam plane eruperunt. Ex interiore parte exhibitum.

a. b. c. d. e. Dentes decidui. *a.* tomicus primus, *b.* secundus, *c.* caninus, *d.* maxillaris primus, *e.* secundus. Praesepiolis maxillarium effractis, conspicuae radices eorum: utriusque autem non nisi interior conspicua.

f. g. h. i. Dentes novi, imperfecti. *f.* tomicus primus, *g.* secundus, *h.* caninus, *i.* maxillaris primus. Inclusi in cavernulis suis, quae effractae. Tomicorum effractae plenius, una cum foramine, in quod ad maxillae marginem desinunt.

k. Vacua cavernula molaris secundi, qui excussus.

m. Maxillaris tertius, qui non deciduus, cavernula sua, quae effracta, inclusus.

n. Pars cavernulae molaris quarti, qui non deciduus.

o. Foraminulum, quo canaliculus desinit, in quem canini cavernula abit.

p. p. Os, quod ad palatum pertinet, exscissum usque ad cavernulam, quae caninum novum continet.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Dextra pars maxillae pueri, cui dentes decidui omnes jam plene eruperunt. Ex interiore parte expressa.

a. b. c. d. e. Dentes decidui. *a.* tomicus primus, *b.* secundus, *c.* caninus, *d.* maxillaris primus, *e.* secundus. Praesepiola canini et maxillarium incisa, apertaque, quo radices eorum appareant: canino simplex, gemina maxillaribus.

f. g. h. i. l. Dentes novi, imperfecti. *f.* tomicus primus, *g.* secundus, *h.* caninus, *i.* maxillaris primus, *l.* secundus.

m. n. Dentes maxillares immutabiles. *m.* tertius, *n.* quartus. Inclusi cavernulis suis, quae effractae.

o. Foramina in quae desinunt cavernulae tomicorum.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

a. Segementum maxillae ejusdem (Fig. III.), in quo tomicus secundus uterque, hoc est deciduus et novus. A latere exhibitum, qua parte sectum. Secta quoque cavernula novi, et praesepiolum decidui.

b. Deciduus, radice perfecta inhaerens praesepiolo suo.

c. Novus, isque imperfectior, inclusus cavernulae suae. Quae cavernula post sensim contractior *e.*, ad maxillae marginem pertinet.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Pars prior maxillae, tomicos et caninos continens. Provectioris est, tomicis primis jam mutatis. A posteriore parte et simul a superiore oblique exhibita.

a. a. Praesepiola tomicorum primorum, qui mutati fuerant.

b. b. Praesepiola tomicorum deciduorum secundorum; quae perdita dentium radice angustiora reddita, minusque profunda.

c. Cavernula tomici novi secundi, una cum foraminulo in quod juxta maxillae marginem desinit, effracta.

d. Tomicus novus secundus, cavernulae suae inclusus, quae eodem modo effracta.

e. e. Praesepiola caninorum deciduorum.

f. Effracta cavernula canini novi; qui exemtus.

g. Caninus novus, inclusus cavernulae suae, quae effracta. *i.* in praesepiolum decidui, non longe ab ejus fundo, incepit penetrare: ubi alterius canini decidui praesepiolum perforatum est.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Maxillae praesepiolum molarium deciduorum primi excusso dente vacuum. Aetate provectioris.

a. Eminentia media inter duas fossulas *b. c.*, e quibus dentis radices evulsae. Fossularum fundus perforatus est, quod succreverat novus, subtus iis interjectus.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Idem praesepiolum Fig. 6. sed provectioris.

a. Praesepiolum cui maxillaris deciduus primus jam decidit. Toto jam fundo praesepioli deleto, intra illud novus *b.* ex cavernula sua penetravit.

FIG. IX.

Ex eodem Opere.

Series dentium tomicorum primorum tam in supera quam in infera parte, tum et caninorum; qui incrementum magis magisque adepti sunt.

A. Tomicus primus in superiori maxilla, ab 1. ad 8.
B. Tomicus primus in inferiori maxilla, a 9. ad 15.
C. Dens caninus, a 16. ad 22.
1. 9. 16. Testulae dentium. In medio acuminis eminentiola.
2. 10. 17. Eaedem testulae aliquanto provectiores.
3. 18. Eaedem provectiores, radice tamen nondum inchoata.
4. 11. 19. Eaedem provectiores, ut quae radicem *a.* jam inchoarunt.

5. 6. 7. 8. Dens tomicus primus superius magis magisque provectior, radice quoque *a.* sensim incrementum adepta.

12. 13. 14. 15. Dens tomicus primus inferior aeque provectior, et radice *a.* sensim aucta.

20. 21. 22. Dens caninus incrementum adeptus, radice *a.* magis producta.

FIG. X.

Ex eodem Opere.

Series similis maxillaris decidui primi et secundi superioris in dextero latere.

D. Series maxillaris decidui primi.

1. Hic ab interiore parte expressus. Ejus testulae duae; *a.* major, quae a parte buccae: *b.* minor, quae a parte linguae.

2. Hjus idem positus, qui 1. Duabus testulis 1. conjunctis continuatisque, testa una constat, parva parte *a.* nondum absoluta.

3. Positus idem. Testa major, perfectior.

4. Testa eadem quae 3., a parte concava oblique exhibita. *a.* Radicum principium nondum inchoatum.

5. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. *a.* Radicum principium inchoatum.

6. Dens provectior, positu eodem. A radicum principio duae radices *a. b.* inchoatae, nata parte intermedia distinguente *c.* Deinde radix *a.* distinguitur in duas *a. b* num. 8.

7. Provectior, positu eodem. *a. b.* Radices eaedem quae *a. b.* num. 6. Fistulae sunt longiores.

8. Perfectior, positu eodem. *a. b. c.* Radices tres. Radix *a.* num. 7. hic distincta in duas *a. b.* Radix *b.* num 7. hic est radix *c.*

E. Series similis maxillaris decidui secundi in supera parte a dexteris.

9. Ab inferiore parte expressus. Testa interrupta, testulis, e quarum conjunctione nata, omni ex parte nondum continuatis inter se.

10. Provectior ab eadem parte expressus. Testa minus interrupta, nec nisi parva parte.

11. Provectior, a parte eadem. Testa nullibi interrupta.

12. Eadem testa quae num. 11., a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

13. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. *a.* Radicum principium inchoatum.

14. Dens provectior, positu eodem. A radicum principio duae radices *a. b.* inchoatae, nataque pars intermedia distinguens *c.* Radix *a.* dein distinguitur in duas *a. b.* num. 16.

15. Provectior, positu eodem. *a. b.* Radices duae quae in num. 14. inchoatae, hîc fistulae longiores.

16. Provectior, eodem positu, Radices tres, altera e duabus num. 15. *a.*, hîc jam distincta in duas *a b.* Tertia *c.* eadem quae *b.* num. 15.

17. Perfectior, positu eodem. *a. b. c.* radices illae tres, quae *a. b. c.* num. 16. hîc perfectiores.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Similis series maxillaris decidui primi et secundi inferioris: a dexteris.

F. Incrementum maxillaris decidui primi in infera parte.

1. A superiore parte expressus. Testa interrupta.

2. Provectior, a parte eadem. Testa minus interrupta.

3. Provectior, a parte eadem. Testa nullibi interrupta.

4. Testa eadem, quae num. 3. a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

5. Testa provectior, eodem modo a parte concava exhibita. Radicum principium inchoari coeptum.

6. Provectior, positu eodem. *a.*, Radicum principium inchoatum. *c.*, Particula separata, qua deinde cum acuminibus, in quae testae ora exit, conjuncta, patulum testae extremum distinguitur in partes duas, unde radices oriuntur *a. b.* num. 7.

7. Dens provectior, eodem positu. *a. b.* Radices duae, fistulis similes.

8. Dens perfectior, positu eodem. *a. b.* Perfectiores radices *a. b.* num. 7.

G. Series maxillaris decidui secundi in infera parte.

9. A superiori parte expressus. Testulae duae, nondum conjunctae.

10. Provectior, a parte eadem. *a.* quatuor angulorum testulae conjunctae inter se. *b.* quinti adhuc separata.

11. Provectior, a parte eadem. Testa non interrupta.

12. Eadem testa quae num. 11. a parte concava oblique exhibita. Radicum principium nondum inchoatum.

13. Provectior, a parte eadem, necdum inchoato radicum principio.

14. Provectior a parte eadem. *a.*, Radicis principium inchoatum. *b.*, Testae ora extrema in acumen a parte priori ambitus sui media exeuns. *c.*, Eadem eodem modo in acumen a posteriore parte exeuns. Acumen illud jam continuatum particulae separatae, inter acumina duo natae: sic jam in partes duas ex parte distinctum patulum testae extremum ad radices efformandas duas *a. b.* num. 15.

15. Dens provectior, positu eodem. *a. b.*, Geminae radicis principia, fistularum similitudine.

16. Dens perfectior, positu eodem. *a. b.*, Radices duae, quae *a. b.* num. 15. perfectiores.

F G. XII.

Ex Jo. Hunteri natural history of the human Teeth.
Adulti hominis dentes maxillis avulsi, et naturali ordine dispositi.

A. Dentes ad maxillam superiorem pertinentes,
B. Dentes ab inferiori maxilla detracti.
a. a. Dentes tomici seu incisores.
b. Dens cuspidatus seu caninus.
c. c. Dentes maxillares seu molares.
e. Dens sapientiae, seu maxillarium postremus.

FIG. XIII.

Ex Eodem Opere.

Portio maxillae, quae denti respondet cuspidato seu canino, magnitudine aliquantum aucta. Alveoli membrana incisa fuit, ut dens in conspectum veniret.

a. Pars dentis ossea.
b. Portio dentis adhuc tenella.
c. c. Membrana, quae alveoli internam caveam circumvestiebat, aperta et reflexa.

FIG. XIV.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. II.

Dentes parvulorum medii per longitudinem partis prioris et posterioris fissi. Idem omnium positus.

1. Testula provectior: *a.* cavum. Radix nondum inchoata.
2. Dens multo provectior, *a.* pars cava, *b.* gibba: utraque extrinsecus e crusta constans vitrea. *c.* radix. *d.* cavum radicis, dentisque.

3. Caninus provectior. *a.* pars concava, *b.* gibba: utraque ex crusta vitrea extrinsecus constat. *c.* radicis principium. *d.* cavum radicis, dentisque.
4. Maxillaris deciduus secundus in infera parte, medius per longitudinem laterum fissus. *a. a.* Testa ejus: *b. c.* principia radicum: *d.* cavum testae, radicumque.

FIG. XV.

Ex Jo. HUNTERI *Opere superius citato.*

Dens incisor per medium fissus, dein lente aliquantulum augente delineatus, ut striae pateant a circumferentia ad centrum decurrentes, ex quibus vitrea dentis ipsius crusta coalescit.

FIG. XVI.

Ex eodem Opere.

Dens molaris ad maxillam superiorem pertinens, per longitudinem fissus una cum gingiva, ut dentis et radicum cavum in aperto sit. Arteriae etiam arte repletae sunt, ut ramorum distributio innotescat. Omnia autem lente visa sunt plurimum augente.

a. a. Os maxillare et gingiva.
b. Dentis testa, quam interius plurimi lamellarum ordines constituunt.
c. c. Radices dentis duae.
d. d. Arteriae, quae per cavum uniuscujusque radicis sibi viam faciunt, usque ad testae cavum.

FIG. XVII.

Ex Monroni *Observations on the structure and functions of the nervous system.*

Ramos nonnullos sistit nervorum, qui dentes et gingivas perforant in infante.

A. Dens molaris secundus.

B. Tertius molaris, qui tamen in aperto non est.

C. Posterior pars nervi ab inferiori maxillari procedentis.

D. Ipsius nervi pars anterior.

E. Ramuli a nervo educti, qui superiora tenent, retro tertium dentem molarem, et in gingivam finem habent.

F. Ramuli duo plexum efformantes, a quo fibrae minimae nerveae pracedunt *G*, et membranam petunt, qua cavitas obducitur tertii molaris.

H. Nervuli, qui postquam dentis membranam superarunt, per dentis superficiem ad gingivam transeunt, et in ipsa disseminantur.

TABULA XI.

Ex Albini *Tabul. oss. hum.* et *Icon. oss. foet.*

FIGURA I.

Sequitur post Fig. IV. Tab. IX. Detractum interstitium nasi cum crista galli et interstitium sinus sphenoidalis.

a. Os frontis; *c.* quâ ad interstitium nasi pertinet; *d.* quâ ad suturae sagittalis excursum.

e. Ossis multiformis basis; *f.* ejusdem sella equina; *g.* paries post sellam erectus; *h.* ejusdem ossis processus lateralis; *i.* anterior; *k.* processus pterygoidei ala exterior; *l.* interior cum hamulo.

m. Os cribriforme.

n. - - cavernosum.

o. Ostium in nasi concavum patens.

C. Processus major connexus cum *M. N.* Fig. XI. et XIV. 1.

D. Os spongiosum superius.

I. -- unguis.

L. -- spongiosum inferius; *M.* ejusdem processus superior.

S. -- palati, quâ ad latus nasi pertinet; *V.* ejus processus posterior; *W.* anterior; *δ.* quâ connectitur cum osse palati altero.

ζ. Os maxillare quâ ad latus nasi pertinet; *η.* quâ ad nasum eminentem; *ι.* quâ ad palatum; *λ.* quâ ad cavernulas ossis cavernosi; *τ.* quâ cum maxillari altero.

Ψ. Os nasi; *ω.* quâ cum osse nasi altero connectitur.

Φ. Vomer.

Ω. Sinus sphenoidalis.

p. Sinus maxillaris.
u. Semicanalis, in quem abit *t*. fig. II.
w. Foramen cavernosi ad nasum patens.
v. Pars introitus canalium ad nasum pertinentium.
χ. Suturae portio. Tab. XII. fig. II. *S*.
*. Ubi sectum os est.

FIG. II.

Sequitur post Fig. I., detracto cribriformi, cavernoso, spongioso utroque.

a. e. f. g. h. i. k. l. n. Ut in Fig. I.
F. Os planum.
I. S. V. W. Ut in Fig. I.
X. Portio ossis palati ubi insidet spongiosum inferius.
Y. ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ubi insidet spongiosum superius.
α. Cavernula cum sinus cavernoso connexa.
δ. ζ. η. ι. Ut in Fig. I.
λ. μ. Ossis maxillaris pars, qua pertinet ad cavarnulas ossis cavernosi.
ν. ξ. Ejusdem ossis labia, quibus ad canalem nasalem.
τ. Vide Fig. I.
φ. Ossis maxillaris spina ubi insidet spongiosum inferius.
ψ. ω. Ut in Fig. I.
Ψ. Sinus frontalis.
Ω. p. Ut in Fig. I.
q. r. Sinus canalis dicti nasalis.
t. Exitus canaliculi abeuns in semicanalem *u*. Fig. I.
v. ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ‐ ad cavernosum pertinentis.
w. Foramen ad nasum patens sinus cavernosi.
x. Vestigium semicanalis intra sinum eminens.
v. χ. Ut in Fig. I.
*. Qua sectum os est.

FIG. III.

NUM. 1.

Ossis frontis foetus maturioris pars dextra, ab exteriore parte.

a. Ora, qua se cum parte sinistra conjungit, efficitque cum ea additamentum suturae sagittalis, frontem secans.

b. Pars, qua ad fontanellam (sit verbo usitato venia) desinit.

c. Ora, qua se conjungit cum osse verticis, efficitque suturae coronalis partem.

d. Ora, qua se conjungit cum ossis multiformis parte laterali.

e. Processus sustinens os jugale.

f. Supercilium.

g. Foramen supercilii.

h. Sinulus, loco foraminis alterius.

i. Ora, qua se conjungit cum osse unguis et plano.

k. Ora, qua conjungit se cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

l. Ora, qua se cum osse nasi conjungit.

m. Pars solidior, eminens, laevis a qua bracteolae inclinatae, specie filorum, in omnem ambitum videntur vergere; sed vix amplius distinctae sunt, ita fusae in se mutuo, ut laminam continuam referant, paucique, et ii tantumodo exigui, pori reliqui sint. Media parte magis solidata, inde ambitum versus minus minusque.

n. Hîc bracteolae insignes sunt, lataeque, ac sic inclinatae oram versus, ut squamas piscium referant.

o. Habes exemplum, quomodo saepe bracteolae multae inter se confluant, efficiantque squamas majores, pariter oram versus inclinatas.

p. p. Hîc tabula externa, e squamis supradictis effecta, desinit squamae majoris instar.

q. q. Nuda diploë, tota spongiosa, cujus bracteolae pariter oram versus inclinatae.

r. Pars rarior, ubi bracteolae inclinatae, solidioresque, et in se mutuo fusae; sed multi adhuc supersunt hiatus, fissuris non absimiles.

s. Multo rarior pars, eoque rarior et tenuior, quo oris propior; maxime quâ ad fontanellam desinit. In ea parte bracteolae diploës, sed eo minores, eoque minus inclinatae, minusque cohaerentes inter se, quo pars ipsa rarior et tenuior: donec juxta fontanellam nuda sint fila, quorum pleraque tenui materie ossea cohaerent, multa etiam plane libera in fine.

NUM. 2.

Eadem ossis Frontis pars, ex interiore parte.

a. b. c. d. e. f. Ut in *Num. 1.*

g. Ora, qua se cum osse unguis et plano conjungit.

h. Ora, qua conjungit se cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

i. Ora, qua se cum osse nasi conjungit.

k. Ora, qua se conjungit cum processibus tenuibus ossis multiformis.

l. Pars interior supercilii, spongiosa, et eleganter porosa.

m. n. Lamina, quae lacunar foraminis optici efficit, majorem partem solida, et aliquantum inaequabilis hac parte, ad cerebri, quod sustinet, speciem. *n.* Hac parte tota spongiosa et porosa. Sic et aliquantum juxta reliquum orarum suarum.

o. Pars solidior, aequabilis, laevis, illa quae ab exteriore parte eminet *Num. 1. m.* Inde fila in omnem ambitum ad oras usque procedunt; sed primum *p. p. p.* paullo minus quam ex toto in se mutuo

fusa, leviterque, et tantum in superficie distincta, ac relinquentia poros paucos, parvos subrotundos: dein ut procedunt, magis magisque distincta, et relinquentia poros et hiatus crebriores, eosdemque minoris *q. q. q*; unde ipsum os paullatim rarius fit, donec juxta oras fila plane distincta sint; et tantum intermediis portionibus tenuibus, quas fundunt, cohaereant; quaedam etiam non cohaereant. Sed juxta fontanellam *r.* fila citius distincta, longeque deinde magis, sicut longa tenuiaque fila ad oram pertineant, et in fine minus cohaereant, nec tam crebre: hiatusque longos et augustos, instar fissurarum inter se relinquunt.

s. s. Hîc, antequam in oram abeat, aliquanto solidius est, eminetque.

t. Hîc in ipsa ora solidius eminensque.

u. u. Extremum tabulae vitreae, quae hîc jam distincta ab externa, cujus *w. w.* extremum: interceditque *x.* diploë tenerrima, tota spongiosa.

y y. Extremum tabulae vitreae ab hac etiam parte distinctae.

z. Extremum tabulae externae.

A. Tabula externa cavi oculi.

B. Inter has tabulas interjecta diploë, similiter spongiosa ac tenerrima: quae in primis multa, ubi os ipsum crassius, crassitudinem ejus in primis efficiens.

NUM 3.

Eadem pars ossis Frontis, a parte inferiore.

a. a. b. c. Ut in *Num. 1.*

d. Pars exterior hujus ossis.

e. Tabulae externae squama insignis.

f. Tabulae externae ab hac parte extremum.

g. Vitreae extremum.

h. i. Extremum tabulae, qua obductum cavum oculi.

k. l. Diploë spongiosa tenerrima, tabulis illis interjecta. *k.* Ora, qua se conjungit cum ossis multiformis processu laterali maximo; *l.* extremum, quo sustinet os jugale.

m. n. Supercilium.

o. Sinulus, loco alterius foraminis supercilii.

p. Foramen supercilii.

q. Supercilii pars interior, tota spongiosa.

r. r. Hîc superficies constat e squamulis latis, tenuibus, porosis, teneris, imbricatis, a radice supercilii tum introrsûm, tum retrorsum procedentibus, et in fine plane liberis.

s. Laminae, quae lacunar orbitae efficit, solidior pars.

t. Ora illius laminae, qua se conjungit cum multiformi.

u. w. x. Ora, qua cum plano et unguis. *w.* Extremum tabulae, qua vestitum foramen oculi. *x. y.* Extremum tabulae vitreae.

z. z. Extremum tabulae externae.

Inter *w. x. y. z. z.* Interjecta spongiosa diploë.

A. Squama insignis tabulae externae.

B. Ora, qua conjungitur cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

C. Ora, quae cum osse nasi conjungitur.

D. Pars interior hujus ossis, explicata *Num.* 2.

FIG. IV.

Os maxillare cum jugali ex interiore.

ζ. η. Ut in Fig. I. et II.

θ. Os maxillare, quâ pertinet ad fundum foraminis oculi.

ι. λ. μ. Ut in Fig. I. et II.
ν. ξ. Labia, quibus ad canalem nasalem.
o. Pars, qua cum osse frontis connectitur.
π. ---- qua cum osse nasi.
ρ. σ. Quâ cum osse palati.
τ. ϕ. Ut in Fig. II.
Θ. Os jugale, quâ ad zygoma pertinet.
Λ. Quâ ad foramen oculi.
Ξ. Quâ cum osse frontis connectitur.
Π. Quâ cum multiformis processu laterali.
p. q. r. Ut in Fig. II.
y. Pars canalis, per quem ramus secundi rami quinti paris ad palatum penetrat.
$\varkappa$. Canalis intra sinum eminens.
υ. χ. Ut in Fig. I. et II.

FIG. V.

Jugale ex interiore.

Θ. Λ. Ξ. Π. Ut in Fig. IV.
Σ. Qua parte os jugale connectitur cum maxillari.

FIG. VI.

NUM. I.

Os jugale dextrum foetus maturioris, ab exteriore parte.

a. Pars, qua committitur cum osse frontis.
b. Margo, quo se committit cum multiformi.
c. Pars ad tempus pertinens.
d. Margo pertinens ad fissuram, quae est in fundo foraminis oculi.
e. Processus superior.
f. Margo, qui ad oram foraminis oculi pertinet.
g. Processus prior.

h. Ora, qua committitur cum maxillari superiore.
i. Processus posterior.
k. Ora, quam conjungit cum processu zygomatico.

NUM. 2.

Os jugale idem, ex interiore parte.

a. b. Ut in *Num. 1.*
c. Pars lunata, ad oculi foramen pertinens: eaque spongiosa.
d. Pars inaequabilis, qua insidet ossi maxillari.
e. Processus prior.
f. Processus posterior.
g. Superficies sinuata, in processu posteriore; qua committitur cum processu zygomatico.

FIG. VII.

NUM 1.

Os unguis ut in Fig. 3. Tab. VIII.

I. q. Os unguis.
K. Angulus insertus labiis *v. ξ.* Fig. 2.

NUM. 2.

Foetus maturioris os unguis, ex interiore parte, quae spectat nasum.

Pars haec interior concava, medioque inaequabilis. Totum autem os pertenue est, cribrique sobtilissimi instar porosum, satis tamen firmum.
a. Margo ejus, qui assidet processui nasali ossis maxillaris superioris.
b. Margo, qui partem facit oris, quo in nares patet canalis nasalis.

c. Pars, quae committitur cum osse maxillari, statim ante superiorem partem sinus maxillaris.
d. Margo, qui committitur cum osse maxillari.
e. Ora, quae cum osse cribriformi committitur.
f. Ora quae cum osse frontis.

NUM. 3.

Idem os unguis ab exteriore parte, quae spectat foramen oculi.

a. b. c. d. e. f. Ut in *Num. 2.*
g. Pars ad oculi foramen pertinens.
h. Pars ad canalem nasalem.

FIG. VIII.

NUM I.

Os nasi ut in Fig. 3. Tab. VIII.

Γ. Quâ cum osse frontis connectitur.
Δ. Quâ cum maxillari.

NUM. 2

Foetus maturioris os nasi dextrum ab exteriore parte.

a. Pars, qua committitur cum osse frontis.
b. Ora, qua conjungitur cum pare sui.
c. c. Ora, qua conjungitur cum processu nasali ossis maxillaris.
d. Squamula, qua interiori parti processus nasalis ejusdem assidet.
e. Extremum pertinens ad nasi ossei introitum.
In totum solidius hoc os est, firmiusque, in primis a parte hac exteriore.

NUM. 3.

Idem os nasi ex interiore parte.

Hac magis spongiosum.
a. b. c. c. d. e. Ut in *Num.* 2.

FIG. IX.

Os maxillare, ut in Fig. 3. Tab. VIII.

η. Quâ pertinet ad nasum eminentem.
θ. Quâ ad fundum foraminis oculi.
o. Quâ cum osse frontis connectitur.
υ. Quâ cum jugali.
r. Sinus canalis dicti nasalis.
α. Vestigium semicanalis δ, quâ secundus ramus quinti paris ad genam penetrat.
ψ. Sutura huic ossi propria.

FIG. X.

NUM 1.

Os maxillare superius dextrum foetus maturioris, ab exteriore parte.

a. Processus nasalis, ab hac parte totus spongiosus, et ad cujus radicem os elegantissime porosum.
b. Margo ejus, quo se committit cum osse nasi.
c. d. Margo, quo se committit cum osse frontis *c*, et unguis *d*.
e. Pars quae cum osse unguis efficit superiorem canalis nasalis partem.
f. Margo ad oram foraminis nasi pertinens.
g. Pars ad fundum foraminis oculi pertinens, tenerrima et subtiliter porosa.
h. Or lunata, cum qua committitur os unguis.

i. Ora, qua cum osse cribriformi committitur.

k. Ora, qua committitur cum osse palati.

l. m. Pars, qua sustinet os jugale, et cum eo committitur: inaequabilis, partim sinuata, partim eminens; *l.* pars ejus solidior, *m.* rarior.

n. n. Partes, quae efficiunt superiorem partem foraminis, quod infra orbem oculi in gena est. Sunt autem tenerrimae, et subtilissime spongiosae.

o. Scissura media inter illas partes, quae progrediente aetate sutura fit.

p. Foramen, quod infra orbem oculi est; in quo foramine os spongiosum.

q. Pars ossis solidior.

r. Alveolus molaris tertii; spongiosus.

s. Alveolus molaris secundi; pariter spongiosus.

t. Superficies externa alveoli molaris secundi; porosa.

u. Eminens alveolus molaris primi, hac parte constans lamina tenui, tenera, tota insigniter porosa.

w. Eminens alveolus canini, et ipse hac parte constans simili lamina, sed tenuiore, et teneriore, subtiliterque porosa, cujusque pars inferior imperfecta, et nondum ossea erat.

x. Paries intergerinus alveoli canini et proximi molaris.

y. Interiora alveoli canini.

z. Incisoris secundi interiora.

A. Exteriora alveoli incisoris secundi, qui hac parte non eminet, osseque constat crassiore, firmiore, magis compacto, porosque majores habente.

B. Eminens alveolus incisoris primi, ea parte ex tenui, tenerrima, subtiliterque porosa factus lamella. Ejus quoque alveoli pars inferior imperfecta, ut canini.

C. Pars interoir alveoli incisoris primi, tota porosa, sed poris paullo majoribus.

D. Pars, quae facit inferiorem partem foraminis nasi. Haec aliquanto solidior.

NUM. 2.

Idem os maxillare superius ex interiore parte.

a. Processus nasalis.

α. Ora ad foramen nasi pertinens.

b. c. d. Ut in *Num. 1.*

e. Ora, cui insidet inferior pars ossis unguis.

f. Ora, cum qua committitur os cribriforme.

g. Pars ad fundum foraminis oculi pertinens.

h. Ora, cum qua committitur os palati.

i. Sinus maxillaris, ubi os tenerum, et eleganter spongiosum.

k. Pars, cui assidet lamina nasalis ossis palati, et ipsa spongiosa.

l. Pars major canalis nasalis, quem perficit os unguis.

m. Lamina tenuis, sed solida, de fundo surgens, et ab hac parte efficiens parietem sinus maxillaris.

n. Pars, quae est supra dentes; solidior.

o. Lamina palatina, hac parte tenuis, tota porosa, tenerrima.

p. Ora solidior pertinens ad introitum nasi.

q. Pars exterior alveoli incisoris primi, tenuis, tenerrima, porosa.

r. Ejusdem pars illa, qua contingit alveolum incisoris primi ossis maxillaris sinistri, superficie planiore: haec aliquanto firmior et crassior, tota pariter porosa.

s. Superficies inaequabilis, et in lamellas, modicis disjunctas intervallis, solidioresque, assurgens; quae committitur cum simili lamella ossis maxillaris alterius.

t. Eminens margo, cui insidet vomer.

u. Pars dimidia principii canalis, qui est pone dentes incisores.

w. Pars fissurae, quae palatum pone dentes incisores ex transverso secat.

x. Pars ima, ad palatum pertinens.

y. Laminae palatinae margo inaequabilis, crassior, et a superiore parte aliquantum surgens; quo committitur cum simili lamella alterius lateris, sustinetque vomerem.

z. Laminae palatinae pars posterior, eaque solidior, cui squamae instar insidet os palati.

A. Sinus, cum quo committitur processus pterygoïdeus ossis palati.

FIG. XI.

Resecta pars foraminis oculi, sinus maxillaris, alveolorum.

a.e.f.g.h.i.k.l. Ut in Fig. I.

B. Processus minor connexus cum *M. N.*

C. D. Ut in Fig. I.

F. Portio quae vocatur os planum.

l. q. M. Ut in Fig. I.

N. Processus pertinens ad sinum maxillarem.

S. Os palati qua ad latus nasi, et ad sinum maxillarem pertinet.

T. Quâ ad foramen oculi.

V. Processus posterior.

ε. Os maxillare.

η. θ. Ut in Fig. IV. et IX.

κ. Quâ spectat ad sinum maxillarem.

χ. Alveolus molaris quinti; *ψ*. quarti; *ω*. tertii.

Ψ. Sinus frontalis.

κ. S. N. - - - maxillaris.

q. r. Sinus canalis dicti nasalis.

s. Ostium canaliculi per quem ramus primi rami quinti paris ad nasum penetrat.

v. Ostium canaliculi ad cavernosum pertinentis.

w. Foramen ad nasum patens.

z. a. Ut in Fig. IX.

λ. Foramen per quod opticus penetrat, et ramus carotidis internae ad oculum.

μ. Per hoc foramen secundus ramus quinti paris.

ν. Ut in Fig. I. Tab. VIII.

ψ. Ut in Fig. IX.

*. Quâ sectum os est.

F G. XII.

NUM. 1.

Os palati.

S. T. Ut in Fig. XI.

U. Pars ossis palati, quae pertinet ad cavum pterygoïdeum.

V. Processus posterior.

W. - - - - - - - anterior.

Z. Sulcus, ubi ab altera parte eminentia *X.* (Fig. II.) marginem maxillaris, cui insidet, recipit.

β. Quâ cum maxillari connectitur.

γ. Quâ cum ala exteriore pterygoïdei.

w. Foramen ad nasum patens.

x. Vestigium quod ad canalem *y* pertinet.

y. Pars canalis, per quem ramus secundi rami quinti paris ad palatum penetrat (*P.* Tab. IX. Fig. I.)

z. Ut *z.* α. Fig. XI.

NUM. 2.

Os palati dextrum foetus maturioris ab exteriore parte.

a. Lamina, quae latus nasi perficit inter os maxillare superius et processum pterygoïdeum ossis multiformis, cum quo se conjungit.

b. Ejusdem laminae extremum, quo se conjungit cum basi multiformis.

c. Lamina, quae applicatur lateri ossis maxillaris superioris.

d. Pars ejus ad sinum maxillarem pertinens.

e. Pars sinuata, quae accedit ad cavernulas ossis cribriformis.

f. Pars ad fundum foraminis oculi pertinens.

g. Pars, quae squamae modo incumbit superiori parti laminae palatinae ossis maxillaris, et cum ea connectitur.

h. Pars ad narium fundum pertinens.

i. Pars palatina.

k. Pars major canalis, quo ramus quinti paris nervorum cerebri ad palatum descendit. Hunc canalem perficit os maxillare superius, qua os palati hac ipsi parte applicatum. In ejus canalis fundo foraminula sunt, quibus ipsum palati os perforatum.

l. m. Processus, quo connectitur cum processu pterygoïdeo multiformis: *m.* Pars sinuata, quae committitur cum lamella exteriore processus pterygoïdei.

NUM. 3.

Idem os palati ex interiore parte.

a. Lamina nasalis, quae applicatur ad interiorem partem ossis maxillaris. Haec solidior.

b. Par ejus quae pertingit ad fundum foraminis oculi: quaeque hac parte sinuata est, eaque parte accedit ad cavernulas ossis cavernosi.

c. Pars quae latus narium inter os maxillare et multiforme, ad quod pertinet, perficit.

d. Pars ejus, quae pertinet ad basim multiformis.

e. f. g. Processus, qui se interserit fisso extremo processus pterygoïdei multiformis: *e.* ejus inaequabilis solidiorque superficies, qua committitur cum lamella interiore pterygoidei processus; *g.* pars, quae perficit cavum processus ejusdem, ubi is in fine fissus.

h. Lamina palatina, media spongiosa, caeterum solidior.

i. k. l. Laminae palatinae pars, quae imbricatim incumbit et adnectitur laminae palatinae ossis maxillaris. Tenuit est ac solidior. *k.* Pars ejus, quae subit posteriori parti lamellae *m.* maxillaris superioris, Fig. X. *Num.* 2. *l.* Ejusdem pars, ossi maxillari juxta eminentem ejus marginem, sustinendo vomeri paratum, incumbens.

m. Margo laminae palatinae crassior, inaequabilis, in superiora aliquantum eminens, qui committitur cum osse palati altero, vomeremque sustinet.

n. Pars major foraminis, quo vasa ad nasum penetrant. Hoc perficitur a multiformis basi.

NUM. 4.

Idem os palati ab inferiore parte.

a. b. c. c. Processus quo committitur cum extremo fisso processus pterygoidei ossis multiformis: *b.* pars, quae perficit cavum illius processus pterygoïdei: *c. c.* pars, cum qua committitur lamella interna processus pterygoidei.

d. Lamella, qua perficit latus narium, inter os maxillare et multiforme, ad hoc usque pertinens.

e. Pars major canalis palatini, quem proxima pars ossis maxillaris perficit.

f. Laminae palatinae pars ad palatum pertinens.

g. Ejusdem pars tenuior, quae imbricatim incumbit laminae palatinae ossis maxillaris, et cum ea connectitur.

FIG. XIII.

NUM. 1.

Os Cribriforme ut in Fig. XI.

n. Os cavernosum.

p. Cavernula σ. Fig. IV. Num. 1., et Fig. V. Tab. XII.

q. Haec connectitur cum osse unguis et maxillari *I.* et λ. Fig. II. et cum exitu sinus frontalis *i.* Fig. II. Tab. XII. (φ. Fig. IV. Num. 1. et Fig. V. Tab. XII.)

r. Haec cum osse unguis et maxillari *I.* et λ. Fig. II. (ω. Fig. V. Tab. XII.)

s. s. Has claudit os unguis *I.* Fig. II.

t. Hanc maxillare μ. Fig. II.

u. v. Hac parte connectitur cum osse unguis.

v. w. Hac parte cum maxillari supra sinum.

w. y. Hac cum osse palati.

y. z. Hac cum multiformi.

z. A. Hac cum osse frontis.

B. C. D. Ut in Fig. XI.

E. Qua connectitur cum osse palati *Y.* Fig. II. et proximo maxillaris margine.

F. Portio, quae vocatur os planum.

G. Interstitium.

H. Crista galli.

NUM. 2.

Ossis cribriformis pars ossea sinistra, ab externa parte, qua respicit oculi foramen, latusque nasi, in foetu.

a. Os spongiosum superius, inaequabile et scabrum.

b. Partis cavernosae pars prior, quae partim cum osse unguis committitur, partim cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

c. Pars superior ossis cavernosi.

d. Os planum, tenue, solidum, aequabile.

e. e. Pars cavernosa, quae infra os planum committitur cum osse maxillari superiore et palati.

FIG. XIV.

NUM. 1.

Os spongiosum inferius, eodem statu ut in Fig. XI.

L. Os spongiosum inferius.
M. Ejus processus superior.
N. Processus pertinens ad sinum maxillarem.
O. P. Quâ connectitur cum maxillaris eminentia φ, et labio v. Fig. II. et IV.
Q. Quâ cum labio ξ. idid.
R. Quâ cum ossis palati eminentia *X.* ibid.
q. Sinus canalis dicti nasalis.

NUM. 2.

Idem os spongiosum inferius in foetu maturiore, ab exteriore parte, qua spectat septum narium.

Hac parte totum scabrum est, lamellis surrectis tenuibus, sed firmis, satisque solidis exasperatum.
a. Pars prior, qua committitur cum processu nasali ossis maxillaris.
b. Pars posterior, qua cum osse palati.
c. Pars superior.
d. Inferior.

NUM. 3.

Idem os spongiosum a parte opposita.

A qua inaequabile, solidiusque, praeter partem inferiorem, quae spongiosa.
a. b. c. d. Ut in *Num. 1.*
e. Pars ima in interiora recurvata, eminens spongiosa.
f. Pars interior concava.

TABULA XII.

Ex Albini Tabul. oss. hum. et *Icon. oss. foet.*

FIGURA I.

Os frontis cum cribriformi ab inferiore ut Fig. I. Tab. IX.

a. b. c. d. Os frontis: *b.* quâ pertinet ad oculi foramen: *c.* quâ ad cavum nasi: *d.* quâ ad nasi interstitium.

p. Vestigium sinus longitudinalis.

q. Sinuli, quibus carunculae durae matris insertae.

r. Per hunc sulcum a dexteris, et per foramen a sinistris penetrat ramus primi rami quinti paris cum vasis.

s. Hac parte os frontis connectitur cum jugali.

t. Hac cum processu laterali multiformis, qui implet defectus *u.*

v. Qua cum ossibus verticis.

w. Qua cum osse maxillari et nasali.

ν. Cribriformis interstitium.

ξ. Pars cribro similis.

o. Pars cavernosa.

Δ. Ostium in nasum patens.

Ξ. Ossis, quod vocatur *planum*, processus major.

Π. Os spongiosum superius.

Φ. Ψ. Quâ cum cartilagine interstitii nasi connectitur.

FIG. II.

Os frontis cum multiformi ab inferiore. Ut in Fig. I. Tab. IX.

a. b. c. d. Ut in Fig. I.

e. Quâ ad foramen coecum *R.* Tab. IX. Fig. III.

f. Quâ ad canaliculum, qui abit in semicanalem *g.* Adde Σ. Fig. IV. Num. 1.

h. Quâ ad canaliculum *v.* Fig. II. Tab. XI.

i. k. l. m. Quâ ad lacunar nasi: *i.* exitus sinus frontalis qui abit in cavernosi cavernulam *φ v.* Fig. IV. *k.* huic cavernulae adnectitur cavernula *σ.* Fig. IV. ad quam pertinet: *l.* huic respondet cavernula *τ.* Fig. IV. *m.* et huic cavernula *ς.* ejusdem Fig.

n. Hac parte conjungitur cum cavernoso *ρ.* Fig. IV.

r. s. v. w. Ut in Fig. I.

x. Quâ cum ala cristae galli.

y. Quâ cum crista et interstitio cribriformis.

z. Ossis multiformis processus humilis.

A. Ossiculum distinctum, cum multiformi sinum sphenoidalem efficiens.

B. Ostium sinus.

D. Processus anterior ossis multiformis.

E. Ejusdem processus lateralis, quâ ad basim cranii pertinet: *F.* quâ ad latus: *G.* quâ ad foramen oculi.

I. Processus pterygoideus: *K.* ala exterior: *L.* interior: *M.* hamulus.

N. Processus ad vestigium *β.* Tab. IX. Fig. III.

O. Foramen, per quod opticus penetrat et ramus carotidis ad oculum.

P. Foramen, per quod tertii, quarti, sexti paris nervi, et quinti paris ramus primus.

R. Per quod tertius ramus quinti.

S. Per quod arteria et vena durae matris.

X. Vide *β.* Tab. IX. Fig. I.

Y. Unde *circumflexus* oritur: *Z.* unde *pterygoideus externus.*

α. Quâ cum cribriformi connectitur.

δ. Qua cum osse occipitis.

ζ. - - - - - - - - squamoso.

θ. - - - - - - - - jugali.

ι. - - - - - - - - palati.

κ. - - - - - - - - cavernoso et palati.

FIG. III.

NUM. 1.

Ossis multiformis foetus maturioris partes osseae exhibitae a parte superiori.

a. b. c. c. d. e. e. Basis pars posterior, eademque major. *a.* Sella equina, subtiliter spongiosa. *b.* pars posterior, quae abducta crusta tenui, tenera, extrinsecus minimis eminentiis aliquantum inaequabili. Ei continuata cartilago, qua conjungitur cum ossis occipitis parte priore. *c. c.* Partes laterales, quibus interveniente cartilagine conjungitur cum processibus lateralibus maximis. *d.* pars prior, qua conjungitur cum duabus prioribus partibus. *e. e.* lunatus margo, per quem incedit carotis interna, calvariae cavum petens.

f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. Duae partes priores, quae et priorem partem basis cum interveniente cartilagine efficiunt, et processus tenues. Totae tenerae sunt, et subtiliter spongiosae. *f.* pars ad basim pertinens. *g.* pars, quae est processus tenuis. *h.* ora prior, qua committitur cum osse frontis. *i.* ora posterior, quae cum processu laterali maximo, cumque basi et osse frontis, efficit tertium foramen calvariae. *k.* processus clinoïdeus prior. *l.* margo lunatus, per quem incedit carotis interna, ad cerebrum penetratura. *m. n.* Partes, quibus continuata cartilago, quae interjecta tum his partibus prioribus, tum eis et parti posteriori basis, tres has partes inter se conjungit, et simul basim perficit: *m.* pars posterior, qua conjungitur cum parte posteriore basis: *n.* pars quae cum altera conjungitur, estque simili operta crusta, ac de parte postica basis *b*; *o.* pars prior qua conjungitur cum osse cribriformi. *p.* foramen nervi optici.

q. r. s. t. u. w. x. y. z. A. B. C. D. E. Partes duae laterales maximae. *q.* pars superior, ad cavum calvariae pertinens: majorem partem spongiosa. *r. s.* ora, quae cum processu tenui et osse frontis efficit fissuram, quam dicimus tertii paris

foraminum calvariae; juxta hanc os solidius est et durius: *r.* pars ejus lunata, ad rotundum principium fissurae illius pertinens: *s* pars rectior, ad reliquum illius fissurae pertinens. *t.* pars quae committitur cum osse frontis. *u.* pars, qua cum osse verticis. *w.* ora, qua cum squamoso committitur. *x.* pars qua deinde se committit cum annulo. *y.* qua cum petroso. *z.* sinulus, qui pertinet ad foramen, per quod penetrat carotis interna. *A.* pars haec sinuata, ex eaque enascitur cartilago, qua pars lateralis committitur cum parte laterali *c.* basis. *B.* Pars haec tenuis solidiorque lamella est, quae deinde cum basi conjuncta, efficit cum ea canalem ossis multiformis, qui decurrit supra processum pterygoïdeum. *C.* Foramen, per quod secundus ramus quinti paris nervorum cerebri penetrat in oculi foramen. *D.* Foramen, quo tertius ramus ejusdem nervi exit. *E.* rudimentum illius foraminis, quo ramus a carotide externa cum vena intrat ad duram matrem.

NUM. 2.

Eaedem partes a facie inferiore.

a, œ. œ. b. c. d. d. e. e. Basis pars posterior, tenera, et subtiliter porosa. *œ. œ.* margo lunatus, qui pertinet ad foramen, quo carotis interna penetrat in calvariam. *b.* Crusta tenuis et tenera, extrinsecus parvis eminentiis inaequabilis; cui continuata cartilago, conjungens hanc posteriorem basis partem cum ossis occipitis priore. *c.* Crusta similis, priorem partem basis integens, qua illa cum partibus duabus prioribus cartilaginis interventu conjungitur. *d. d.* partes laterales hujus ossiculi, quibus se conjungit cum partibus lateralibus maximis multiformis. *e. e.* crusta similis illi, cui *b* et *c* inscriptae: unde nascitur cartilago conjungens cum parte laterali maxima.

f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. Ut in *Num. 1.*

q. r. s. t. u. w. x. y. z. A. B. C. D. Duae partes laterales maximae. *q.* Pars ad ima calvariae pertinens; rara. *r.* pars ad tempus

pertinens; pariter rara. *s.* pars inter has media inaequabilis, ubi in adultis aspera tubercula, e quibus *temporalis* musculus oritur. *t.* pars prior, ad oculi foramen pertinens; rara. *u.* *w.* eminentia, cujus pars altera *u.* pertinet ad fissuram qua oculi foraminis fundus deorsum patet: altera *w.* se connectit cum jugali: juxta hanc eminentiam osse paullo solidiore constat. *x.* *y.* ora, qua pertinet ad fissuram, quam dicimus paris tertii foraminum calvariae: *x.* pars ejus lunata, ad principium fissurae pertinens: *y.* rectior, ad reliquum. *z.* pars, qua cum osse frontis connectitur. *A.* qua conjungitur cum osse verticis. *B.* ora, qua cum squamoso conjungitur. *C.* ora, qua se deinde cum annulo conjungit. *D.* pars, qua se connectit cum petroso.

E. Lamella tenuis solidiorque, quae deinde se cum basi conjungit, et cum ea efficit canalem, qui in osse multiformi supra processum pterygoïdeum a priori parte in posteriorem porrectus est.

F. Pars, quae deinde una cum basi et cum lamella *E* canalem mododictum efficit.

G. H. I. K. Processus pterygoïdeus *G. H. I.* Paries ejus internus. *H.* hamulus, qui sustinet et corrigit tendinem musculi *Circumflexi* palati mollis. *I.* sinulus in illo hamulo, qui continet tendinem modo dictum. *K.* paries externus.

L. Exitus foraminis, quo secundus ramus quinti paris nervorum cerebri exit calvaria.

M. Foramen, quo exit tertius ramus paris ejusdem.

N. Rudimentum foraminis, quo ramus carotidis externae cum venula ad duram matrem penetrat.

O. O. Hac parte os interruptum, opplente locum cartilagine.

FIG. IV.

NUM. I.

Os cribriforme a parte superiore.

λ. Crista galli: μ. ala.

ν. ξ. ο. Ut in Fig. I.

ρ. Quâ connectitur cum osse frontis et multiformi *n* et ϰ. Fig. II.

σ. Hanc cavernulam os perficit, cum ipsa connexa sit cum ea ossis frontis *k*. Fig. II.

ς. Hanc *m* Fig. II.

τ. Hanc *l* Fig. II.

υ. φ. Hanc *i* Fig. II. et os unguis et maxillare *I*. λ. Fig. II. Tab. XI. patet χ ad spongiosum superius.

χ. In unum abeunt τ et υ: respondent cavernulae φ, supra distinctae.

ψ. Sic et infra in unum abeunt τ. et ς.

ω. Hanc cavernulam perficit os unguis et maxillare *I*. λ. Fig. II. Tab. XI.

Θ. Pars, quae vocatur *os planum*.

Λ. Processus minor.

Ξ. - - - - - - major.

Σ. Pars canaliculi *f*. Fig. II.

NUM. 2.

Ossis cribriformis pars ossea sinistra, a parte superiore in foetu.

a. Pars, quae vocatur *os planum*, tenuis, solida, aequabilis.

b. Cellulae, quas integit os unguis.

c. Portio partis cavernosae, quae committitur cum processu nasali ossis maxillaris superioris.

d. Pars, quae septum narium respicit, inaequabilis et scabra.

e. e. e. Pars superior partis cavernosae. Huic superinducitur lamella cartilaginea tenuis tenerrimaque, producta a lamina cartilaginea, a radice cristae galli: totaque porosa est, efficiens partem, quae proprie cribriformis est; connectensque partem osseam cum lamina cartilaginea media.

NUM. 3.

Eadem pars ossis cribriformis, ab interna parte, qua septo narium obversa.

a. a. Pars superior ossis cavernosi.
b. c. Ejusdem pars interior, quae a priori parte *b.* scabra; posteriore *c.* ex lamellis constat.
d. d. Os spongiosum superius, inaequabile et scabrum.

FIG. V.

Os cribriforme, a parte priore, ut Fig. I. Tab. VIII.

λ. ν. ξ. ο. σ. τ. Ut in Fig. IV. *Num. 1.*
υ. φ. Ut in eadem Fig. IV.
*. Hic arcus adnexus erat fundo fossulae λ Fig. II. Tab. XI.
χ. ψ. Ut in Fig. IV. *Num. 1.*
ω. Hanc perficit os unguis et maxillare *I.* λ. Fig. II. Tab. XI. patet Γ. ad spongiosum superius.
Θ. Λ. Ξ. Ut in Fig. IV. *Num. 1.*
Π. Spongiosum superius.
Φ. Ψ. Quâ cum cartilagine interstitii nasi connectitur.
Ψ. Ω. *α.* Quâ cum osse frontis.

FIG. VI.

NUM. 1.

Vomer a parte priore.

y. z. Pars, qua vomer connectitur cum interstitio cribriformis.
z. A. Pars, qua cum cartilagine interstitii.

NUM. 2.

Foetus maturioris Vomer, a parte dextra.

a. Pars, qua recipit inferiorem processum basis multiformis.
b. ------------ mediam lamellam cartilagineam cribriformis.

c. Margo posterior, ad postica narium pertinens.

d. Lamella ejus dextra.

e. f. Pars inferior, qua committitur cum eminente fundo narium; e. ejus latior pars; f. pars angustior, eaque interrupta.

NUM. 3.

Idem Vomer a parte superiore.

a. b. Binae lamellae, e quibus constat; a. sinistra, b. dextra: quae sinum profundum efficiunt, cujus pars posterior c. amplior, recipitque processum medium inferiorem basis multiformis, reliqua angustior, recipiens cribriformis lamellam mediam.

d. d. Imae partis, qua insidet eminenti suturae fundi narium, partes latiores.

e. Ejusdem pars prior, interrupta, necdum perfecta.

NUM. 4.

Idem Vomer ab inferiore parte.

a. b. Lamellae: a. sinistra, b. dextra.

c. Margo posterior, ad postica narium pertinens: isque sinuatus.

d. e. Partis inferioris pars major, quae latior est, et in duas partes per longitudinem distincta. Utraque autem pars lamina tenuis est, et ab inferiore parte sinuata, recipitque sui lateris ossis palatini et maxillaris eminentem marginem, qui pertinet ad eminentem fundi narium suturam.

f. Ejusdem prior pars, angustior, gibba, interrupta, quae recipitur a sinu, qui est in superiore parte portionis prioris suturae ejusdem.

FIG. VII.

Os multiforme a parte priore.

z. *A. B. D. E. I. O. P.* Ut in Fig. II.

Q. Foramen per quod penetrat quinti paris ramus secundus·
R. - tertius.
U. Canaliculus, per quem ramus arteriae et venae ad oculi foramen decurrit.
V. Canalis, qui est supra processum pterygoïdeum.
α. Pars, qua cum cribriformi connectitur.
β. γ. Qua cum osse frontis.
η. Qua cum osse verticis.
θ. ι. κ. Ut in Fig. II.

FIG. VIII.

NUM. I.

Ossis multiformis pars media cum laterali maxima, inter se compositae a parte priore in foetu.

a. b. b. c. d. d. e. Pars media multiformis, quae est posterior maximaque basis.

b. b. c. Pars ejus prior, unde nascitur cartilago, qua conjungitur cum partibus binis prioribus ossis multiformis: Haec autem pars crusta tenui obducta, e qua cartilago illa enascitur, cujus interventu conjungitur cum duabus prioribus ossis multiformis partibus. Distincta haec pars in duas eminentias laterales *b. b.* et medium sinum *c.*

d. d. Partes laterales, quibus se jungit partibus lateralibus maximis multiformis.

e. Pars, quae obducta simili, ac prior, crusta, cuique continuata cartilago, qua conjungitur hoc os cum laterali maxima multiformis parte.

f.-x. Pars lateralis maxima sinistra: *f.* pars ejus ad oculi foramen pertinens: *g.* pars, ad ima calvariae: *h.* pars ad tempus. Omnibus his partibus spongiosum: *i. k.* eminentia, quae altera parte *i* pertinet ad fissuram, qua fundus foraminis oculi deorsum patet; altera *k.* connectit se cum jugali. *l. m.* ora, qua ad fissuram pertinet, quam dicimus tertii paris foraminum calvariae; *l.* pars ejus lunata, pertinens ad principium amplius fis-

surae: *m.* pars rectior, pertinens ad rimae assimilem partem ejus.

n. Pars, qua connectitur cum osse frontis: o pars, qua se postea conjungit cum annulo: *p.* pars, qua connexa cum parte media multiformis: *q* lamella tenuis et solidior, qua se deinde cum basi conjungente, efficitur canalis, qui supra processum pterygoïdeum decurrit per os multiforme: sinus cartilagine illa oppletus, qua pars lateralis maxima cum media conjungitur: *r. s. t. u. w.* processus pterygoïdeus: *s.* paries ejus internus: *t.* hamulus: *u* sinulus hamuli, per quem se flectit *Circumflexi* palati tendo: *w.* paries externus: *x.* exitus foraminis, quo exit secundus ramus quinti paris nervorum cerebri.

NUM. 2.

Ossis cribriformis foetus maturi lamina media cartilaginea, una cum parte ossis multiformis a dextro latere.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Ossis cribriformis lamina media quae tota cartilaginea. *a. b.* pars ejus, quae nasum distinguit, aliquantum inaequabilis: *b.* pars quae distinguit mollem nasum: *c.* pars, quae recipitur ab incili vomeris, et a sutura eminente medii narium fundi: *d.* hic enascitur a processu medio basis multiformis: *e.* hac parte se adjungit basi multiformis, effectura cum ea sinum ejus: *f.* crista galli: *g.* hinc producit tenuem cartilaginem, qua crustata superior pars portionis osseae cribriformis. *h.* pars prior cristae galli, qua illa se connectit cum osse frontis: *i.* margo superior laminae, qua illa et connectit se cum osse frontis, et sustinet ossicula nasi, ejusdemque cartilagines superiores, dorsum ejus efficientes.

k. l. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. Pars ossis multiformis media, constans ex basi et processibus tenuibus. *k.* basis processus medius, e quo lamina cartilaginea ossi cribriformis ena

scitur: *m.* basis processus lateralis, quo se conjungit cum processu laterali maximo: *n.* basis postica pars, quae se interventu cartilaginis conjungit cum osse occipitis: *o.* sella equina: *p.* processus tenuis dexter, a parte inferiore: *q.* processus tenuis sinister, a parte superiore: *r.* foramen opticum sinistrum: *s. t.* foramen opticum dextrum; *s.* a parte superiore, *t.* ab inferiore: *u.* hiatus, quem cartilago implet.

FIG. IX.

Os frontis cum multiformi a parte posteriore.

a. e. i. Ut in Fig. II.
o. Crista.
p. q. v. Ut in Fig. I.
x. y. Ut in Fig. II.
C. Paries post sellam erectus, in osse multiformi.
D. Processus anterior ejusdem ossis.
H. Processus lateralis, quâ ad cavum cranii pertinet.
I. O. P. Q. Ut in Fig. VII.
R. Foramen, per quod transit tertius ramus nervi quinti paris.
T. Vestigium arteriae et venae durae matris quae penetrat per foramen *S.* Fig. II.
U. V. Ut in Fig. VII.
W. Vestigium carotidis internae.
δ. Quâ cum osse occipitis connectitur.
ε. Quâ cum petroso.
ζ. Quâ cum squamoso.
η. Quâ cum osse verticis.

FIG. X.

Ossis multiformis foetus pars media cum laterali maxima, inter se compositae; a parte posteriore.

a. b. c. c. d. d. Pars media ossis multiformis, quae est posterior ma-

ximaque basis. *b.* pars ejus posterior, obtecta crusta tenui, cui continuatur cartilago, qua haec pars conjungitur cum osse occipitis: *c. c.* partes laterales, quibus haec pars conjungitur cum partibus lateralibus maximis multiformis; ut hîc cum sinistra: *d.d.* ora lunata, quae est pars viae, per quam carotis interna penetrat in calvariam.

e.-t. Pars lateralis maxima sinistra. *e.* Pars ad cavum calvariae pertinens, tenera, subtiliter spongiosa: *f. g.* ora, qua ad foramen tertii paris calvariae efficiendum concurrit; *f.* pars ejus lunata, *g.* rectior: *h.* pars qua cum osse frontis committitur: *i.* ora, qua cum osse verticis: *k.* ora, qua cum squamoso: *l.* pars, qua se deinde cum annulo conjungit: *m.* pars, qua se cum petroso committit: *n.* lamella tenuis solidiorque, quae se dein cum basi conjungit, ac cum ea efficit canalem illum ossis multiformis, qui est supra processum pterygoïdeum.

o. p. q. r. Processus pterygoïdeus. *o.* Paries ejus externus: *p.* paries internus: *q.* hamulus: *r.* sinulus hamuli, qui continet tendinem *Circumflexi* palati.

s. Foramen, quo exit secundus ramus quinti paris nervorum cerebri.

t. Foramen, quo exit tertius ramus ejusdem.

FIG. XI.

Ossa maxillaria cum ossibus palati, a superiore parte.

g. Os palati, quâ ad fundum nasi pertinet.
h. - - - - - - quâ ad interstitium.
i. - - - - - - quâ ad cavum pterygoïdeum.
l. - - - - - - quâ ad foramen oculi.
n. Ejus processus posterior.
p. Foramen, per quod ramus secundi rami paris quinti ad palatum penetrat.
q. Quâ cum cavernoso connectitur.
s. Quâ cum pterygoïdei ala interiore: *t.* quâ cum exteriore

o

B. Os maxillare.
E. Quâ pertinet ad fundum nasi.
G. Quâ ad nasum eminentem.
H. Quâ ad oculi foramen.
K. Alveoli.
L. Canalis *nasalis* dictus.
N. Exitus canalium ad nasum pertinentium.
P. Vestigium, *Q*. semicanalis secundi rami paris quinti.
R. Sutura maxillari propria.
S. - - - - - - - - - - - - - - - - - - altera.
T. Scissura in nonnullis.
U. Quâ connectitur cum jugali.
V. *W*. - - - - - - - - - - - - - - cavernoso.
W. *X*. - - - - - - - - - - - - - - osse unguis.
Y. - - - - - - - - - - - - - - frontis.
α. β. Sulcus, cui vomer insidet.
γ. - - - - - cui cartilago interstitii nasi.

F G. XII.

Compages maxillarium, palati, cribriformis, vomeris, spongiosorum inferiorum, jugalium, a parte posteriore.

λ. Crista galli: μ. ala.
ν. ξ. o. Ut in Fig. I. IV, *Num. 1.* V.
π. Alterius spongiosi instar.
ρ. ς. τ. Θ. Ut in Fig. IV, *Num. 1.* et V.
Π. Ψ. Ω. Ut in Fig. V.
b. Quâ connectitur cum humili moltiformis.
d. Quâ cum basi multiformis.
f. Os palati quâ ad palatum pertinet.
h. *i*. Ut in Fig. XI.
k. Quâ ad latus nasi. *l*. quâ ad foramen oculi.
m. Processus anterior. *n*. posterior. inter *m*–*n* foramen in nasum patens.
o. Vestigium ad canalem *p*. pertinens, per quem ramus secundi rami paris quinti ad palatum penetrat.

r. Quâ cum basi multiformis connectitur.

s. Quâ cum pterygoïdei ala interiore: *t.* quâ cum exteriore.

u. Spongiosum inferius.

v. Vomer.

w. Fossula in spatium abeuns, quod inter duas vomeris lamellas.

x. Hac parte connexus cum multiformis processu humili.

B. Os maxillare.

C. Quâ ad palatum pertinet. *F.* Quâ ad interstitium nasi.

G. H. K. Ut in Fig. XI.

M. Introitus canalium ad nasum pertinentium.

O. P. Vestigium, *Q* semicanalis, secundi rami paris quinti.

S. Sutura maxillari propria.

δ. Os jugale.

ε. Quâ connectitur cum osse frontis.

ζ. - - - - - - - - - - - - - - processu zygomatico.

η. - - - - - - - - - - - - - - processu laterali multiformis.

FIG. XIII.

Os maxillare cum cribriformi.

λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. ς. τ. Θ. Π. *a. b.* Ut in Fig. XII.

c. Quâ os cribriforme cum vomere connectitur.

d. - - - - - - - - - - - - cum basi multiformis.

e. - - - - - - - - - - - - cum osse palati.

B. C. Ut in Fig. XII.

D. Os maxillare quâ pertinet ad latus nasi.

F. G. H. Ut in Fig. XII.

I. Quâ pertinet ad canalem *p.* Fig. XII.

K. L. Ut in Fig. XI.

M. Introitus canalium ad nasum pertinentium.

P. Vestigium, *Q.* semicanalis, secundi rami paris quinti.

S. U. Ut in Fig. XI.

Z. Quâ cum osse palati connectitur.

TABULA XIII.

Ex ALBINI *Tabul. oss. hum.* et *Icon. oss. foet.*

FIGURA I.

Os verticis sinistrum ab exteriore parte.

a. b. Latus, quo cum osse frontis connectitur.
b. c. - - - - quo cum multiformi.
c. d. - - - - quo cum squamoso.
d. e. - - - - quo cum mammillari.
e. f. - - - - quo cum osse occipitis.

FIG. II.

Os verticis foetus maturioris dextrum, ab exteriore parte.

a. Ora prior, qua se deinde cum osse frontis conjungit, efficitque suturam coronalem.
b. Ora superior, qua se deinde cum eodem osse alterius lateris jungit, efficitque suturam sagittalem.
c. Orae inferioris pars prior, quae se deinde conjungit cum osse multiformi, partemque suturae squamosae efficit.
d. Ejusdem orae inferioris pars media, quae se deinde cum squamoso conjungit, majoremque suturae squamosae partem efficit.
e. Posterior pars ejusdem orae inferioris, quae dein se conjungit cum mammillari.
f. Ora posterior, quae deinde se cum osse occipitis conjungit, ac partem facit suturae lambdiformis.
g. Media eminens solidiorque ossis hujus pars, ubi tabula exterior jam formata. Ab hac parte in omnem ambitum

quaedam quasi fila procedunt : sunt vero bracteolae diploës, quae ad tabulam exteriorem efficiendam se inclinant.

h. Pars post mediam illam solidior, ubi diploës bracteolae inclinatae, latioresque factae, jam coiere in tabulam exteriorem, adhuc tamen fissurarum brevium foraminulorumque plenam.

i. Rarior pars, ubi bracteolae eaedem inclinatae quidem, sed minus cohaerent inter se, aliaeque earum angustiores, aliae latiores.

k. k. Pars longe rarior, in qua bracteolae eaedem inclinatae, angustae autem, fila mentiuntur, ac quamplurimae insignes fissurae inter eas supersunt.

l. Fila quaedam a subjectis distincta, et cum eis non cohaerentia, sed supra ea incedentia.

FIG. III.

Os verticis ex interiore parte.

a. b. c. d. e. f. Ut in Fig. I.

FIG. IV.

Os verticis Fig. II. ex interiore parte.

a. b. c. d. e. f. Ut in Fig. II.

g. Pars caeteris solidior, ubi fila jam ex toto in se mutuo fusa, ex eoque effecta tabula continua, aequabilis, pervia foraminulis exiguis, eorumque plerisque rotundis, nec admodum multis.

h. h. h. Partes paullo minus solidae, in quibus fila insignitur in se mutuo fusa, sed tamen superest filorum species, inter quae hiatus plures, iique majores foraminulis supradictis, et oblongi; alii autem angustiores instar fissurarum, alii ampliores.

i. Rursus paullo rarior pars, in qua vix aliqua filorum spe-

cies, hiatus autem multi, ampli, ovati, subrotundi.

k. k. k. Rursus haec pars rarior, eoque rarior, quo propior extremae orae. In ea parte fila manifestiora, oram versus vergentia, magis disjuncta, passim tamen in se mutuo fusa, ac sic afficientia hiatus creberrimos, majores, oblongos, intercurrentibus etiam multis minoribus.

l. l. l. l. Non longe ab oris suis, per totum ambitum, aliquantulum in interiora eminet, solidiusque est; minimum autem juxta oram superiorem: post extenuat oras, quae et deinde ex filis rectis constant, ad extremas oras desinentibus. Eorum filorum brevissima sunt, quae efficiunt oram inferiorem, eaque creberrime in se mutuo fusa: quae priorem, longiora, magisque distincta, cohaerentia tamen portionibus tenuioribus, quas fundunt: rursus longiora, magisque distincta, quae posteriorem: longissima, quae superiorem, laxiusque cohaerentia, ut multa etiam ad postremum tota libera sint, maxima juxta oram posteriorem.

m. Fila quaedam a subjectis distincta; de quibus vide Fig. II. *l.*

FIG. V.

Os temporis ex interiore parte.

g. Os squamosum.
h. -- mammillare.
i. -- petrosum.
k. Vestigium vasorum durae matris.
l. Sinus lateralis.
m. Vestigium sinus alius.
n. Lunula, cui nervus quinti paris insidet.
o. Canalis communis portioni molli et durae paris septimi.
p. q. Canalis per quem penetrat carotis interna, et nervus intercostalis.
r. Foramen, per quod vena ad sinum lateralem pertinens, arteria ad duram matrem.

s. Pars spatii semicircularis ubi exit sinus lateralis.

t. Pars fissurae qua exit nervus paris octavi cum spinali recurrente.

u. v. Quâ connectitur cum multiformi.

v. w. x. Quâ connectitur cum osse verticis.

x. y. z. - - - - - - - - - - - cum osse occipitis.

α. Processus styliformis.

β. - - - - - - - mammillaris.

γ. Unde oritur musculus *biventer maxillae.*

δ. Processus zygomaticus.

ε. Quâ connectitur cum osse jugali.

FIG. VI.

NUM. I.

Os squamosum dextrum foetus maturioris, ab exteriore parte.

a. Ora, qua se connectit cum osse verticis, efficitque majorem partem suturae squamosae.

b. Ora, qua cum petroso se connectit.

c. Sinulus, qui excipit extremum tenuius annuli.

d. Margo, qui efficit partem pori acustici, quae media inter extrema annuli.

e. Sinulus inaequabilis, qui excipit annuli extremum crassius.

f. Pars marginis, qui committitur cum osse petroso.

g. g. Ora, qua committitur cum processu laterali maximo multiformis.

h. Pars solidior, laevis: a qua sursum versus et in utrumque latus diu solidum, sed tamen paullatim rarius, paullatimque quasi in fila, radiorum instar procedentia, manifestius distinctum; ad postremum, maxime juxta oram superiorem *i*, et posteriorem *i*, totum quasi e filis constat, totumque rarum est.

k. k. l. Hîc in superficie rarum est, et quasi reticulatum.

l. Sinulus, qui excipit caput maxillae inferioris.

m. Eminentia pertinens ad articulum maxillae inferioris.

n. o. Processus zygomaticus, qui solidior, et fila habet secundum longitudinem suam porrecta. *o.* Pars inaequabilis, asperaque, qua committitur cum osse jugali.

NUM. 2.

Annulus ossis temporis ejusdem, cujus est os squamosum, ab exteriore parte expressus.

a. Capitulum, quo committitur cum squamoso.

b. Eminentia augens sinum, quo continetur processus gracillimus mallei: et per quem pariter nervus, qui tympani chordam efficit, incedit, ut cum nervo quinti paris se conjungat; et tendo musculi *externi* mallei.

c. ad *d.* Hac parte ad tubam Eustachianam pertinet.

d. ad *e.* Per hanc longitudinem committitur cum osse petroso.

f. Interior pars extremi tenuioris, quo committitur cum squamoso.

g. Margo acutus, quo, una cum osse squamoso, facit introitum tympani, qui deinde abit in porum acusticum.

NUM. 3.

Ejusdem ossis temporis pars petrosa ab exteriore parte.

a. Pars ejus superna tenuis.

b. Margo, quo illa committitur cum eminentia squamosi *m.* Fig. VII. Num. 1.

c. Pars mammillaris, tota spongiosa.

d. e. Ora, qua committitur cum osse verticis, et ossis occipitis parte superiore.

f. Haec pars inaequabilis, et quasi perforata, tota spongiosa: eique continuatur cartilago, cujus interventu conjungitur cum ossis occipitis parte posteriore, cui *b.* adscripta Fig. IX. Num. 1.

g. Hac parte committitur cum parte laterali ossis occipitis.

h. Foramen caecum, exitus aqueductus *Falloppii.*

i. Hunc hiatum opplet cartilago.

k. k. Margo, cum quo commissa pars posterior squamosi.

l. Pars eminens lunata, tenuis; quae inferiorem partem tympani efficit, et annulum sustinet.

m. m. Margo ejus, qui sustinet annulum.

n. Pars ejus, cum qua committitur ima pars ossis squamosi. Quidquid est inter ambitum *b.k.k.n.m.m.*, tympanum est.

o. Pars ejus posterior, tota spongiosa, sinuata.

p. Pars eminens et solidior: in ea unus e canalibus semicircularibus, idest, medius, qui eminere eam facit.

q. Hanc partem eminere facit intus locatus aquaeductus *Falloppii.*

r. Fenestra ovalis.

s. - - - - - rotunda.

t. Pars tympani prior, inaequabilis, scabra; in qua cochlea intus continetur.

u. Pars, quae cum sinu annuli efficit viam, qua tendo musculi *Externi* mallei in tympanum penetrat; chorda autem tympani exit.

w. Pars quae cum squamula *x* efficit sedem et locum musculi *Tensoris* tympani: is enim inhaeret sinui, qui inter *w.x.*

w. ad *m.* proximam; Principium tubae Eustachianae, quod perficitur apposito annulo.

y. Ossis petrosi pars sinuata, quae facit fundum sinus, cui insidet musculus *Tensor* tympani.

z. Pars ossis petrosi tenera et tenuis, quae facit exteriorem partem canalis, per quem incedit carotis interna.

A. Pars prior ossis petrosi, spongiosa, teneraque.

FIG. VII.

NUM. I.

Os squamosum dextrum exhibitum Fig. VI. Num. I. hîc ex interiore parte delineatum.

a. b. c. d. e. f. g. g. Ut in Fig. VI. *Num. I.*

h. Tota hac parte majorem partem solidius est.

i. Hac quoque parte satis solidum, sed tamen paullo rarius, et laeviter inaequabile.

k.k. Juxta hunc ambitum longe rarius, et in fila radiata, ad oram desinentia, distinctum.

l. Pars ad tympani interiora pertinens, solidior, dura, crassior, inaequabilis.

m. Margo eminens, qui cum ossis petrosi parte superna tenui connectitur.

n. Processus zygomaticus, in quo fila per ejus longitudinem jacent.

NUM. 2.

Annulus Fig. VI. Num. 2. ex interiore parte.

a. b. Ut in Fig. VI. *Num. 2.*

c. Sinus, qui locum dat huc porrecto processui gracillimo mallei, et tendini musculi *Externi*, qui processui illi se inserit; et nervo chordam tympani efficienti, de quo dictum est in *explicat.* Fig. VI. *Num. 2. b.*

d. ad *e.* Pars, qua pertinet ad tubam Eustachianam.

e. ad *f.* Margo, quo committitur cum petroso.

g. g. Ut in Fig. VI. *Num. 2.*

NUM. 3.

Pars petrosa Fig. VI. Num. 3. ex interiore parte.

a. b. Ut in Fig. VI. *Num. 3.*

c. Pars, quae cum annuli sinu viam efficit, qua incedit tendo musculi *Externi* mallei, et chorda tympani.

d. Pars quae facit partem sinus, cui insidet *Tensor* tympani.

e. Fissura, quae inter partem *d.* et os petrosum relinquitur.

f. Foramen, quo portio dura septimi paris nervorum cerebri exit e canali communi, post aliquantum sub dura matre incedens antequam intret aquaeductum.

g. Introitus aquaeductus *Falloppii*, quem deinde portio dura intrat.

h. Pars petrosa, hac parte tenera, et spongiosa.

i. Pars qua committitur cum processu laterali maximo moltiformis.

k. - - - - - - - - - - - - - cum basi multiformis.

l. l. - - - - - - - - - - - - - cum ossis occipitis parte priore et cum laterali.

m. Pars, quae cum ossis occipitis laterali parte facit viam venae jugularis internae, et octavi paris nervorum capitis, cum spinali recurrente.

n. o. Pars, quae interventu cartilaginis conjungitur cum ossis occipitis parte posteriore, et cum osse verticis.

p. p. Pars mammillaris, tota spongiosa, maxime ab inferiore parte.

q. Canalis semicircularis superior, hac parte nudus, solidus, laevis.

r. Canalis semicircularis inferior, hac parte pariter nudus, solidus, et laevis.

s. Horum canalium extremum commune, quo in vestibulum patent.

t. Pars ossis solidior et tenuis, sub qua vestibulum.

u. w. Canalis communis nervorum acusticorum. *u.* Pars ejus per quam decurrit portio dura. *w.* Pars quae recipit mollem.

FIG. VIII.

Os occipitis a parte priore.

ζ. Scrobs, cui insidet cerebrum.

η. - - - - - - - - - - - - cerebellum.

θ. Vestigium sinus longitudinalis.

ι. κ. Vestigium sinus lateralis.

λ. Tuber quo committitur cum atlante.

μ. Foramen magnum.

ν. Foramen, per quod penetrat nervus paris noni.

ξ. Pars spatii semicircularis, ubi sinus lateralis exit.

ο. Ubi insertus musculus *rectus lateralis*.

π. Ubi insertus musculus *rectus major* et *minor*.
ρ. Quâ cum multiformi connectitur.
σ. Quâ cum petroso.
τ. υ. Quâ cum mammillari.
υ. ϕ. Quâ cum osse verticis.
χ. Os wormianum.

FIG. IX.

NUM. I.

Ossis occipitis foetus maturioris pars posterior, ab exteriore parte.

a. a. Orae, quibus se deinde connectit cum ossibus verticis, efficitque suturam lambdiformem.

b. b. c. c. d. Huic orae cartilago continuata, cujus illa interventu conjungitur cum ossibus mammillaribus, partibus *b. b:* et cum partibus lateralibus ossis occipitis, partibus *c. c.* Eademque cartilago foraminis magni partem priorem efficit, qua illa huic orae circa *d* adhaeret, inter partes laterales ossis occipitis.

e. Fissura in summa parte, fere ad medium usque pertingens, insignis.

f. f. Duae fissurae minores, in quibusdam inveniendae.

g. g. Duae fissurae laterales, transversae, insignes.

h. Media solidior, eminensque pars, nullis distincta fibris. Ab ea circumcirca diu solida, sed ut procedit, ita in omnem ambitum tendentium filorum species magis visenda, majorque raritas, ac plures insigniorescque hiatus, maxime in mucrone superiore.

i. i. i. Raritas spongiosa diploës.

k. k. Extremum tabulae externae. De caetero quidquid supra fissuras laterales est, in tenuem desinit marginem, solo vitreae raro contextu constantem, supra quem diploës primordium.

NUM 2.

Reliquum ejusdem ossis occipitis ab eadem exteriore parte.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Pars lateralis sinistra. Dextra ei respondet.

a. Margo, e quo fit lateralis pars magni foraminis ossis occipitis.

b. Ora, qua cum inferiore parte partis superioris ossis occipitis, interventu cartilaginis, conjungitur.

c. Ora, qua se cartilaginis similiter interventu conjungit cum osse mammillari.

d. Ora lunata solidior, quae cum osse petroso efficit foramen, quo exit vena jugularis interna, et par octavum nervorum capitis, cum spinali recurrente.

e. Pars ossis major et posterior, rara, praeterquam juxta oram *a.*, ubi solidior.

f. Nucleus processus coronoïdei, tectus crusta ossea tenui, tenerrima, friabili, fila non habente, extrinsecus minimis obtusis eminentiis aliquantum inaequabili. Huic crustae multa cartilago adhaeret, quae et exteriora processus coronoïdei efficit, et extremum hujus nuclei conjungit cum parte laterali partis prioris ossis occipitis.

g. Foramen venae vertebralis.

h. Hac parte hoc os adhuc cartilagineum est.

i. Cornu, quo cum latere partis prioris, interveniente multa cartilagine, connectitur. Hoc solidius.

k. Extremum, crusta simili atque nucleus processus coronoïdei obductum; cui crustae continuata cartilago conjungens cum parte priore.

l. Foramen nervi noni paris, ad linguam pertinentis; quod foramen partim fit e cornu mododicto, partim ex nucleo processus coronoïdei, partim etiam è cartilagine, quae, ab illis nata, se conjungit cum parte priore ossis occipitis.

m. n. o. p. q. r. Pars prior ossis occipitis.

m. r. r. Pars ejus major, elegantissime spongiosa.

n. Margo ejus, ad magnum foramen pertinens, crusta tenui, satis aequabili, et in qua nulla fila conspicua, tectus.

o. o. Hic margo obductus crusta, quali nucleus processus coronoïdei. Continuatque se crustae illi cartilago, quae inde pertinet ad cornu partis lateralis ossis occipitis, nucleumque processus coronoïdei.

p. p. Margines, quibus se cum ossibus petrosis connectit.

q. Pars prior, quae interventu cartilaginis conjuncta cum basi multiformis.

r. r. Eminentiae, quibus se inserunt musculi *Recti interni majores* capitis.

NUM. 3.

Ossis occipitis pars posterior, quae Num. 1. exhibita fuit, hic ex interiore parte delineata.

a. a. b. b. c. c. d. e. f. f. g. g. Ut in *Num. 1.*

h. Pars media, aliquantum concava, porosa, circum quam os primo solidius, dein oras versus rarius rariusque, filorumque prae se fert speciem, inprimis ea parte, quae est supra fissuras laterales, quae et sensim tenuior, ad postremum in tenuem oram desinit. Quod vero infra easdem fissuras est, diutius solidius est, totumque crassius, juxta oram inferiorem rarius, ibidemque crassius, et ex binis tabulis, sed adhuc valde raris, constans, interjecta diploë multa, eaque rara, tenerrima.

i. Rudimentum eminentiae, quae a media crassissima ossis occipitis parte porrecta ad magnum ejusdem ossis foramen.

NUM. 4.

Ossis occipitis partes Num. 2. delineatae, ex interiore parte.

a. b. c. d. Ut in *Num. 2.*

e. Pars posterior, insigniter spongiosa, sed juxta magnum

foramen occipitis ossis solidior, et ad radicem cornu.

f. Crusta orae hujus similis illi, qua crustatus nucleus processus coronoïdei. Vide *Num. 2. f.*

g. Pars cartilaginea.

h. Os foraminis venae vertebralis.

i. Pars foraminis nervi noni paris.

g. l. Interior pars nuclei processus coronoïdei, insigniter porosa.

l. Crusta, de qua *Num. 2. f.*

m. Cornu solidius, quod cartilaginis multae interventu connectitur cum latere partis prioris ossis occipitis.

n. Crusta similis illi, qua nucleus processus coronoïdei crustatus. Vid. *Num. 2. f.*

o. p. q. r. s. t. u. Ossis occipitis pars prior.

o. Pars sinuata porosa.

p. Pars eminens, solidior.

q. Pars prior, eleganter porosa, sinuataque, maxime in medio.

r. Ora posterior, ad magnum foramen pertinens.

s. s. Margines crusta tali crustati, qua nucleus processus coronoïdei: vid. *Num. 2. f.* His continuata cartilago pertinens ad cornu partis lateralis ossis occipitis, itemque ad nucleum processus coronoïdei.

t. t. Margines, quibus connectit se cum ossibus petrosis.

u. Pars prior, quae obducta crusta, quali nucleus processus coronoïdei: vid. *Num. 2. f.* Eique continuata cartilago, qua hoc os conjungitur cum multiformis basi.

FIG. X. XI. XII.

Os hyoides Fig. X. a parte priore.
XI. a posteriore.
XII. a laterali.

ψ. Basis ossis hyoïdei.

ω. Cornu ejusdem.

A. Cartilago in quam abit cornu.
B. Corpusculum graniforme.
E. Locus, ubi musculus *geniohyoïdeus* inseritur.

FIG. XIII.

Ejusdem ossis articulus diductus.

ψ. ω. *A.* Ut in Fig. X.
C. D. Quâ basis et cornu committuntur inter se.

TABULA XIV.

OS SACRUM ADULTI HOMINIS ET COLUMNA VERTEBRALIS FOETUS.

Ex ALBINI *Tab. oss. humanor. et Icon. oss. foetus.*

FIGURA I.

Os sacrum adulti hominis a parte priore.

a. Corpora vertebrarum, quae os sacrum componunt.
b. Margo eminens.
c. Notae distinctionis pristinae.
f. Processus obliqui superiores.
i. Processus transversi.
q. Viae nervorum.
r. Eorum vestigia.

FIG. II.

Spina dorsi foetus maturioris a parte priore expressa.

a. a. æ. æ. b. c. d. e. f. f. g. g. Sexta colli vertebra. *a. æ. b.* Corpus ejus. *a. a.* Pars cartilaginea, quae intus nucleum osseum magnum habet. *æ.* Pars verticis, quo sustinet atlantem; quae pars habet superficiem solidiorem ac laevem. *b.* Nuclei ossei pars per cartilaginem translucens. *c. d.* Processus odontoïdes. *c.* ossea pars ejus. *d.* extremum cartilagineum. *e.* Radix prior processus transversi; quae tota cartilaginea, et cartilagineae parti corporis continuata. *f.* Extremum tuberculum pro-

cessus transversi, idque cartilagineum. *g.* Pars ossea lateralis, in qua processus obliquus inferior.

h. i. i. k. k. l. l. m. m. Tertia vertebra colli, ex qua et reliquae colli vertebrae facile intelligentur. *h.* Corpus extrinsecus cartilagineum, intus nucleo osseo magno constans. *i.* Radix prior processus transversi, tota cartilaginea. *k.* Extremum processus transversi, cartilagineum. *l. m.* Pars ossea lateralis; in qua *l.* processus obliquus inferior, *m.* superior.

n. o. p. q. r. s. t. Nona dorsi vertebra, ex qua reliquae intelligi poterunt. *n. o. o.* Corpus ejus, quod extrinsecus majorem partem cartilagineum, intus osseum. *n.* Ossei nuclei pars nuda, scabra, porosa. In duodecima, nulla pars nuclei nuda est. *o. o.* Pars cartilaginea. *p. q. r.* Pars ossea lateralis; utrimque una: *p.* processus obliquus superior; *q.* processus transversi pars major; *r.* processus obliquus inferior. *s.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *t.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

u. w. x. y. z. Vertebra lumborum quinta. *u. w. w.* Corpus ejus, extrinsecus similiter majori ex parte cartilagineum, intus osseum. *u.* Nuda nuclei ossei pars, scabra, spongiosa. *w. w.* Pars cartilaginea. *x.* Pars ossea lateralis, ab utroque latere. *y.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *z.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

α. α. In quibusdam vertebris lumborum, pars prior processus transversi tota cartilaginea est, et continua parti cartilagineae corporis.

β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. Os sacrum, majori ex parte cartilagineum *β.* Pars corporum cartilaginea, ex quibus constat *γ.* Nuclei ossei pars nuda, spongiosa. *δ. ε.* Laterales partes ossis sacri. *ε.* Partes lateralium partium, quae sunt in foraminibus sacri prioribus. *ζ. ζ.* Partes osseae priores processuum transversorum vertebrae primae sacri; quas partes vertebrae verae non habent. *η. η.*

Similes osseae partes secundae. θ. Foramina priora sacri.

ι. $\varkappa$. λ. μ. Quatuor coccygis partes, totae cartilagineae.

1.2.3.-31. Ligamenta, quae inter corpora vertebrarum colli, dorsi, lumborum, ossis sacri, coccygisque intercedunt, eaque inter se connectunt.

FIG. III.

Os sacrum adulti hominis a parte posteriore.

a. Corpora vertebrarum ex quibus os sacrum constat.
b. Margo eminens vertebrae primae.
c. Nota distinctionis pristinae inter corpus quartae et quintae.
d. Spina primae, secundae, tertiae vertebrae.
e. Processus obliqui inferiores.
f. - - - - - - - - - - - superiores.
g. Quâ committuntur cum processibus inferioribus vertebrae lumborum proximae.
h. Ubi processus obliqui concreti inter se.
i. Processus transversi.
k. Tubercula ubi processus transversi concreti sunt inter se.
l. m. Partes, quibus os sacrum committitur cum osse iliûm.
n. Ubi affixa ligamenta commissuram illam continentia.
o. Ubi os sacrum connectit se cum ima lumborum ope ligamenti.
q. Viae nervorum.

FIG. IV.

Spina dorsi Fig. II. delineata, hîc a parte posteriore exhibita.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n. Vertebra colli sexta. *a. e. c. e.* Pars ejus cartilaginea. *b.* Nucleus osseus, qui est in corpore ejus. *c. c.* Superficies solidiores laevesque, quae com-

mittuntur cum atlante. *d.d.e.* Processus odontoïdes: *d.d.* pars ejus ossea, nondum per longitudinem suam cohaerens, sed discreta e portione cartilaginea. *f. g. h. i.* Pars lateralis ossea ab utroque latere: *f.* pars prior, qua cartiligini corporis inhaeret: *g.* pars, quae posteriora vertebrae efficit: *h.* principium processus obliqui inferioris: *i.* principium radicis posterioris processus transversi. *k.* Additamentum cartilagineum radicis illius. *l.m.m.* Pars cartilaginea, qua partes osseae laterales conjunctae inter se a parte posteriore, quaeque spinam in primis efficit. *m.m.* Tubercula duo, quae sunt rudimenta extremi bifurci.

o.p.q.r.s.t.u.w.x. Prima colli vertebra; ex qua reliquae non difficulter intelligentur. *o. p. q. r.* Pars ossea lateralis, utrimque una. *o.* Processus obliquus superior. *p.* Principium spinae. *q.* Principium radicis posterioris processus transversi. *r.* Processus obliquus inferior. *s.t.t.* Cartilago, quae interjecta extremis posterioribus partium ossearum lateralium, ea connectit inter se. Haec et spinam inprimis efficit. *u.* Additamentum cartilagineum processus obliqui inferioris. *w.* Additamentum cartilagineum posterioris radicis processus, transversi. Est vero continuatum cartilagineae radici priori. *x.* Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

y. y. z. z. α. α. β. β. γ. γ. δ. ε. ε. Septima vertebra dorsi. Reliquae ipsi similes, praeter duodecimam, quae magis similis primae colli. *y. z. α.* Pars ossea lateralis; una ab utraque parte; *z.* principium processus obliqui superioris: *α.* principium processus transversi. *β.* Additamentum cartilagineum processus transversi. *γ. γ. δ. ε. ε.* Cartilago, quae partes duas laterales osseas a parte posteriore conjungit, quaeque et inferiorem partem processuum obliquorum inferiorum efficit, eosque ipsos, quâ ad superiores admoti, integit. *δ.* Spina. *ε. ε.* Processuum obliquorum inferiorum partes inferiores.

ζ. ζ. Corpus cartilagineum primae vertebrae dorsi.

$\eta.\theta.\iota.\varkappa.\lambda.\mu.\nu.\xi$. Quarta lumborum. $\eta.\theta$. Partes osseae laterales: θ. principium processus transversi. ι. Additamentum cartilagineum processus transversi. $\varkappa$. Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris. $\lambda.\eta.\nu$. Cartilaginea pars posterior, qua partes laterales osseae inter se conjunctae. μ. μ. Processus obliqui inferiores. ν. Spinae rudimentum. ξ. ξ. Corpus, hac parte cartilagineum.

o. π.-ω. *A.-M.* Os sacrum. o. Latera ossis sacri, quibus cum ossibus iliûm partim committitur, partim colligatur: eaque cartilaginea sunt. π. π. Corpus vertebrae sacri primae, ρ. secundae, σ. tertiae (quae corpora intus ossea, extrinsecus cartilaginea et porosa,) $\tau.\upsilon$. quartae: τ. pars cartilaginea, υ. nuclei ossei nuda pars: φ. χ. quintae: φ. pars cartilaginea, χ. pars nuda nuclei ossei. ψ. ψ. Partes osseae laterales vertebrae primae, ω. ω. secundae, *A.A.* tertiae, *B.B.* quartae. *C. C.* Additamenta cartilaginea processuum obliquorum superiorum primae, *D. D.* secundae, *E.E.* tertiae. *F. G. H.* Cartilago, quae inter se conjungit partes osseas laterales primae: *G.* spinae rudimentum: *H.* processus obliquus inferior. *I. I. K.* Eadem cartilago secundae: *I. I.* processus obliqui inferiores: *K.* spinae rudimentum. *L.* Eadem cartilago tertiae, in qua tantum rudimentum spinae: aliquando et processus obliqui inferiores. *M. M. M. M. M. M. M. M.* Foramina posteriora.

N. O. P. Q. Coccygis vertebrae quatuor, totae cartilagineae.

1. 2. 3.- 10. Ligamenta, quae corporibus vertebrarum interjecta, ea connectunt inter se.

FIG. V.

Os sacrum adulti hominis a parte laterali.

a. a. b. Ut in Fig. I.

d.e.f.k.l.m.n. Ut in Fig. III.

FIG. VI.

Spina dorsi foetus maturioris, media parte inter priorem et lateralem expressa.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m. Sexta colli vertebra: *a.b.c.* corpus ejus: *a.c.* corporis pars cartilaginea: *b.* corporis nucleus osseus, undique cartilagini inhaerens, et hîc per eam translucens : *c.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum atlante. *d.* Radix prior processus transversi, tota cartilaginea, et cartilagineae parti corporis continuata. *e.* Extremum tuberculum processus transversi, cartilagineum. *f. g.* Processus odontoïdes, qui majorem partem osseus: *f.* pars ossea: *g.* pars extrema cartilaginea. *h. i. k.* Pars ossea lateralis sinistra: *h.* processus obliquus descendens, cujus illa superficies, qua cum obliquo adscendente vertebrae quintae committitur, cartilagine tenui, solidiore, laevissima, crustata est. *k.* Pars posterior partis osseae, quae principium spinae efficit. *l.* Cartilago, quae efficit spinae extremum. *m.* Pars ossea lateralis dextra.

n.o.p.q.r.s. Quarta colli. *n.* Corpus extrinsecus totum cartilagineum, sed intus nucleum osseum habens. *o.* Radix prior processus transversi, quae cartilagineae parti corporis continuata, ipsaque tota cartilaginea est. *p.* Extremum processus transversi, quod cartilagineum. *q. r. s.* Pars ossea lateralis dextra: *q.* pars ejus, in qua processus obliqui, adscendens et descendes. *r.* Pars, quae cartilagineae parti corporis inhaeret. *s.* Pars, quae efficit principium spinae.

t. Secundae colli pars ossea lateralis dextra. Reliquis colli vertebris litterae non inscriptae, quoniam easdem partes habent, unius quartae indice facile cognoscendas.

u.w.x.y.z.α.β.γ.δ. Dorsi quinta vertebra, ex cujus explanatione reliquae dorsi intelligi poterunt. *u. w.* Corpus, quod

magnam partem cartilagineum, intus habet nucleum osseum. u. Nuclei ossei pars prior, nuda, scabra, porosa. In summa dorsi hic nucleus, nulla parte sui nudus, non apparet: w. pars cartilaginea. x. y. z. α. Pars ossea lateralis sinistra: x. hac parte inhaeret cartilagini corporis. y. Principium processus obliqui superioris. z. Principium processus transversi. α. Principium processus obliqui inferioris. β. Pars cartilaginea, quae partibus osseis lateralibus interserta, spinam efficit, et processus obliquos inferiores incrustat. γ. Additamentum cartilagineum processus transversi. δ. Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris.

$\varepsilon.\zeta.\eta.\theta.\iota.\varkappa.\lambda.\mu$. Lumborum vertebra tertia. ε. ζ. Corpus, quale vertebris dorsi. ε. Nuclei ossei nuda pars, scabra, porosa. ζ. Pars cartilaginea. η. θ. Pars ossea lateralis sinistra: η. hac parte inhaeret cartilagineae parti corporis: θ. hac in posteriora descendit. ι. Additamentum cartilagineum processus obliqui superioris. $\varkappa$. Additamentum cartilagineum processus transversi. λ. Spinae extremum. μ. Pars lateralis dextra, ex interiore parte.

$\nu.\xi.o.\pi.\rho.\sigma.\tau$. Os sacrum, quod majorem partem cartilagineum. $\nu.\xi.\nu.\xi.\nu.\xi.\nu.\xi.\nu.\xi$. Quinque ejus corpora, quae majorem partem cartilaginea, intus nucleum osseum habent; ν. nuclei ossei pars prior nuda, eaque spongiosa; ξ. corporis pars cartilaginea. o. o. o. Latera sacri. π. ρ. Processuum transversorum partes osseae priores, quas prae vertebris veris praecipuas habent: π. primae sacri, ρ. secundae. σ. Superficies lateralis, quae partim commissa, partim colligata cum osse ilium; $\tau.\tau.\tau.\tau.\tau.\tau.\tau$. Foramina priora sacri.

$\upsilon.\varphi.\chi.\psi$. Quatuor coccygis vertebrae, totae cartilagineae.

1.2.3.-31. Ligamenta, quae intercedunt inter corpora vertebrarum colli, dorsi, lumborum, sacri, coccygis; eaque inter se connectunt.

FIG. VII.

Ossis sacri facies superior.

a.b.d.f.h.i. Ut in Fig. III.
p. Pars canalis spinae medullae.
q. r. Ut in Fig. III.

FIG. VIII.

Coccyx a priore parte.

FIG. IX.

- - - - - a posteriore.

FIG X.

- - - - - a laterali.

a. a. a. a. Quatuor vertebrarum corpora.
f. Processus obliquus superior, quo vertebra superior coccygis committitur cum inferiore sacri proxima.
i. Processus transversi.

TABULA XV.

LUMBORUM VERTEBRAE.

Ex Albini Tab. oss. human.

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum lumborum a priore parte.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens.
c. Processus transversus tam a dextris, quam a sinistris.
e. - - - - - - obliquus inferior.

FIG. II.

Eadem syntaxis, a posteriore.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Processus obliquus superior.
e. - - - - - - - - - - - - inferior.
f. Sinus, quo processus obliqui committuntur inter se.
h. Spina, seu processus spinosus.
i. Ubi affixum ligamentum inferius duas quasque vertebras continens.
l. Tuberculum, cui inseritur musculus *Multifidus spinae.*

FIG. III.

Eadem syntaxis, a parte laterali.

a.b.c.d.e.h. Ut in Fig. II.

g. Tuberculum, quod respondet sinui *f.* Fig. II. et quo processus obliqui committuntur inter se.

m. Ubi inseritur musculus *interspinalis*.

n. Unde ipsemet musculus *interspinalis* oritur.

p. Viae nervorum spinalium et vasorum.

FIG. IV.

Tertiae lumborum vertebrae facies superior.

a.b.c.d.f.h.i. Ut in Fig. II.

o. Foramen, per quod spinae medulla descendit.

FIG. V.

Ejusdem vertebrae facies inferior.

a.b.c.d.e.f. Ut in Fig. II.

g. Tuberculum, de quo dictum est in explicatione Fig. III.

h. Spina.

k. Ubi affixum ligamentum superius duas quasque vertebras continens.

o. Foramen, quo spinae medulla descendit.

TABULA XVI.

VERTEBRAE DORSI.

Ex Albini Tab. oss. human.

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum dorsi a parte priore.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens superior et inferior.
c. Processus transversi.
d. ------ obliqui superiores.
f. ------ obliqui inferiores.
g. Quâ processus obliquus inferior committitur cum superiore vertebrae inferioris.
h. Sinus, quo processus transversus committitur cum costae capitulo *a.* (Tab. XIX. Fig. I.)
i. Sinus, quo cum principio *a.* (Tab. XVIII. Fig. I.)
o. Ubi inseritur ligamentum, duas quasque continens.
z. Facies inferior corporis veretbrarum.

FIG. II.

Eadem syntaxis a parte posteriore.

a. c. d. Ut in Fig. I.
e. Processus obliquus superior quâ committitur cum inferiore vertebrae superioris.
f. i. Ut in Fig. I.
m. Spina.

n. Ubi inseritur ligamentum parte inferiore duas quasque vertebras continens (superiore vero parte vide *o*. Fig. I.)

p. Ubi inseritur ligamentum transversum costae articulum continens.

FIG. III.

Ejusdem syntaxis facies lateralis.

a. b. c. d. f. g. h. i. Ut in Fig. I. et II.

k. l. Sinus quo connectitur cum principio reliquarum costarum *b. c.* (Tab. XVIII. Fig. I.)

m. Spina.

q. r. Ubi inseruntur ligamenta principium costae continentia.

s. Viae nervorum spinalium et vasorum.

u. Ubi musculus *interspinalis* inseritur.

v. Unde idem musculus oritur.

FIG IV.

Septima dorsi vertebra a parte superiore, ex cujus explanatione caeterae omnes facile intelligi poterunt.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I. II. III.

l. m. Ut in Fig. III.

n. Ubi inseritur ligamentum vertebram hanc cum superiore connectens.

t. Foramen, quâ spinae medulla descendit.

FIG. V.

Eadem vertebra a parte inferiore.

a. b. c. f. g. Ut in Fig. I.

k. m. Ut in Fig. III.

o. Ubi inseritur ligamentum vertebram hanc cum inferiore connectens.

t. Foramen, per quod spinae medulla descendit.

TABULA XVII.

VERTEBRAE COLLI.

Ex Albini Tab. oss. hum. et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Syntaxis vertebrarum colli a parte priore.

a. Corpus uniuscujusque vertebrae.
b. Margo eminens.
c. Processus obliquus superior.
e. - - - - - - - - - - - - inferior.
f. Quâ processus istiusmodi cum obliquo superiore vertebrae inferioris committitur.
g. Processus transversus.
h. Radix ad eum accedens.
i. Sinus cui nervus spinalis insidet.
k. Foramen, quo ea vasa incedunt, quae vocantur vertebralia.
r. r. Axis vertebrae sextae, quae dicitur *Epistrophaeus.*
u. Qua haec vertebra committitur cum Atlantis sinu *w.* Fig. XI.
x. Sinus quo cum capite *c.* Tab. IX. Fig. I. Eorum alter, scilicet dexter, hîc divisus in duos: *y. z.*
y. Ubi affigitur musculus *longus colli*, et ligamentum connectens hanc vertebram cum osse occipitis.

FIG. II.

Eadem syntaxis a posteriore.

a.c.e.g.h.k. Ut in Fig. I.
l. Spina, quae in cornua duo desinit *m. m.*
r. u. x. Ut in Fig. I.
α. Intercapedo in Atlante, cui inserta axis *r.*
β. β. Unde oritur ligamentum transversum axem continens.
δ. Unde oriuntur musculi *recti postici minores.*
ε. Via arteriae dictae vertebralis.
η. Vide in Fig. IX. *ε.*

FIG. III.

Eadem syntaxis a latere.

a.c.e.f.g.h.i.k. Ut in Fig. I.
l. Spina.
q. Via nervorum spinalium et vasorum.
u. Ut in Fig. I.
ε. ζ. η. Ut in Fig. IX.

FIG. IV.

Tertia colli vertebra a facie superiore.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Quâ cum processu obliquo inferiore vertebrae superioris committitur.
g. h. i. k. Ut in Fig. I.
l. m. m. Ut in Fig. II.
n. Ubi inseritur ligamentum duas quasque vertebras continens.
p. Foramen, quo spinae medulla descendit.

FIG V.

Eadem vertebra ab inferiore.

a. Corpus.
b. Margo eminens.
e. Processus obliquus inferior.
f. Quâ idem processus cum superiore vertebrae inferioris committitur.
g. h. Ut in Fig. I. II. III.
k. Foramen, quo vasa incedunt, quae dicuntur vertebralia.
l. m. m. Ut in Fig. II.
o. Ubi inseritur ligamentum duas quasque vertebras continens. Vide *n.* Fig. IV.
p. Foramen, quo descendit spinae medulla.

FIG. VI.

Epistrophaeus, sexta scilicet colli vertebra, a parte priore.

a.e.f.h.l.m.m.o. Ut in Fig. I. II. III. IV.
r. Axis hujus vertebrae, circa quem Atlas rotatur cum capite. Vocatur etiam processus *odontoïdes.*
t. Quâ axis istiusmodi committitur cum atlante; scilicet cum *v.* Fig. IX.
u. Quâ respondet sinui atlantis *w.* Fig. XI.

FIG. VII.

Ejusdem vertebrae facies posterior.

a. e. g. Ut in Fig. I. et II.
l. m. m. Ut in Fig. II.
p. Foramen, quâ spinae medulla descendit.
r. u. Ut in Fig. II. VI.

FIG. VIII.

Ejusdem vertebrae latus sinistrum.

a. Corpus vertebrae.
e. Processus obliquus inferior.
g. - - - - - - - transversus. *h.* radix ad eum accedens.
k. Foramen, quâ incedunt vasa vertebralia.
l. Processus spinosus, seu spina.
r. Axis: *s.* quâ ligamento transverso continetur.
t. u. Ut in Fig. VI.

FIG. IX.

Atlas a facie superiore.

a. a. Latera atlantis, quae corpus quodammodo constituunt.
g. Processus transversus, ad quem accedit radix *h.*
k. Foramen, per quod transeunt vasa quae dicuntur vertebralia.
p. Foramen, per quod descendit spinae medulla.
v. Quâ committitur cum axi *t.* Fig. VI. VIII.
x. Sinus, quo committitur cum capite *c.* Tab. IX. Fig. I. Eorum alter, scilicet dexter, hîc divisus in duos *y. z.*
α. Intercapedo, cui inserta axis *r.* Fig. VI. VII. VIII.
β. β. Unde oritur ligamentum transversum axem continens.
γ. Ubi affigitur musculus *longus colli*, et ligamentum, quo atlas cum osse occipitis alligatur.
δ. Unde oriuntur musculi *recti postici minores*.
ε. Via arteriae dictae vertebralis: hîc in dextro latere est foramen *ζ.*, perficiente arcu *η*.

FIG. X.

Atlas foetus maturioris a parte superiore.

a.b.c.d.e.f.g.h. Pars cartilaginea prior, e qua fit pars major atlantis.

b. Sinus superficiei solidioris ac laevis quo committitur cum processu odontoïde vertebrae sextae.

c. Tuberculum, cui insertus *Longus colli.*

d. e. d. e. Sinus, ab utraque parte unus, isque superficiei solidioris, ac laevis, qua recipit processum coronoïdeum ossis occipitis. *e.* Hic per superficiem translucet pars ossea lateralis, qua inhaeret cartilagini.

f. Radix prior processus transversi. *g.* Extremum ejusdem processus.

h. i. Tuberculum cui affixum ligamentum, quod pone processum odontoïdem ex transverso deductum: *h.* pars tuberculi, quae fit a cartilagine priore: *i.* pars, quae a laterali ossea parte.

i., k. l. Ab utroque latere pars lateralis ossea, quae solidior, sed aliquantum spongiosa extremis suis. *l.* Radix posterior processus transversi.

m. n. Pars cartilaginea posterior, interjecta extremis posterioribus partium ossearum, posterioremque vertebrae partem perficiens. *n.* Eminentia, a qua oriuntur *Recti capitis minores.*

FIG. XI.

Atlantis facies inferior.

a.a.g.h.k.p. Ut in Fig. IX.

w. Quâ committitur cum epistrophaei vertice *u.*

α. γ. δ. Ut in Fig. IX.

FIG. XII.

Atlas foetus maturioris a facie inferiore.

a. b. c. d. e. f. Pars cartilaginea prior, e qua fit pars atlantis major.
b. Tuberculum, cui insertus musculus *Longus colli.*
c. d. c. d. Corporis partes, quibus in sexta vertebra colli insistit. *d.* Superficies solidior, laevissima, qua cum sexta colli committitur.
e. Radix prior processus transversi.
f. Extremum ejusdem processus.
g. h. g. h. Partes laterales osseae, quae majorem partem solidiores; sed quâ cartilagineis portionibus inhaerent, magis spongiosae. *h.* Radix posterior processus transversi.
l. k. Pars cartilaginea, quae posteriorem vertebrae partem perficit, extremis partium ossearum interjecta. *k.* Ejus tuberculum, unde *Recti capitis postici minores* procedunt.

TABULA XVIII.

COSTAE A FACIE POSTERIORE ET LATERALI.

Ex Albini Tab. oss. human.

FIGURA I.

Costarum sinistrarum syntaxis a posteriori.

a. Capitulum, quo unaquaeque costa committitur cum processu transverso *h.* Tab. XVI. Fig. I. III.
b. Ubi affigitur ligamentum transversum, costam connectens cum ipsomet processu transverso vertebrarum.
c. Ubi inseritur musculus *Sacrolumbalis*, etc.
d. Ubi inseritur musculus *Levator brevio* costarum.

FIG. II.

Earumdem costarum syntaxis a latere, ab exteriore parte.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Costae verae.
a. a. Ubi affigitur ligamentum transversum costam connectens cum processu transverso vertebrarum.
b. Unde oritur musculus *Scalenus medius.*
c. Unde *Serratus magnus.*
8. 9. 10. 11. 12. Costae nothae, seu spuriae.

TABULA XIX.

COSTARUM FACIES INTERIOR, ET COSTAE FOETUS.

Ex Albini *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Syntaxis costarum sinistrarum a latere , ex interiore parte.

a. Tuberculum, quo costa quaelibet committitur cum corpore vertebrae *i.* Tab. XVI. Fig. III.
b. c. Facies quibus costa alligatur corporibus duarum vertebrarum *k. l.* Tab. XVI. Fig. III.
d. Angulus inter facies *b. c.* adnexus ligamentis inter corpora interjectis.
e. Capitulum, quo costa committitur cum processu transverso *h.* Tab. XVI. Fig. I. III.
f. Ubi affigitur ligamentum transversum costam connectens cum ipso processu.
g. Ubi inseritur musculus *Levator brevior.*
h. Vertigium vasorum intercostalium.
i. Ubi cartilago continuatur.

FIG. II.

Costa sexta dextri lateris foetus maturi ab exteriore parte expressa.

a. Pars ossea, media elegantissime in fibras distincta, extremo priore spongiosa.
b. c. Additamentum cartilagineum, quo spinae inhaeret.

b. Pars, qua inhaeret corporibus.

c. Qua processui transverso.

d. e. f. Pars cartilaginea, in quam a priori parte abit. *e.* Pars ejus, qua proxime inferioris partem cartilagineam contingit, et cum ea colligatur. *f.* Extremum, quo inserta sinui sterni.

FIG. III.

Eadem costa ex interiore parte.

a. b. Pars ossea, solidior, spongiosa autem extremo illo, quo desinit.

b. Sinus, in quo fibrae pulchre apparent.

c. d. Additamentum cartilagineum, quo spinae dorsi inhaeret. *c.* Pars, quae inhaeret corporibus vertebrarum. *d.* Capitulum, quo committitur cum processu transverso.

e. f. Pars cartilaginea. *f.* Ejus latior pars, se demittens ad proximae costae cartilaginem.

FIG. IV.

Costa prima dextra foetus maturi, a superiore parte.

a. Pars ossea, spongiosa extremis, inprimis priore.

b. Additamentum cartilagineum, quo inhaeret corpori vertebrae dorsi summae.

c. Additamentum cartilagineum alterum, quod est capitulum, quo committitur cum processu transverso ejusdem vertebrae.

d. Pars cartilaginea, truncata.

FIG. V.

Costa duodecima ejusdem foetus, ab exteriore parte.

a. Pars ossea.

b. c. Additamentum cartilagineum, quo inhaeret vertebrae primae dorsi. *c.* Hîc pars ossea per cartilaginem tenuem, qua illa pars inhaeret ipsi, translucet.

d. Pars cartilaginea, in quam a priore parte abit, portione ossea longior quam in adulto.

TABULA XX.

STERNUM ET CLAVICULA.

Ex iisdem Operibus Albini.

FIGURA I.

Os pectoris, seu sternum a priore parte.

f. i. Sinus laterales, cum quibus cartilagines costae quintae et septimae committuntur.
k. Sinus cum quo clavicula *a.* Fig. VI. X. et XI. hujus Tab.
l. m. Ligamenta quibus haec ossa continentur.
n. o. p. Pristinae distinctionis indicia.
q. Cartilago mucronata.

FIG. II.

Sternum foetus immaturi junioris, a priori parte exhibitum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Novem granula ossea, undique inhaerentia cartilagini: quorum quatuor superiora *a. b. c. d.* aliquanto firmiora. *a. b.* Duo in parte superiore sterni. *c. d.* Duo in parte illa, quae inter extrema cartilaginea costarum secundarum et tertiarum. *e. f.* Duo in illa, quae inter extrema costarum tertiarum et quartarum. *g. h.* Duo in illa, quae est inter extrema costarum quartarum et quintarum. *i.* Unum in cartilagine mucronata.
k. k. Partes, quae sustinent claviculas.
l. l. Extremum cartilagineum costae primae, in utroque latere, continuatum sterno.

m. Tam a dextris, quam a sinistris, extremum cartilagineum costae secundae: *n.* tertiae: *o.* quartae: *p.* quintae: *q.* sextae: *r.* septimae. Omnia sinibus sterni inserta, praeter quintae, quod mediae parti sterni hîc continuatae.

s. s. etc. Ligamenta, quae extrema cartilaginea costarum, inserta sinibus sterni, sterno alligant.

FIG. III.

Sternum foetus maturi, oblique a priori parte et simul a latere sinistro exhibitum.

a. Pars superior, majorem partem cartilaginea.

b. Pars media, similiter majorem partem cartilaginea.

c. Pars inferior, quam *cartilaginem ensiformem* appellant, adhuc tota cartilaginea.

d. Ligamentum, quo portio prima connexa cum secunda.

e. Simile, quo secunda cum tertia connexa.

f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. Ossicula tenera, porosa, in cartilaginibus nata.

f. g. Ossiculum partis superioris, in ejus medio situm, reliquis majus; *f.* pars ejus nuda: *g.* pars cartilagini inhaerens.

h. i. Primum partis mediae ossiculum, situm in ea parte, quae est inter extrema costae secundae et tertiae: *h.* nuda ejus pars: *i.* ambitus in cartilaginem demersus.

k. l. Ossiculum secundum partis mediae, in ea parte situm, quae est inter extrema costae tertiae et quartae: *k.* ejus nuda pars: *l.* pars quae inhaeret cartilagini.

m. n. In partis secundae illa parte, quae est inter extrema costae quartae et quintae, loco unius majoris ossiculi, duo sunt minora, dextrum et sinistrum; et *m.* sinistrum totum cartilagini inhaeret: *n.* dextrum contra fere totum nudum (illa autem, quae in Icone dextra apparent, sinistra sunt.)

o. p. q. In illa denique parte, quae est inter costarum quintae et sextae extrema, loco unius, tria minora, quae omnia intus in cartilagine haerent. Eorum unum *o.* reliquis majus, in dextra parte positum: *p. q.* in sinistra parte, unius dextri loco, duo minora, alterum infra alterum.

r. Superficies cui clavicula innixa.

s. s. Cartilaginea extrema costae primae tam a dextris, quam a sinistris, quae unam continuam cartilaginem efficiunt cum parte superiore sterni.

t. Pars ossea extrema costae primae sinistrae, conjuncta cum extremo cartilagineo.

u. w. Sinus, qui recipit cartilagineum extremum costae secundae: *u.* pars ejus, quae est in parte superiore sterni: *w.* pars quae in media.

x. y. z. A. Quatuor sinus, qui sunt in parte media sterni, recipiendis extremis cartilagineis costae tertiae, quartae, quintae, sextae, parati.

B. C. Sinus, qui recipit extremum cartilagineum costae septimae.

D. Foramen cartilaginis mucronatae.

FIG. IV.

Sternum adulti hominis Fig. I. exhibitum, a parte posteriore expressum.

a. Pars, cui continuatur cartilago costae summae.

b. d. e. f. Sinus, cum quibus cartilagines committuntur costae secundae, tertiae, quartae, quintae.

k. l. m. n. o. p. q. Ut in Fig. I.

FIG. V.

Idem os a latere.

a. Pars, cui continuatur cartilago costae summae.
b. c. - - - - - - - - - - - - - - secundae.
d. - - - - - - - - - - - - - - tertiae.
e. - - - - - - - - - - - - - - quartae.
f. - - - - - - - - - - - - - - quintae.
g. - - - - - - - - - - - - - - sextae.
h. i. - - - - - - - - - - - - - - septimae.
k. l. m. q. Ut in Fig. I.

FIG. VI.

Clavicula sinistra adulti hominis a parte superiore.

a. Pars, qua cum osse pectoris committitur.
c. Unde oritur musculus *pectoralis*.
d. Unde oritur musculus *deltoides*.
e. Unde *cleidomastoideus*.
i. Ubi inseritur musculus *cucullaris*.

FIG. VII.

Foetus maturi clavicula dextra a parte superiore(a).

a. Circa medium a parte priore aliquantulum porosa est, unde musculi *pectoralis* origo.
b. Plaga porosa, unde *deltoides* oritur.
c. Extremum, quo cum superiore scapulae processu com-

(*a*) In *Albini* Opere, typographi fortassis errore, claviculam foetus dexteram ab *inferiore* facie hîc exhiberi legitur, et *inferior* quoque ejusdem ossis pars delineata dicitur in Fig. IX. Iconibus autem cum dextera foetus clavicula comparatis, hac figura *superiorem* ejus superficiem repraesentari non dubitamus.

mittitur, tenui teneraque crusta ossea tectum.

d. e. Caput ejus, quo innixa ossi pectoris: *d.* margo, capitis illius ambitum faciens; qui margo fit e lamella ossea tenui, laeviterque porosa: *e.* extremum capitis, tectum crusta ossea tenui et tenera.

FIG. VIII.

Clavicula adulti hominis sinistra a parte inferiore.

a. Quâ committitur cum osse pectoris.
b. Quâ cum scapula *f.* Tab. XXI. Fig. III. VII.
c. d. Ut in Fig. VI.
f. g. Unde oriuntur ligamenta claviculam cum processu coracoideo connectentia.
h. Unde oritur ligamentum claviculam conjungens cum cartilagine costae summae.
k. Ubi inseritur musculus *subclavius.*

FIG. IX.

Dextra maturi foetus clavicula a parte inferiore.

a. Extremum, quo cum scapula committitur, crusta ossea, tenui, teneraque obductum.
b. Tuberculum, cui affixum ligamentum, quo clavicula alligatur processui coracoideo.
c. Caput, quo in osse pectoris innititur; cujus capitis extremum crusta ossea tenui, tenera, aliquantum porosa, obtectum.

FIG. X.

Clavicula sinistra adulti hominis a parte priore.

a. b. c. d. f. g. h. Ut in Fig. VIII.

FIG. XI.

Idem os a parte posteriore.

a. e. i. Ut in Fig. VI.
h. Unde oritur ligameutum claviculam connectens cum cartilagine costae summae.

FIG. XII.

Caput claviculae, quo ossi pectoris insidet.

a. Extremum, lamella cartilaginea obtectum.

TABULA XXI.

SCAPULA.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Scapula sinistra adulti hominis a parte posteriore.

a. Sinus, quo committitur cum humero (*a.* Tab. XXII. Fig. I. III. IV.)
b. a. Crusta cartilaginea.
c. Processus coracoideus.
d. Spina.
e. Processus superior.
h. Foramen, quo spina perforata.
m. Unde oritur musculus *deltoides*.
n. Unde - - - - - - - - - - *teres major.*
q. Unde *bicipitis* caput.
s. Unde *teres minor*.
t. Ubi *cucullaris* inseritur.
u. Ubi *supraspinatus* oritur sedetque.
v. Ubi *infraspinatus*.

FIG. II.

Maturi foetus Scapula dextra a parte exteriore.

a. b. c. d. e. f. Pars ossea.
a. Pars, quae est supra spinam.
b. Spina.

c. Radix, seu principium processus superioris.
d. Principium cervicis, ab ossea parte effectum.
e. Pars, quae est infra spinam.
f. Margo eminens.
g. g. h. i. Additamentum cartilagineum cervicis, cujus
g. g. Processus coracoideus.
i. Cervicis sinus, superficiei solidioris, aequabilis, laevissimus, cui caput humeri insidet.
k. Additamentum cartilagineum processus superioris.
l. m. n. o. Additamentum cartilagineum, quo augetur
l. Basis scapulae, et
m. Angulus tum superior, tum
n. o. - - - - - - - - inferior.
o. Margo eminens.

FIG. III.

Scapula adulti hominis a parte priore.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.
f. Quâ committitur cum clavicula (*b*. Tab. XX. Fig. VIII. X.)
g. Lunula, per quam vasa et nervus penetrant.
i. Unde oriuntur ligamenta scapulam cum clavicula connectentia.
k. Unde *bicipitis* musculi caput internum cum *coracobrachiali*.
l. Unde *serratus anticus*.
o. o. o. Unde musculi *subscapularis* fasciculi.
r r r. Unde *serratus magnus*.
w. Ubi sedet *subscapularis*.

FIG. IV.

Scapula foetus ab interiore parte.

a. b. b. Pars ossea, quae inprimis spongiosa est juxta additamentum cartilagineum posterius.

b. Cervicis principium.
c. Pars spinae et principii processus superioris.
d. *e*. Additamentum cartilagineum cervicis; a quo fit *d*. cervicis pars magna, et *e*. processus coracoideus.
f. Granulum osseum in coracoideo.
g. *g*. *h*. Additamentum cartilagineum processus superioris.
h. Sinus, cui assidet clavicula.
i. *i*. Additamentum cartilagineum posterius, margini simile, quo augetur basis, angulus superior, inferiorque.

FIG. V.

Scapula adulti hominis a latere exteriore.

a. *b*. *c*. *d*. *e*. Ut in Fig. I.
k. Unde oritur musculus *biceps* cum *coracobrachiali*.
p. Unde *bicipitis* caput longius.
q. Unde longus venter *tricipitis*.
s. Unde *teres minor*.
u. Sedes musculi *supraspinati*.
v. - - - - - - - - *infraspinati*.
w. - - - - - - - - *subscapularis*.

FIG: VI.

Sinistra scapula foetus maturi a latere externo.

a. *b*. *c*. *d*. Pars ossea.
a. Pars, quae est infra spinam.
b. Margo eminens, in posteriore parte porosus.
c. Spina.
d. Principium processus superioris, juxta additamentum suum eleganter spongiosum.
e. Additamentum cartilagineum processus superioris.
f. *g*. *h*. Cervicis additamentum cartilagineum.
f. Pars ad cervicem pertinens.

g. Sinus, cui insidet caput humeri, laevissimus, et in superficie solidior.

h. Processus coracoideus, additamenti illius pars.

i. i. Additamenti posterioris pars; angulum inferiorem efficiens.

FIG. VII.

Scapulae superficies superior in adulto homine.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.

f. g. Ut in Fig. III.

h. Foramen quo spina perforata.

i. k. l. Ut in Fig. III.

m. Unde oritur musculus *deltoides*.

p. - - - - - - - - musculi *bicipitis* caput longius.

t. u. Ut in Fig. I.

TABULA XXII.

HUMERUS.

Ex Albini Tab. oss. hum. et *Icon.. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Humerus sinister adulti hominis a parte interiore.

a. Caput, quo committitur cum scapula (*a.* Fig. I. V. Tab. XXI.)
b. Tuber, et *c.* margo, quibus cum radio *c. c.* Tab. XXIV. Fig. VII.
d. Orbita, qua cum ulna *b. c.* Tab. XXIII. Fig. I. V. VII.
e. Sinus, qui flexo cubito ulnam recipit.
g. Tuber majus: *h.* ubi *supraspinatus* musculus inseritur.
l. Tuber minus: *m.* ubi *subscapularis* inseritur.
n. Semicanalis continens musculi *bicipitis* caput longius.
o. Condylus major: *p.* unde musculi oriuntur.
q. Condylus minor: *r.* unde musculi oriuntur.
s. Ubi musculus *teres major* inseritur.
t. Ubi *pectoralis* et *latissimus* dorsi.
u. Ubi *deltoides.*
w. Ubi *coracobrachialis.*
z. Unde *brachialis internus* primo initio.
β. β. Unde ligamentum articulum continens.
γ. Canali vasorum ad medullam penetrantium.

FIG. II.

Os humeri dextrum foetus maturi, a parte interiore.

a. Pars ossea, quae media satis solida firmaque, juxta additamenta cartilaginea admodum rara, porosa, infirma.

b. c. d. e. f. Additamentum cartilagineum superius: *b. c.* capitis superioris tuber prius, majus, inaequabile; cui inseritur *supraspinatus*, *infraspinatus*, *teres minor: c.* vertex ejus: *d.* caput globosum, in superficie solidius, laevissimum, insidens sinui scapulae: *e.* capitis superioris tuber posterius, minus, inaequabile, ad cujus radicem foramina per quae vasa penetrant. Huic tuberi inseritur *subscapularis.*

f. g. Sinus, qui continet *bicipitis* brachii tendinem, quo caput ejus longius incipit: *f.* pars ejus, quae in additamento, foramina habens, per quae vasa penetrant: *g.* pars, quae in trunco osseo.

h. i. k. l. m. Additamentum cartilagineum inferius: *h.* condylus prior, ab hac parte inaequabilis. *i.* condylus posterior, pariter inaequabilis: *k.* tuber, cui superficies solidior, laevissima. Hoc cum radio committitur: *l.* similis superficiei rotula, cum qua committitur ulna.

m. n Sinus, qui, quando cubitus maxime flexus, recipit prominentiam interiorem capitis superioris ulnae: *m.* pars ejus, quae in additamento: *n.* pars, quae in trunco osseo.

o. Sinulus in trunco osseo similis, qui, cubito, quantum potest, flexo, recipit capitis superioris radii partem.

FIG. III.

Humerus sinister adulti hominis a parte exteriore.

a. b d. Ut in Fig. I.

f. Sinus, qui olecranum ulnae recipit, cubito extenso.

g. Tuber majus: *i*. ubi *infraspinatus* inseritur : *k*. ubi *teres minor*.

o. *q*. *r*. Ut in Fig. I.

v. Ubi inseritur *deltoides*.

x. Ubi brevis oritur venter *tricipitis*.

z. Unde *brachialis internus* primo initio.

α. Sedes arteriae, venae, et nervi.

β. *β*. Unde ligamentum articulum continens.

FIG. IV.

Idem os in foetu maturo a parte exteriore.

a. Truncus osseus, medius solidior, juxta additamenta rarioris textus.

b. *c*. Additamentum cartilagineum superius: *b*. sinui scapulae insidens caput globosum, solidioris, laevissimaeque superficiei: *c*. capitis superioris tuber inaequabile majus.

d. *e*. *f*. *g*. *h*. *i*. Additamentum cartilagineum inferius: *d*. *e*. condylus posterior: *e*. sinus in exteriore ejus parte, per quem se demittit unus ex nervis brachialibus: *f*. condylus prior: *g*. pars tuberis, cum qua committitur radius: *h*. solidioris et laevissimae superficiei rotula, cum qua ulna committitur.

i. *k*. Sinus, quem olecranum ingreditur, quo tempore cubitum extendimus: *i*. pars ejus, quae est in additamento: *k*. pars, quae in trunco osseo, eaque pulchre porosa.

FIG. V.

Idem os in adulto homine a priore parte.

a. *b*. *c*. *d*. *g*. *h*. Ut in Fig. I.

i. *k*. Ut in Fig. III.

l. m. n. Ut in Fig. I.

q. Condylus minor: *r.* unde musculi oriuntur.

t. Ubi inseritur musculus *pectorali* et *latissimus dorsi*.

u. v. Ubi *deltoides*.

y. Unde oritur musculus *radialis externus longior*.

β. Unde ligamentum articulum continens.

FIG. VI.

Idem os a posteriore.

a. b. d. Ut in Fig. I. et III.

f. Sinus qui recipit olecranum ulnae, cubito extenso.

m. Ubi musculus *subscapularis* inseritur.

p. Unde musculi oriuntur a majore condylo.

s. Ubi inseritur musculus *teres major*.

w. Ubi *coracobrachialis*.

x. Unde brevis venter *tricipitis* oritur.

z. Unde *brachialis internus* primo initio.

γ. Canalis vasorum a medullam penetrantium.

FIG. VII.

Humeri tuber superius a parte superiore delineatum.

a. g. h. i. l. m. n. Ut in Fig. I. III. V.

FIG. VIII.

Humeri tuber inferius a parte inferiore.

b. c. d. o. q. r. Ut in Fig. I. III. V. VI.

TABULA XXIII.

ULNA.

Ex Albini Tab. oss. human. et *Icon. oss. Foet.*

FIGURA I.

Ulna sinistra ab interiore parte.

a. Olecranum.
b. c. Sinus, hîc divisus in duos, quo committitur cum humero *d.* Tab. XXII. Fig. I. III. V.
d. Sinus, et
e. Capitulum, quibus cum radio conjungitur in *e.* Fig. III. VI. Tab. XXIV.
g. Spina.
h. Processus styliformis.
i. Sinus, per quem excurrit tendo musculi *ulnaris externi.*
n. Ubi inseritur musculus *brachialis internus.*
o. Ubi oritur et sedet musculus *abductor longus* pollicis.
p. Ubi *extensor major* et *indicator.*
r. Unde oritur *profundus.*
s. Unde *pronator quadratus.*

FIG. II.

Ulna dextra foetus maturi, ab interiore parte.

a. Truncus osseus, medio solidior, extremis spongiosus.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: *b.* Olecrani pars;

c. sinus sigmoideus, quo cum osse humeri committitur, cui superficies solidior ac laevissima: *d.* similis superficies inaequabilis, cui radii capitulum insidet.

e. f. Superficies inaequabilis, qui se *brachialis internus* inserit: *e.* pars ejus, quae in additamento: *f.* pars, quae in trunco osseo.

g. Spina, quae radium respicit.

h. Foramen, quo intrant vasa.

i. k. l. m. Additamentum cartilagineum inferius. *k.* Ambitus capituli inferioris, superficiei solidioris, et laevissimae, qui ingreditur radii sinum. *l.* Ima retusa capituli pars. *m.* Processus styloideus.

FIG. III.

Ulna Fig. I. ab exteriore latere.

a. h. Ut in Fig I.

k. Ubi musculus *anconeus* inseritur.

l. m. Ubi affigitur *triceps*: *l.* ubi tendo: *m.* ubi portio carnea.

r. s. Ut in Fig. I.

FIG. IV.

Ulna foetus ab exteriore parte.

a. Truncus osseus, ut in Fig. II.

b. c. c. Additamentum cartilagineum superius.

d. e. - inferius.

e. Processus styloideus.

FIG. V.

Ulna Fig. I. a parte priore.

a. b. c. d. e. g. h. i. Ut in Fig. I.
l. m. Ut in Fig. III.
n. Ubi inseritur musculus *brachialis internus.*
o. p. q. r. Ut in Fig. I.

FIG. VI.

Ulna foetus a priore parte.

a. Ut in Fig. II.
b. Spina, quae radium respicit.
c. d. e. f. Additamentum cartilagineum superius. *c.* Olecrani pars: *d.* sinus sigmoideus: *e.* sinus, quo ulna cum radii capite superiore commissa: *f.* pars, cui inseritur *brachialis internus.*
g. Superficies inaequabilis in osse, cui superficiei inseritur *brachialis* mododictus.
h. i. k. Additamentum cartilagineum inferius: *i.* processus styloideus: *k.* ambitus capituli inferioris, quo illud cum radio committitur, superficiei solidioris laevisque.

FIG. VII.

Ulna Fig. I. a parte posteriore.

a. b. c. e. g. h. Ut in Fig. I.
l. m. Ut in Fig. III.
n. r. s. Ut in Fig. I.

FIG. VIII.

Extremum ulnae superius in adulto homine.

a. Olecranum.
c. Sinus sigmoideus, qui respondet *b. c.* Fig. I.
d. Sinus, quo ulna cum radio committitur.
l. m. Ubi inseritur musculus *triceps*: ut in Fig. III.

FIG. IX.

Extremum ipsius ulnae inferius.

e. Capitulum, quo alligatur radio, ut in Fig. I. V. VII.
f. Quâ cum cartilagine committitur ulnae interjecta et carpo.
h. Processus styliformis ut in Fig. I. III. V. VI.

FIG. X.

Ulnae, cujus sunt Icones II. IV. VI. additamentum cartilagineum inferius, ab inferiore parte.

a. Processus styliformis.
b. Imae partis portio sinuata et inaequabilis.
c. Ejusdem imae partis portio laevis, ac superficiei solidioris.

TABULA XXIV.

RADIUS.

Ex iisdem Operibus Albini.

FIGURA I.

Radius sinister hominis adulti ab interiore parte.

a. Quâ committitur cum ulna *d.* Fig. I. Tab. XXIII.
d. Margo capituli superioris, quo cum humero *b. c.* Tab. XXII. Fig. I. VIII.
f. Sinus, quo cum osse naviculari *a.* Tab. XXV. Fig. I.
g. Sinus, quo cum osse lunato *e.* Tab. XXV. Fig. II.
h. Sulcus, cui insidet tendo musculi *abductoris longi* pollicis, et *extensoris minoris.*
n. Spina.
p. Ubi inseritur musculus *pronator quadratus.*
q. Ubi *supinator brevis.*
s. Ubi inseritur *biceps brachii*, cujus tendo, manu prona parti *t.* applicatur.
u. Locus *flexoris longi* pollicis.

FIG. II.

Foetus maturi radius dexter ab interna parte.

a. Truncus osseus, qui juxta additamenta spongiosus, caeterum majorem partem solidior.
b. Tuberculum, cui *biceps brachii* se inserit.

c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: *d.* ambitus capitis superioris, solidior, laevissimusque, quo hoc caput insidet ulnae sinui: *e.* vertex sinuatus, similisque superficiei atque ambitus, quo hoc caput commissum cum osse humeri.

f. g. h. i. Additamentum cartilagineum inferius: *g.* sinus solidior, laevissimusque, qui recipit capitulum inferius ulnae. *h. i.* Sinus, quo cum carpo radius commissus: *h.* pars ejus, quae recipit os lunatum carpi: *i.* pars, quae naviculare.

FIG. III.

Radii Fig. I. delineati facies exterior.

b. Quâ radius committiur cum ligamento articulum continente.
e. Sinus, quo cum ulna *e.* Tab. XXIII. Fig. I. V. VII.
i. Sulcus, cui insidet tendo *extensoris majoris* pollicis.
k. - - -, cui tendines *extensoris cammunis* digitorum, auricularis, *indicatoris*.
l. m. Sulci, per quos excurrunt tendines *radialium externorum*.
n. Spina.
o. Ubi inseritur *pronator teres*.
p. Ubi *pronator quadratus*.
q. Ubi *supinator brevis*.
s. Ubi *biceps brachii*.
v. Locus *abductoris longi* pollicis.

FIG. IV.

Radius foetus a parte exteriore.

a. b. Ut in Fig. II.
c. d. Additamentum cartilagineum superius: *c.* pars cervicis: *d.* capitulum, rotundi laevisque ambitus.

e. f. g. h. i. k. Additamentum cartilagineum inferius. *e.* Sinus, per quem delabuntur tendines *extensoris* digitorum manus, et minimi: *f.* sinus, per quem excurrunt *radialium externorum* tendines: *g.* sinus, per quem delabuntur tendines *abductoris longi* pollicis, et *extensoris minoris*: *h. i. k.* eminentiae, quibus sinus illi interstinguuntur.

l. Eminentiae mediae pars, quae est in trunco osseo.

m. Pars etiam eminentiae posterioris.

n. Pars et sinus, per quem *extensoris* digitorum manus, itemque *extensoris* minimi, tendines delabuntur.

FIG. V.

Radii facies prior in adulto homine.

a. b. h. i. k. l. m. Ut in Fig. I. III.

o. Ubi *pronator teres* inseritur.

q. Ubi *supinator brevis.*

r - - - - - - - *longus.*

t. Pars, cui applicatur tendo *bicipitis* in manu prona. Vide Fig. I. *s.*

u. Locus *flexoris longi* pollicis.

FIG. IV.

Ejusdem radii pars posterior.

a. d. e. f. g. i. k. Ut in Fig. I. III. V.

n. Spina.

p. Ubi inseritur musculus *pronator quadratus.*

q. s. t. u. Ut in Fig. I.

v. Locus *abductoris longi* pollicis.

w. Resecta cartilago, quae inde se ulnae et carpo interserit.

FIG. VII.

Radii extremum superius.

c. Sinus, quo cum humero committitur *b. c.* Fig. I. Tab. XXII.
d. Margo ejusdem sinus.

FIG. VIII.

Vertex additamenti cartilaginei superioris Radii in foetu, cujus Icones II. IV.

a. a. Eminens gibbusque margo.
b. Sinus, qui cum humero connectitur, cuique sinui superficies, solidior, laevissima.

FIG. IX.

Extremum inferius Radii in homine adulto.

f. Sinus, quo cum osse naviculari articulatur.
g. Quo cum lunato.
h. i. k. m. w. Ut in Fig. I. III. V. VI.

FIG. X.

Ima pars additamenti cartilaginei inferioris Radii in foetu.

a. b. Sinus, quo cum carpo committitur. Ei superficies solidior ac laevissima. Estque in duos distinctus, quorum alter *a.* recipit carpi os lunatum, alter *b.* naviculare.
c. c. Inaequabilis circa sinum illum extremitas, cui ligamenta adhaerent, quibus radio carpus alligatus.

TABULA XXV.

OSSA CARPI SINISTRI.

Ex Albini Tabul. oss. human.

FIGURA I.

Num. 1. Ossis navicularis pars interior.
Num. 2. - - - - - - - exterior.
Num. 3. - - - - - - - superior.
Num. 4. - - - - - - - inferior.

a. Quâ committitur cum radio *f.* Tab. XXIV. Fig. VI. IX.
b. Quâ cum multangulo majore et minore Fig. V. *p.* Fig. VI. *w.*
c. Quâ cum capitato Fig. VII. *β.*
d. Quâ cum lunato Fig. II. *f.*

FIG. II.

Num. 1. Ossis lunati superficies interior.
Num. 2. - - - - - - - exterior.
Num. 3. - - - - - - - prior.
Num. 4. - - - - - - - superior.
Num. 5. - - - - - - - inferior.

e. Quâ conjungitur cum radio *g.* Tab. XXIV. Fig. I. VI. IX.
f. Quâ cum naviculare *d.* Fig. I.

g. Facies, qua cum triquetro conjungitur *k*. Fig. III.
h. Quâ cum capitato *α*. Fig. VII.
i. Quâ cum cuneiformi *η*. Fig. VIII.

FIG. III.

Num. 1. Os triquetrum a part interiore.
Num. 2. - - - - - - - - - superiore.
Num. 3. - - - - - - - - - priore.
Num. 4. - - - - - - - - - inferiore.

h. Pars, qua cum lunato committitur *g*. Fig. II.
l. Quâ cum cuneiformi *ζ*. Fig. VIII.
m. Quâ cum subrotundo *o*. Fig. IV.
n. Quâ cum cartilagine ulnae et carpo interserta.

FIG. IV.

Num. 1. Os subrotundum a parte interiore.
Num. 2. - - - - - - - - - - exteriore.
Num. 3. - - - - - - - - - - priore.
Num. 4. - - - - - - - - - - posteriore.

o. Pars, qua committitur cum triquetro *m*. Fig. III.

FIG. V.

Num. 1. Ossis multanguli majoris superficies interior.
Num. 2 - - - - - - - - - - - - - - - exterior.
Num. 3. - - - - - - - - - - - - - - - posterior.
Num. 4. - - - - - - - - - - - - - - - prior.

p. Quâ cum naviculari *b*. Fig. I.
q. Quâ cum multangulo minore *ν*. Fig. VI.

r. Quâ cum metacarpo pollicis *c.* Tab. XXVI. Fig. I.
s. Quâ cum metacarpo indicis *i.* Tab. XXVI. Fig. II.
t. Sinus, per quem excurrit tendo musculi *radialis interni.*

FIG. VI.

Num. 1. Multanguli minoris facies exterior.
Num. 2. - - - - - - - - - - - - posterior.
Num. 2 . - - - - - - - - - - - - prior.
Num. 4. - - - - - - - - - - - - superior.
Num. 5. - - - - - - - - - - - - inferior.

u. Quâ committitur cum capitato *z.* Fig. VII.
v. - - - - - - - - - - - cum multangulo majore *q.* Fig. V.
w. - - - - - - - - - - - cum naviculari *b.* Fig. I.
x. - - - - - - - - - - - cum metacarpo indicis *k.* Tab. XXVI. Fig. II.

FIG. VII.

Num. 1. Ossis capitati pars interior.
Num. 2. - - - - - - - - exterior.
Num. 3. - - - - - - - - posterior.
Num. 4. - - - - - - - - prior.
Num. 5. - - - - - - - - inferior.

y. Pars, quâ connectitus cum cuneiformi *s.* Fig. VIII.
z. Quâ cum multangulo minore *u.* Fig. VI.
α. - - - - - lunato *h.* Fig II.
β. - - - - - naviculari *c.* Fig. I.
γ. - - - - - metacarpo indicis *l.* Tab. XXVI. Fig. II.
δ. - - - - - metacarpo digiti medii *t.* Tab. XXVI. Fig. III.

FIG. VIII.

Num. 1. Os cuneiforme a parte interiore.
Num. 2. - - - - - - - - - - exteriore.
Num. 3. - - - - - - - - - - posteriore.
Num. 4. - - - - - - - - - - priore.
Num. 5. - - - - - - - - - - inferiore.

ε. Quâ committitur cum osse capitato *y*. Fig. VII.
ζ. Quâ cum triquetro *l*. Fig. III.
η. Quâ cum lunato *i*. Fig. II.
θ. Quâ cum metacarpo digiti annularis *z*. Tab. XXVI. Fig. IV.
ι. Quâ cum metacarpo digiti auricularis ζ. Tab. XXVI. Fig. V.
κ. Processus unciformis.

TABULA XXVI.

OSSA METACARPI SINISTRI.

Ex Albini Tab. oss. hum.

FIGURA I.

Metacarpus pollicis sinistri.

Num. 1. a parte interiore.

a. Extremum ossis, quo committitur cum pollice *s.* Tab. XXVII. Fig. VII.
b. b. Ubi colligantur ossa sesamoidea δ. Tab. XXVII. Fig. IX.
c. Quâ committitur cum multangulo majore *r.* Tab. XXV. Fig. V.
e. Locus musculi *abductoris* indicis.
f. - - - - - - - *opponentis.*

Num. 2. a parte exteriore.

a. Extremum ossis, quo cum pollice colligatur.
c. Aliud extremum, quo cum multangulo majore.

Num. 3. a parte posteriore.

a. c. Ut in Num 1.
d. Unde oritur ligamentum laterale os istud cum pollice connectens.
e. Locus musculi *abductoris* indicis.

Num. 4. a parte priore.

a. c. d. Ut in Num. 1. 2. 3.

f. Locus musculi *opponentis*.
g. Ubi *abductor longus* inseritur.

Num. 5. a parte superiore.
Num. 6. - - - inferiore.

c. *a*. Ut in Num. 1. 2. 3.

FIG. II.

Metacarpus indicis.

Num. 1. a parte interiore.

h. Quâ committitur cum digito *a*. Tab. XXVII. Fig. I. et IV. Num. 4.
i. Quâ cum multangulo majore *s*. Tab. XXV. Fig V.
k. - - - - - - - - - - minore *x*. Tab. XXV. Fig. VI.
o. Locus *interossei* prioris indicis.
p. - - - - - - - - posterioris.
r. Ubi inseritur *radialis internus*.

Num. 2. ab exteriore parte.

h. Quâ connectitur cum digito.
m. - - - - - - - - - cum metacarpo medii *u*. Fig. III.
n. *n*. Unde oritur ligamentum laterale cum digito connectens.
o. *p*. Ut in Num. 1.
q. Locus capitis tenuioris *interossei* prioris medii.
s. Ubi inseritur *radialis externus longior*.

Num. 3. a parte posteriore.

h. *k*. Ut in Num. 1.
l. Quâ committitur cum osse capitato *γ*. Tab. XXV. Fig. VII.
m. *n*. *p*. *q*. Ut in Num. 2.

Num. 4. a priore parte.

h. *k*. *k*. Ut in Num. 1.
n. Unde oritur ligamentum laterale cum digito connectens.
o. Locus musculi *interossei* prioris indicis.

Num. 5. a parte superiore.
Num. 6. ab inferiore.

h. i. k. l. Ut in Num. 1. 2. 3. 4.

FIG. III.

Metacarpus medii.

Num. 1. ab interiore parte.

t. Quâ committitur cum osse capitato carpi *δ*. Tab. XXV. Fig. VII.

u. Quâ cum metacarpo indicis *m*. Fig. II.

v. - - - - - - - - - annularis *a*. Fig. IV.

w. Locus capitis crassioris musculi *interossei* prioris medii.

x. - - - - - - - - - - - - - - - - - posterioris.

h. Quâ committitur cum digito *a*. Tab. XXVII. Fig. I. et IV. Num. 4.

Num. 2. ab exteriore parte.

h. Ut in Num. 1.

n. Unde oritur ligamentum laterale connectens cum digito.

t. w. x. Ut in Num. 1.

y. Ubi *radialis externus* brevior inseritur.

Num. 3. a parte posteriore.

h. n. t. u. Ut in Num. 1. 2.

v. v. Quâ connectitur cum metacarpo digiti annularis *a*.

x. Locus capitis crassioris musculi *interossei* posterioris medii.

Num. 4. a priore parte.

h. n. u. Ut in Num. 1. 2.

w. Locus capitis crassioris musculi *interossei* prioris medii.

y. Ubi *radialis externus* brevior inseritur.

Num. 5. a parte superiore.

t. u. Ut in Num. 1.

Num. 6. ab inferiore parte.

h. Ut in Num. 1.

FIG. IV.

Metacarpus digiti annularis sinistri.

Num. 1. a parte interiore.

h. Quâ committitur cum digito Tab. XXVII. Fig. I. et IV. Num. 4.
z. - - - - - - - - cum cuneiformi *θ*. Tab. XXV. Fig. VIII.
α. - - - - - - - - cum metacarpo medii *ν*. Fig. III.
β. - - - - - - - - cum metacarpo auricularis *η*. Fig. V.
γ. Locus *interossei* prioris annularis.
δ. - - - capitis crassioris posterioris ejusdem.

Num. 2. ab exteriore parte.

h. Ut in Num. 1.
n. n. Unde oritur ligamentum laterale cum digito connectens.
z. α. δ. Ut in Num. 1.
ε. Locus capitis tenuioris *interossei* posterioris annularis.

Num. 3. a parte posteriore.
Num. 4. - - priore.
Num. 5. - - superiore.
Num. 6. - - inferiore.

h. n. z. α. β. γ. δ. ε. Ut in Num. 1. 2.

FIG. V.

Metacarpus digiti auricularis.

Num. 1. ab interiore parte.

h. Quâ committitur cum digito. Tab. XXVII. Fig. I. IV. Num. 4.

ζ. - - - - - - - cum cuneiformi *ι*. Tab. XXV. Fig. VIII.

θ. Locus musculi *interossei* digiti auricularis.

κ. - - - - - - *adductoris* metacarpi ejusdem digiti.

λ. Ubi inseritur musculus *ulnaris externus*.

Num. 2. ab exteriore.

h. *ζ*. Ut in Num. 1.

η. Quâ connectitur cum metacarpo annularis *β*. Fig. IV.

ι. Locus capitis tenuioris *interossei* posterioris digiti annularis.

κ. *λ*. Ut in Num. 1.

n. *n*. Unde oritur ligamentum laterale cum digito connectens.

Num. 3. a parte posteriore.
Num. 4. - - - priore.
Num. 5. - - - superiore.
Num. 6. - - - inferiore.

n. *h*. *ζ*. *η*. *θ*. *ι*. *κ*. *λ*. Ut in Num. 1. 2.

TABULA XXVII.

OSSA DIGITORUM MANUS.

Ex eodem Opere ALBINI.

FIGURA I.

Ossa prima digitorum manus sinistrae, ab interiore parte.
Num. 1 Os primum digiti auricularis.
Num. 2. - - - - - annularis.
Num. 3. - - - - - medii.
Num. 4. - - - - - indicis.

b. Quâ committuntur cum osse secundo Fig. II.
c. Ubi inseritur vagina musculos *flexores* continens.
e. Ubi oritur ligamentum connectens cum metacarpo.
f. Ubi inseritur *interosseus* prior indicis et *abductor.*
g. - - - - - - *abductor* auricularis.

FIG. II.

Ossa secunda eorumdem digitorum ab interiore parte.
Num. 1. Os secundum digiti auricularis.
Num. 2. - - - - - - - annularis.
Num. 3. - - - - - - - medii.
Num. 4. - - - - - - - indicis.

h. Quâ connectuntur cum osse primo *b.* Fig. I.
i. - - - - - - - - cum tertio *o*.

k. Ubi inseritur musculus *sublimis*, et vagina *profundum* continens.

l. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens os secundum cum primo.

FIG. III.

Ossa tertia eorumdem digitorum ex interiore parte.

Num. 1. Os tertium digiti auricularis.
Num. 2. - - - - - - - - annularis.
Num. 3. - - - - - - - medii.
Num. 4. - - - - - - - indicis.

p. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens hoc os cum secundo.

r. Ubi tendo inseritur musculi *profundi*.

FIG. IV.

Os primum digiti medii vario adspectu exhibitum, ex quo caetera ossa prima aliorum digitorum facile dignosci possunt.

Num. 1. Ossis primi digiti medii superficie exterior.
Num. 2. - - - - - - - - - - - posterior.
Num. 3. - - - - - - - - - - - prior.
Num. 4. - - - - - - - - - - - superior.
Num. 5. - - - - - - - - - - - inferior.

a. Quâ committitur cum metacarpo *h.* Tab. XXVI. Fig. III.

b. - - - - - - - cum osse secundo *h.* Fig. V.

d. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens cum osse secundo.

e. Ubi ligamentum connectens cum metacarpo.

FIG. V.

Os secundum digiti medii .
Num. 1. a parte exteriore .
Num. 2. - - - posteriore .
Num. 3. - - - priore .
Num. 4. - - - superiore.
Num. 5. - - - inferiore.

h. Quâ respondet ossi primo *b*. Fig. IV.
i. - - - - - - - - - - tertio *o*. Fig. VI.
l. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens cum osse primo.
m. Ubi ligamentum connectens cum tertio.
n. Ubi affigitur tendo musculorum extensorum.

FIG. VI.

Os tertium digiti ejusdem.
Num. 1. a parte exteriore.
Num. 2. - - - posteriore.
Num. 3. - - - priore.
Num. 4. - - - superiore.

o. Quâ committitur cum osse secundo *i*. Fig. V.
p. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens os tertium cum secundo.
q. Ubi affigitur tendo extensorum.

FIG. VII.

Pollicis os primum vario adspectu.
Num. 1. Ejus facies interior.
Num. 2. - - - - exterior.
Num. 3. - - - - posterior.
Num. 4. - - - - prior.
Num. 5. - - - - superior.
Num. 6. - - - - inferior.

s Quâ committitur cum metacarpo *a*. Tab. XXVI. Fig. I.
t. Quâ cum ultimo osse hujus digiti *y*. Fig. VIII.
u. Ubi inseritur vagina *flexoris longi*.
v. *w*. Ubi ligamenta lateralia cum metacarpo os primum connectentia: *v*. ubi praeterea affigitur pollicis *flexor brevis*, et *adductor*: *w*. ubi *abductor brevis*.
x. Ubi respondet ossi ultimo.

FIG. VIII.

Os ultimum pollicis.
Num. 1. a parte interiore.
Num. 2. - - exteriore.
Num. 3. - - posteriore.
Num. 4. - - priore.
Num. 5. - - superiore.

y. Quâ committitur cum primo *t*. Fig. VII.
z. Quâ cum sesamoideo *ε*. Fig. X.
α. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens cum osse primo.
β. Ubi affigitur tendo extensorum.
γ. - - - - - *flexor longus*

FIG. IX.

Sesamoidea pollicis articuli primi.

Num. 1. Os sesamoideum primum ab interiore parte.
Num. 2. Idem ab exteriore.
Num. 3. Os sesamoideum alterum ab interiore.
Num. 4. Idem ab exteriore.

δ. Quâ committuntur cum metacarpo pollicis *b*. Tab. XXVI. Fig. I.

FIG. X.

Os sesamoideum pollicis articuli secundi.
Num. 1. a parte interiore.
Num. 2. ab exteriore.

ε. Quâ committitur cum pollicis ossibus *t*. Fig. VII. *z*. Fig. VIII.

FIG. XI.

Os sesamoideum indicis articuli primi.
Num. 1. a parte interiore.
Num. 2. ab exteriore.

δ. Quâ respondet metacarpo indicis *h*. Tab. XXVI. Fig. II.

FIG. XII.

Os sesamoideum digiti auricularis articuli primi.
Num. 1. ab interiore parte.
Num. 2. ab exteriore.

δ. Quâ connectiur cum metacarpo *h*. Tab. XXVI. Fig. V.

TABULA XXVIII.

SYNTAXIS OSSIUM MANUS, ET CARPI.
OSSA MANUS IN FOETU.

Ex Cadavere, et ALBINI *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Ossa manus dextrae insimul juncta a parte exteriore.

a. Os naviculare carpi.
b. Os lunatum.
c. Os triquetrum.
d. Os subrotundum.
e. Os cuneiforme.
f. Os capitatum.
g. Os multangulum minus.
h. Os multangulum majus.
i. Metacarpus pollicis.
k. Pollicis os primum.
l. - - - - - secundum.
m. n. o. p. Ossa metacapi; *m.* indicis; *n.* medii; *o.* annularis; *p.* auricularis.
q. q. q. q. Extremum superius ossium metacarpi, quo ipsa cum ossibus carpi committuntur.
r. r. r. r. Extremum inferius, quo os quodlibet metacarpi connectitur cum osse primi ordinis digitorum.
s. t. u. v. Ossa primi ordinis digitorum; *s.* indicis; *t.* medii; *u.* annularis; *v.* auricularis.

x. y. z. α. Digitorum ossa secundi ordinis; *x.* indicis; *y.* medii; *z.* annularis; *α.* auricularis.

β. γ. δ. ε. Digitorum ossa tertii ordinis.

FIG. II.

Eadem ossa a parte interiore, seu volae manus.

Omnia ut in Fig. I.

ζ. η. Ossa sesamoidea ad articulum ossis primi pollicis cum metacarpo.

θ. Os sesamoideum ad articulum ossis primi pollicis cum ultimo.

ι. Os sesamoideum in articulo ossis primi indicis cum metacarpo.

κ. Os simile in articulo ossis primi digiti auricularis cum metacarpo.

FIG. III.

Diductus articulus metacarpi dextri cum carpo.

A. Metacarpus pollicis.
d. Quâ committitur cum *m.*
B. Metacarpus indicis.
e. Quâ committitur cum *n.*
f. - - - - - - - - - cum *p.*
g. - - - - - - - - - cum *r.*
C. Metacarpus digiti medii.
h. Quâ committitur cum *s.*
D. Metacarpus annularis.
i. Quâ committitur cum *t.*
k. - - - - - - - - - cum *w.*
E. Metacarpus auricularis.
l. Quâ committitur cum *x.*
F. Multangulum majus.
G. - - - - minus.
H. Capitatum.
I. Cuneiforme.

FIG. IV.

Diductus articulus ossium carpi dextri.
Num. 1. Ordo secundus ossium carpi.
Num. 2. Ordo primus ossium carpi.

F. Os multangulum majus.
o. Quâ committitur cum *z.* Num. 2.
G. Multangulum minus.
q. Quâ alligatur cum *α.*
H. Os capitatum.
u. Quâ respondet *β.*
v. - - - - - *γ.*
I. Os cuneiforme.
y. Quâ committitur cum *δ.*
K. Os naviculare.
L. - lunatum.
M. - triquetrum.
N. - subrotundum.

FIG. V.

Foetus maturi Carpus dexter, ab exteriore parte.

a. b. c. d. Os naviculare: *b.* tuber superficiei solidioris, laevissimae, quo cum radio committitur: *c.* pars sinus, qui est similis superficiei, quo committitur cum capitato: *d.* similis superficiei tuber, quo respondet utrique multangulo.

e. f. g. Os lunatum: *f.* tuber, quo cum radio committitur, habetque superficiem solidiorem ac laevissimam: *g.* superficies solidior, laevissima, cui assidet triquetrum.

h. i. Os triquetrum: *i.* ejus superficies solidior, et laevissima, qua committitur cum ligamento, quod ab imo ulnae ad imam radii, qua ulnam spectat, partem deductum.

k. Subrotundum.

l. m. n. Cuneiforme: *m.* hac parte pertinet ad articulum cum triquetro, habetque superficiem solidiorem, laevissi-

mam : *n.* hac parte etiam solidius laevissimumque, ac sustinet tertium et quartum metacarpi manus ossium.

o. p. q. Capitatum : *p.* caput superficiei solidioris et laevissimae, quo committitur cum naviculari et lunato : *q.* similis superficiei pars inferior, qua sustinet tria prima metacarpi manus ossa .

r. Multangulum minus.

s. t. Multangulum majus : *t.* pars , cum qua committitur os metacarpi pollicis: superficiei solidioris ac laevis est.

FIG. VI.

Foetus maturi Metacarpi manus dextrae ossicula quatuor , ab exteriore parte.

a. a. a. a. Osseae eorum partes, quae juxta additamenta cartilaginea spongiosae, caeterum solidiores. Sic et in sequentibus eorum iconibus .

b. Primi ossis additamantum cartilagineum superius .

c. d. Ejusdem additamentum inferius : *c.* inaequabilis capitis inferioris , pars : *d.* pars laevis, crustae solidioris , qua parte committitur cum primi ordinis osse indicis.

e. f. Secundi ossis additamentum cartilagineum superius : *f.* ejus superficies solidior ac laevissima, qua committitur cum carpo.

g. h. i. i. Ejusdem secundi ossis additamentum cartilagineum inferius : *h.* capitis inferioris pars laevissima, et solidioris superficiei, parata articulo cum osse primi ordinis digiti medii: *i. i.* ejusdem capitis latera sinuata.

k. l. Tertii ossis additamentum cartilagineum superius : *l.* superficies solidior laevissimaque, qua cum carpo committitur.

m. n. o. Additamentum cartilagineum inferius : *n.* capitis inferioris pars extrinsecus solidior ac laevis , cum qua committitur os primi ordinis digiti tertii : *o.* ejusdem capitis latus sinuatum.

p. q. Quarti ossis additamentum cartilagineum superius: *q.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum carpo.

r. s. t. Ejusdem ossis additamentum cartilagineum inferius: *s.* pars capitis inferioris extrinsecus solidior ac laevissimi: qua committitur cum primi ordinis osse digiti minimi, *t.* capitis ejusdem latus sinuatum.

FIG. VII.

Num. 1. Os Metacarpi pollicis dextri foetus maturi, a priori parte.

a. Pars ossea, tota solidior, extremis aliquantum porosa.

b. c. Additamentum cartilagineum superius: *c.* pars verticis, cui superficies solidior ac laevis, et qui cum carpo committitur.

d. e. f. Additamentum cartilagineum inferius: *e.* latus inaequabile capitis inferioris: *f.* ima capitis inferioris pars, quae committitur cum osse primo pollicis; extrinsecus solidior et laevissima.

Num. 2. Idem os Metacarpi pollicis, a posteriore parte.

a. Truncus osseus, qui, nisi quod juxta additamenta nonnihil spongiosus sit, solidior est.

b. c. Additamentum cartilagineum superius: *c.* vertex solidior, laevissimus, quo cum carpo committitur.

d. e. Additamentum cartilagineum inferius: *d.* pars, quae committitur cum osse primo pollicis, et cum sesamoideis: eique solidior et laevissima superficies: *e.* capitis inferioris latus sinuatum.

Num. 3. Unum ex ossibus sesamoideis pollicis dextri foetus maturi, appositis articulo pollicis cum metacarpo suo: exhibitum a parte posteriore, qua nempe gibbum est.

Totum cartilagineum.

Num. 4. Idem a parte opposita, qua nempe commissum cum metacarpi pollicis capite inferiore.

Ab hac parte totum extrinsecus solidius, laevissimum.
a. Medium eminet.
b. b. Ad utrumque latus sinuatum.

FIG. VIII.

Num. 1. Os Metacarpi primum manus dextrae foetus maturi, ab ea parte, qua spectat secundum.

a. Truncus osseus.
b. c. d. Additamentum cartilagineum superius: *b*. pars inaequabilis capitis superioris, tuberculata et sinuata: *c*. pars extrinsecus solidior, laevissimaque, qua ingreditur sinum ossis secundi: *d*. pars similiter solidior extrinsecus ac laevissima, qua cum carpo committitur.
e. f. g. Additamentum cartilagineum inferius: *e*. ejus latus sinuatum: *f*. pars ad manus dorsum pertinens: *g*. pars quae committur cum osse primi ordinis indicis, extrinsecus solidior ac laevis.

Num. 2. Os secundum Metacarpi manus dextrae foetus maturi, ab ea parte, qua respicit primum.

a. Pars ossea.
b. c. c. Additamentum cartilagineum superius: *b*. capitis superioris pars inaequabilis, tuberculata, sinuata: *c. c*. sinus extrinsecus solidior, laevissimus, quo commissum cum primo osse.
d. e. f. Additamentum cartilagineum inferius: *d*. capitis inferioris latus sinuatum: *e*. pars ad dorsum manus pertinens: *f*. pars, quae extrinsecus solidior et laevissima, qua committitur cum osse primi ordinis digiti medii.

Num. 3. Idem os secundum Metacarpi, ab ea parte, quae spectat tertium.

a. Truncus osseus.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: *b.* ejus inaequabilis pars, quae et inter sinulos *c. d.* sinuata: *c. d.* sinuli laeves, et in quorum superficie cartilago solidior, excipientes tubercula ossis tertii: *e.* pars verticis, qui laevis, solidiorque, ac cum carpo committitur.

f. g. h. Additamentum cartilagineum inferius: *f.* tuberculum, cui inseritur ligamentum, quo hoc caput cum capite tertii colligatur: *g.* reliquum capitis inferioris latus, partim sinuatum, partim eminens: *h.* pars capitis inferioris ima, extrinsecus solidior, ac laevissima, quae cum osse primi ordinis digiti secundi committitur.

Num. 4. Tertium os Metacarpi manus dextrae foetus maturi, ab ea parte, qua spectat secundum.

a. Pars ossea.

b. c. d. Additamentum cartilagineum superius: *b.* capitis superioris latus inaequabile: *c. d.* duo capitula, superficiei solidioris et laevissimae, quae insident sinibus ossis secundi.

e. f. g. Additamentum cartilagineum inferius: *e.* tuberculum, cui inseritur ligamentum, quo hoc caput colligatur cum capite ossis metacarpi secundi: *f.* reliquum latus capitis inferioris inaequabile: *g.* imum capitis inferioris, extrinsecus solidius et laevissimum, quo cum osse primi ordinis digiti annularis.

Num. 5. Idem os Metacarpi tertium, qua parte spectat quartum.

a. Truncus osseus.

b. c. d. Additamentum cartilagineum superius: *b.* inaequabilis pars lateris capitis superioris: *c.* sinulus, superficiei

solidioris et laevissimae; quo recipit tuberculum ossis quarti: *d.* vertex, qui cum carpo committitur, extrinsecus solidior, laevissimus.

e. f. g. Additamentum cartilagineum inferius: *e.* tuberculum, cui ligamentum inseritur, quo colligatur caput hoc cum quarti capite: *f.* reliquum hujus capitis latus, quod inaequabile: *g.* imum capitis inferioris, extrinsecus solidius et laevissimum, quo committitur cum primo ordine digiti tertii.

Num. 6. Quartum os Metacarpi manus dextrae foetus maturi, ab ea parte, qua spectat tertium.

a. Ossea pars.

b. c. Additamentum cartilagineum superius: *b* pars inaequabilis capitis superioris: *c.* tuberculum, cui solidior, et laevis superficies, quod insidet sinui ossis tertii.

d. e. f. Additamentum cartilagineum inferius: *d.* capitis inferioris latus inaequabile: *e.* in eo tuberculum, unde ligamentum oritur, quo hoc caput cum tertii capite colligatur: *f.* pars ima ejusdem capitis, quae extrinsecus solidior et laevis, et quae cum osse primi ordinis digiti auricularis committitur.

FIG. IX.

Primus ordo ossium digitorum quatuor manus dextrae maturi foetus, a parte exteriore.

a. Cujusque ossea pars, quae solidior, praeter extrema, quae magis spongiosa.

b. Additamentum cartilagineum superius.

c. d. d. e. Additamentum cartilagineum inferius: *d. d.* latera capitis inferioris sinuata et inaequabilia: *e.* pars, qua committitur cum osse secundi ordinis, eaque solidior, laevissima.

FIG. X.

Num. 1. Primi ordinis os pollicis dextri foetus, a parte priore.

a. Ossea pars, quae majori ex parte solidior, extremis aliquantum spongiosa.
b. c. Additamentum cartilagineum superius: *c.* pars sinus, quo cum metacarpo pollicis committitur.
d. e. f. Additamentum cartilagineum inferius: *e* orbita laevis, cuique solidior superficies; haec orbita committitur cum osse ultimo pollicis: *f.* latus inaequabile capitis inferioris.

Num. 2. Os primi ordinis indicis dextri foetus maturi, ax interiore parte.

a. Pars ossea, juxta addittamenta spongiosa, de caetero solidior.
b. Additamentum cartilagineum superius.
c. Simile additamentum inferius, quod hac parte totum laeve, solidius, figura adulto simile, excipitque os secundi ordinis.

FIG. XI.

Ordo secundus ossium digitorum quatuor dextrae manus foetus maturi ab exteriore parte.

a. Cujusque pars ossea, extrema habens spongiosa.
b. Additamentum cartilagineum superius.
c. c. d. Simile additamentum inferius: *c. c.* latera capitis inferioris, sinuata et inaequabilia: *d.* pars, qua cum osse tertii ordinis committitur. Laevis ista est extrinsecus et solidior.

FIG. XII.

Num. 1. Pollicis dextri foetus os ultimum, quod tertio ordini respondet reliquorum digitorum, a parte priore exhibitum.

a. Additamentum cartilagineum, quo incipit; quodque unum habet.
b. c. Pars ossea, eaque solidior, sed juxta additamentum laeviter porosa: *c.* ejus imus inaequabilis margo.

Num. 2 Indicis dextri foetus os secundi ordinis, a parte interiore.

a. Ossea pars, cui extrema spongiosa.
b. c. Additamentum cartilagineum superius: *c.* pars, qua cum osse primi ordinis committitur, extrinsecus solidior ac laevis.
d. Simile additamentum inferius, hac parte laeve, et in superficie solidius, orbitamque efficiens, qua cum osse tertii ordinis committitur.

FIG. XIII.

Ossa tertii ordinis digitorum quatuor dextrae manus foetus maturi ab exteriore parte.

a. Cartilagineum cujusque additamentum, quod unum tantummodo habet, et quidem a parte superiore.
b. c. Pars ossea, porosa juxta additamentum, caetero solidior: *c.* ejus inferior inaequabilis margo.

FIG. XIV.

Tertii ordinis os indicis dextri foetus, ab interiore parte.

a. b. Additamentum cartilagineum, quo incipit: *b.* vertex, qui cum osse secundi ordinis committitur, solidior, laevissimus.
c. d Pars ossea, spongiosa juxta additamentum: *d.* ejus extremum, in interiora eminens et inaequabile.

TABULA XXIX.

OSSA COXAE VARIO ASPECTU.

Ex Albini *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Os coxae sinistrae ab exteriore parte et simul anteriore.

a. a. a. Os iliûm.
b. b. b. Os ischion.
c. c. c. Os pubis.
d. e. Acetabulum seu cavitas ischiadica: *e.* quâ committitur cum femore *a.* Tab. XXXII.
h. h. Crista ossis iliûm.
k. Processus acutus ischii.
l. Tuber ischii. *l: m.* Unde oriuntur musculi *biceps, semitendinosus, semimembranosus, adductor magnus.*
n. Unde *rectus.*
o. - - - *piriformis.*
p. - - - *gluteus minor.*
q. - - - *gluteus medius.*
r. - - - *gluteus magnus.*
u. u. u. - - - *obturator externus.*
v. - - - *quadratus femoris.*
w. - - - *pectineus.*
x. x. Unde procedit ligamentum femoris articulum continens.
z. Unde ligamenta synchondrosim ossium pubis continentia.

γ. Luna sustinens *obturatorem internum*.
δ. Sinus *iliaci interni* cum *psoa*.
ε. Formen magnum.
ζ. Ubi arteria, vena, et nervus exeunt.

FIG. II.

Idem os a parte exteriore et nonnihil posteriore.

a. b. c. d. e. h. k. l. m. n. o. p. q. r. s. u. v. x. γ. ε. ζ. Omnia ut in Fig. I. sed magis a posteriore parte spectata.

FIG. III.

Foetus maturi os coxae dextrum, ab exteriore parte.

a. Ossis iliûm ossea pars.
b. Pars ossea ischii.
c. Eadem pars ossis pubis.
d. e. f. g. h. Cartilago, quae inter tres illas osseas partes intercedit, easque connectit inter se. *d*. Pars ejus, quae efficit eminentiam, a qua praecipua origo musculi *recti* cruris. *e.e.* Pars quae efficit exteriora acetabuli. *f*. Pars ejus, quae est processus acutus ischii; *g.g.* Acetabuli, majorem partem cartilaginei, superficies lunata, cum qua caput femoris articulatur. Haec superficies laevis est et solidior, quam reliqua cartilago. *h. i.* Acetabuli pars altius sinuata, continens glaudulam muciparam. *h*. Sinus hujus profundioris pars, a cartilagine effecta.
i. Pars ab ischii ossea portione,
k. l. Extremum partis osseae iliûm, cartilagini inhaerens, et ad acetabulum protensum, ubi per cartilaginem, qua obductum, translucet. Et majorem partem pertinet ad superficiem lunatam *k.*, ex parte etiam ad acetabuli sinum profundiorem *l*.
m. n. o. Cartilago, quae ab inferiore parte inter se connectit is-

chii et pubis osseam partem ; quaeque et ima tuberis ischii efficit *n.*, et magnam partem illius partis, quae in pube est *o.*

p. Margo cartilagineus ossis iliûm, qui deinde fit crista ejus.

q Foramina majora osseae partis iliûm, per quae vasa penetrant.

r. Foramen magnum ossis coxae.

FIG. IV.

Idem os ab interiore parte et anteriore.

a. a. a. b. b. b. c. c. c. Ut in Fig. I.

f. g. Quibus partibus committitur cum sacro *l. m.* Tab. XIV. Fig. V.

h. Crista ossis iliûm:

i. Pelvis ora.

k. Processus acutus seu spinosus ischii.

m. Unde oriuntur musculi *biceps*, *semitendinosus*, *semimembranosus*, *adductor magnus*.

s. Unde *sacrolumbalis* cum *longissimo dorsi*.

t. --- *quadratus lumborum*.

u. u. --- *obturator externus*.

y. y. --- ligamenta, quae commissuram ossis coxae cum sacro continent.

z. z. Unde procedunt ligamenta quae synchondrosim pubis coercent.

α. Ubi continuatur cartilago synchondrosim efficiens.

β. Sedes musculi *iliaci interni*.

γ. Luna sustinens *obturatorem internum*.

δ. Sinun *iliaci interni* cum *psoa*.

ε. Foramen magnum.

ζ. Ubi arteria, vena, et nervus exeunt.

FIG. V.

Idem os ab interiore parte ac parumper posteriore.

a. b. c. h. i. k. m. Ut in Fig. IV.
o. Unde oritur musculus *pyriformis* (*o.* Fig. II.)
s. y. α. β. γ. δ. ε. ζ. Ut in Fig. IV.

FIG. VI.

Foetus maturi os coxae dextrum ab interiore parte.

a. b. c. Tres ejus partes osseae. *a.* Iliûm , *b.* ischii , *c.* pubis.
d. Portio osseae partis iliûm, quae committitur cum sacro, quaeque cartilagine quadam molliore crustata est .
e. Margo cartilagineus , qui postea fit crista iliûm.
f. g. h. Cartilago inter tres partes osseas media, cui illae partes inhaerent: *g.* eminentia, a qua oritur praecipuus tendo *Recti* cruris: *h.* acutus ischii processus.
i. k. l. Cartilago osseas ischii et pubis partes conjungens inter se ab inferiore parte. Haec efficit et *k.* tuberis ischii imam partem, et *l.* illius partis, quae in pube est , partem magnam.
m. Foramen magnum.
In osseis partibus indicata foraminula majore ex illis , per quae vasa penetrant.

TABULA XXX.

PELVIS HOMINIS OSSEA.

Ex Cadavere.

Pelvis hominis ossea, quam hac Icone delineatam exhibemus tum ab anteriori cum a posteriori parte, ad Virum pertinet annos natum triginta circiter. Etsi alias (Tab. XIV.) os sacrum descriptum et adumbratum fuerit, etsi Tab. XXIX. *innominata* ossa repraesentet; ne tamen quidquam in hoc Opere deesset, quod Anatomiae cultoribus utilitatem aliquam et voluptatem simul afferre posset, virilem et foemineam pelvim quâ melius per nos fieri potuit naturali fere magnitudine depingi curavimus, ut ossium illorum compages accuratius quam in sceletorum iconibus in oculos incurrat, ac de differentia unusquisque judicium ferat, quae inter sexus utriusque pelvim intercedit.

FIGURA I.

Pelvis osseae facies anterior.

a. Os sacrum ex vertebris constans insimul connatis.
b. Margo eminens vertebre superioris.
c. Notae distinctionis pristinae.
d. d. Precessus obliqui superiores.
e. Processus transversi.
f. Viae nervorum.
g. Vestigia sulcorum, per quos excurrunt nervi.
i. o. u. x. Quatuor vertebrarum corpora, quae os coccygis componunt.
A. Os iliûm.

B. Ejus crista.
C. Tuberculum superius, seu anterior apophysis ossis iliûm.
D. Tuberculum inferius, a quo oritur musculus *rectus*.
E. Lunula, quae tubercula separat, seu apophyses anteriores.
F. Acetabulum seu cavitas ischiadica.
G. Ubi sedet glandula mucipara.
H. Ora pelvis.
I. Quâ os iliûm cum sacro colligatur crusta intercedente cartilaginea.
K. Sinus per quem transit musculus *iliacus internus* cum *psoa.*
L. Tuberculum ossis ischii.
M. Ejusdem portio, quae cum inferiore pubis crure continuatur.
N. Ejus processus acutus.
O. Ossa pubis, quae synchondrosim efficiunt.
P. Crus inferius ossis pubis.
Q. Ejusdem crus superius et horizontale.
R. Foramen magnum triquetrum.

FIG. II

Ejusdem pelvis facies posterior.

a. Portio canalis medullae spinalis.
b. Pars corporis primae vertebrae ex quibus os sacrum coalescit.
c. Spina primae, secundae, tertiae vertebrae.
d. Processus obliqui superiores, quâ committuntur cum processibus inferioribus vertebrae lumborum proximae.
e. Processus transversi.
f. Viae nervorum.
g. Coccygis os primum cum sacro conjunctum.
h. Os iliûm.
i. Unde *gluteus medius* oritur.
k. Crista ossis iliûm.
l. Tuberculum ossis ischii.
m. Ejus processus acutus.

TABULA XXXI.

FOEMINAE ANNOR. XXX. PELVIS OSSEA.

Ex Cadavere.

Iis quae in explicatione adnotavimus Tabulae superioris, nil addendum est: ex eo nimirum quia foeminae pelvis iisdem ossibus componitur quibus virilis. Cum vero diametro plurimum pelvis differat prout de potiori, vel de sequiori sexu sermo sit, et recentiores anatomici differentias istiusmodi minime neglexerint (*a*), operae pretium esse putavimus, si istiusmodi diametri mensuram silentio minime praetermitteremus.

In hominibus ergo mediae staturae observatum est diametron superiorem, sive distantiam inter cristas ossium coxarum esse pollic. jx.; in foemina autem poll. xj.

Transversa diametros pelvis minoris, ubi videlicet *oram* indicavimus ab uno ad alterum os iliûm in homine poll. iiij., lin. vj.; in foem. poll. v., lin. vj.

Diametros ab osse sacro ad os pubis in homine a poll. iiij. ad v.; in foem. poll. iiij., lin. viiij.

Obliqua diametros a commissura ossis sacri cum osse coxae ad synchondrosim ossium pubis in hom. poll. iiij., lin. ij.; in foem. poll. v.

Tubera ossium ischii distant in hom. poll. iij., lin. ij.; in foemin. poll. jv.

Ab apice ultimi ossis coccygis ad ossa pubis spatium est in homin. poll. iij.; in foem. poll. jv., lin. vj.

(*a*) J. C. F. Koeppe *de pelvi feminea metienda*. Lips. 1781. 4.° S. Th. Soemmerring *de Corpor. human. fabrica*. Tom. I.

Altitudo pelvis, sive linea ducta a tubere ischii ad marginem minorem seu *oram* pelvis est in hom. poll. iiii., lin. x.; in foemin. poll. iij., lin. vj.

Commissura ossium pubis est in homin. poll. j., lin. x., in foemin. poll. j., lin. vj.

Apex ultimi ossis coccygis distat a margine ossis sacri in homin. poll. iiij., lin. x.; in foem. poll. v.

Ossa pubis angulum comprehendunt in hom. grad. lx. ad lxxx.; in foemin. grad. lxxxx.

TABULA XXXII.

FEMUR A PARTE ANTERIORE ET POSTERIORE.

Ex Albini Tab. oss. hum. et *Icon. oss. Foetus.*

FIGURA I.

Femur sinistrum a parte priore.

a. Caput, quo committitur cum acetabulo ossis ischii *e.* Tab. XXIX. Fig. I. *F.* Tab. XXX. Fig. I.
b. c. Condyli, quibus articulatur cum tibia *a. b.* Tab. XXXIV. Fig. III.
d. Sinus quo cum patella *v.* Tab. XXXV. Fig. IV.
e. Collum.
f. Trochanter major.
g. - - - - - minor.
h. Ubi affigitur ligamentum dictum *teres.*
i. Ubi ligamentum articulum coxae continens.
k. Ubi inseruntur tendines musculorum. *pyriformis, obturatoris interni, geminorum.*
l. Ubi *gluteus minor.*
r. Unde oritur *vastus externus* cum *crurali.*

FIG. II.

Foetus maturi femur sinistrum, a parte priore.

a. Pars media ossea, quae media solidior, extremis magis porosa.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum superius: in quo b. caput, quod cum acetabulo committitur: cujus capitis superficies solidior, laevissimaque.

c. Colli pars major.

d. Trochanter major.

e. - - - - - - - minor.

f. f. g. Additamentum cartilagineum inferius, condylos continens. In quo g. sinus patellam recipiens, in cujus superficie cartilago solidior ac laevissima.

FIG. III.

Femur sinistrum Fig. I. exhibitum, a parte posteriore.

a. b. c. f. g. k. Ut in Fig. I.

m. Ubi affigitur *gluteus medius*.

n. - - - - - - - *quadratus*.

o. o. - - - - - - - *gluteus major, pectineus, adductores, vasti, biceps*.

p. Ubi inseritur *adductor magnus*.

q. Unde oritur *vastus internus*.

r. r. - - - - - - - - *vastus externus*.

s. Unde ortum ducit *gemelli* caput exterius.

t. - - - - - - - - - - - - - - - tendo interioris.

u. Sinus ligamenta interiora genu continentium recipiens.

v. Ubi eorum posterius affigitur.

w. Ubi prius.

x. x. Canales per quo vasa et nervi ad medullam penetrant.

FIG. IV.

Foetus femur a posteriore parte.

a. a. Pars media, quae ossea, medioque solidior, extremis spongiosa.

b. c. d. e. f. Additamentum cartilagineum superius: quo a efficitur

b. c. caput, quo cum acetabulo committitur: cujus capitis superficies globosa solidior est ac laevissima *b.* In eodem et sinus *c.*, cui insertum ligamentum, dictum *teres*.

d. Colli pars major.

e. Trochanter major.

f. - - - - - - - minor.

g. h. h. Additamentum cartilagineum inferius: in quo *h. h.* condyli, quorum superficies, quae ad articulum genu pertinet, solidior laevisque.

i. Sinus inter condylos medius.

FIG. V.

Femoris extremum superius a parte superiore.

FIG. VI.

Femoris extremum inferius a parte inferiore.

Omnia ut in Fig. I. III.

TABULA XXXIII.

FEMUR SINISTRUM A LATERE INTERIORE
ET EXTERIORE.

Ex Albini Tab. oss. human.

FIGURA I.

Femoris sinistri latus internum.

a. Caput, quo committitur cum acetabulo *e.* Tab. XXIX. Fig. I.
b. Condylus internus, quo cum tibia.
d. Sinus ubi locatur patella *v.* Tab. XXXV. Fig. IV.
e. Collum femoris.
f. Trochanter major.
g. - - - - - - - minor.
h. Ubi affigitur ligamentum teres.
i. Ubi ligamentum continens articulum coxae.
m. Ubi inseritur *gluteus medius.*
n. - - - - - - - - *quadratus.*
o. - - - - - - - - *obturator externus.*
p. - - - - - - - - *gluteus magnus, pectineus, adductores, vasti, biceps.*
q. Ubi *adductor magnus.*
r. Unde *vastus internus.*

FIG. II.

Ejusdem ossis latus externum.

a. Caput.
c. Condylus externus, quo cum tibia committitur.
e. f i. Ut in Fig. I.
k. Ubi affigitur musculus *pyriformis.*
l. - - - - - - - - - - - - - *gluteus minor.*
m. p. Ut in Fig. I.
s. Unde oritur *vastus externus* cum *crurali.*
t. - - - - - - - - caput exterius *gemelli.*
u. - - - - - - - - *popliteus.*
v. Canalis, per quem vasa et nervus ad medullam penetrant.

TABULA XXXIV.

TIBIAE FACIES ANTERIOR ET POSTERIOR.

Ex Albini Tab. oss. hum. et *Icon. oss. Foet.*

FIGURA I.

Tibia sinistra a parte priore.

a. b. Sinus, quibus tibia committitur cum femoris condylis *b. c.* Tab. XXXII. Fig. I.
c. Quo cum talo *l.* Tab. XXXVII. Fig. XIV.
e. Malleolus internus.
g. Ubi affigitur ligamentum laterale genu continentium.
o. - - - - - - - - ligamentum quod patellam cum tibia connectit.
r. - - - - - - - - musculus *sartorius, semitendinosus, gracilis.*
u. Locus musculi *extensoris* pollicis, *longi* digitorum, *peronei tertii, tibialis antici.*

FIG. II.

Idem os in foetu maturo.

a. Pars ossea, media solidior, utroque extremo eleganter porosa.
b. Superficies eminens et inaequabilis, cui insertum ligamentum, quo patella ipsi tibiae alligata est.
c. c. Eminens a priore parte spina.
d. e. f. Additamentum cartilagineum superius: *e. f.* portiones su-

perficierum, quae committuntur cum condylis femoris.

g. h. i. k. Additamentum cartilagineum inferius: *h. i.* malleolus internus, pars additamenti: *i.* malleoli superficies solidior laevisque, quae cum latere tali committitur: *k.* pars sinus, qui insistit capiti tali.

FIG. III.

Tibia sinistra Fig. I. delineata, a parte posteriore.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Quâ cum fibula committiur *a.* Tab XXXVI. Fig. I.
e. Malleolus internus.
f. Quâ fibulae recipit extremum inferius, quod exteriorem efficit malleolum.
g. Ubi affigitur ligamentum laterale genu continentium.
h. Ubi interiorum posterius.
k. Ubi ligamentum in quod abit cornu posterius cartilaginis lunatae interioris genu.
p. Ubi inseritur ligamentum quod talum et calcaneum connectit.
q. Ubi affigitur tendo musculi *semimembranosi.*
s. Unde *soleus* oritur.
t. Unde *tibialis posticus.*
v. Locus *flexoris longi* digitorum.
w. - - - - *poplitei.*
x. Sinus, cui tendo insidet *tibialis postici.*
y. Sinus per quem excurrit *flexor longus* pollicis.
z. Quâ vasa ad medullam penetrant.

FIG. IV.

Tibia foetus sinistra a parte postica.

a. Ossea pars, quae medio solidior, extremis porosa.
b. Foramen insigne, per quod vasa penetrant.

c. c. d. e. f. g. h. Additamentum cartilagineum superius, in quo d. sinus, cui insertum ligamentum, quod inde ad sinum femoris, inter ejus condylos medium, tendens, tibiam femori alligat.

e. Eminentia, cui pariter ligamenta adhaerent.

f. g. Superficies, quae cum condylis femoris committuntur: quarum exterior g. fere gibba, interior f. in medio sinuata. Utraeque cartilaginis solidioris ac laevissimae.

h. Prominentia habens superficiem solidiorem laevemque, ad quam admotum fibulae caput superius.

i. i. k. l. m. n. o. Additamentum cartilagineum inferius.

k. Sinuata superficies, quae fibulam recipit.

l. Malleolus internus.

m. Sinus juxta malleolum, per quem sinum incedunt tendines.

n. Solidior ac laevis malleoli superficies, quae commissa cum latere tali.

o. Sinus, ex quo ligamentum oritur, quo malleolus internus alligatur talo.

FIG. V.

Tibiae facies superiror in adulto.

a. b. Sinus, cum quibus committuntur femoris condyli.

h. Ubi affigitur posterius ex interioribus ligamentis quae genu continent.

i. Ubi interiorum prius.

k. Ubi ligamentum, in quod abit cornu posterius cartilaginis lunatae interioris genu.

l. Ubi ligamentum in quod abit cornu prius.

m. Locus, cui annectitur ligamentum, in quod abit cornu posterius cartilaginis exterioris lunatae.

n. Ubi inseritur ligamentum e cornu priori ipsiusmet cartilaginis exterioris productum.

o. Ubi affigitur ligamentum quod patellam cum tibia connectit.

FIG. VI.

Tibiae ejusdem, cujus est Fig. II. et IV. additamentum cartilagineum superius a superiore parte.

a. b. Superficies laeves solidioresque, cum quibus condyli femoris articulantur: quarum exterior fere gibba, interior *a.* medio fundo sinuata.
c. Sinus, qui est in parte posteriore, cuique insertum ligamentum, quod e sinu inter condylos femoris medio veniens, alligat tibiam femori.
d. Eminentia, cui affixa ligamenta seu cornua cartilaginis semilunaris exterioris, posteriusque interioris.
e. Sinus, cui affixum cornu prius cartilaginis semilunaris interioris.
f. Pars prior additamenti.

FIG. VII.

Tibiae ad adultum hominem pertinentis extremum inferius ad inferiore facie spectatum.

c. c. e. f. p. Omnia ut in Fig. III.

FIG. VIII.

Additamentum cartilagineum inferius Tibiae in foetu, a parte inferiore.

a. Malleolus internus.
b. c. Sinus, qui cum ossis tali capite committitur, in cujus sinus superficie cartilago solidior laevissimaque: *b.* pars ejus, quae est in imo tibiae: *c.* pars, quae in malleolo.
d. Pars sinuata, quae recipit fibulam.

TABULA XXXV.

TIBIA A LATERE INTERNO ET EXTERNO: PATELLA.

Ex ALBINI *Tab. oss. hum.*

FIGURA I.

Tibia sinistra a latere interno.

a. Sinus, quo committitur cum interno femoris condylo.
e. Malleolus internus.
g. Ubi affigitur ligamentum laterale genu.
h. Ubi ligamentum, quod patellam cum tibia connectit.
i. Ubi ligamentum inseritur quod talum et calcaneum cum ipsamet tibia conjungit.
k. Ubi inseritur tendo musculi *semimembranosi.*
l. Ubi *sartorius, semitendinosus, gracilis.*
m. Unde oritur *soleus.*
p. Locus *flexoris longi* digitorum.
q. - - - - *poplitei.*
r. Sinus, cui tendo insidit *tibialis postici.*
s. Sinus, qui *flexorem longum* pollicis continet.

FIG. II.

Tibiae ejusdem latus externum.

a. Sinus, de quo in Fig. I.
b. Sinus, cui committitur respondens condylus femoris.

c. Sinus, quo tibia cum talo osse articulatur *l*. T. XXXVII. Fig. XIV.

d. Quâ connectitur fibulae caput superius *a*. Tab. XXXVI. Fig. I.

e. Ut in Fig. I.

f. Quâ fibulae recipit extremum inferius.

h. *m*. Ut in Fig. I.

n. Unde oritur musculus *tibialis posticus*.

o. Locus *extensoris* pollicis, *ext. longi* digitorum, *peronei tertii*, *tibialis antici*.

t. Unde oritur membrana inter cruris ossa media, seu ligamentum interosseum.

u. Quâ vasa ad medullam penetrant.

FIG. III.

Patella sinistra a parte priore.

w. Ubi affigitur ligamentum quod patellam connectit cum tibia *h*. Fig. I.

x. Ubi inseruntur musculi *rectus*, *cruralis*, *vasti*.

FIG. IV.

Eadem patella a parte posteriore.

FIG. V.

\- - - - - *a facie exteriore.*

FIG. VI.

\- - - - - *a facie interiore.*

v. Quâ committitur cum femore *d*. Tab. XXXII. Fig. I.

TABULA XXXVI.

FIBULA

Ex ALBINI *Tab. oss. hum.* et *Icon. oss. Foet.*

FIGURA I.

Fibulae sinistrae facies anterior.

a. Quâ committitur cum tibia *d.* Tab. XXXV. Fig. II.
b. Quâ cum talo *m.* Tab. XXXVII. Fig. X.
c. Malleolus externus.
e. Unde oritur musculus *tibialis posticus*.
f. Unde *extensor* pollicis, *extensor longus* digitorum, *peroneus tertius*.
h. Locus *peronei longi* et *brevis*.
k. Ubi inseritur *biceps*.

FIG. II.

Idem os ex foetu maturo.

a. Pars ossea, media majorem partem solidior, extremis admodum porosa.
b. Additamentum cartilagineum superius.
c. Additamentum cartilagineum inferius, quod efficit malleolum externum.

FIG. III.

Fibula adulti hominis sinistra a facie posteriore.

a. c. e. Ut in Fig. I.
g. Locus musculi *solei*, et *flexoris longi* pollicis.
h. - - - - - - - - *peronei longi* et *brevis*.
i. Sinus per quem excurrunt tendines peroneorum illorum.
l. Canalis, per quem vasa penetrant ad medullam.

FIG. IV.

Ejusdem ossis latus internum, quâ tibiam spectat.

a. b. c. Ut in Fig. I.
d. Unde ligamentum exoritur, quod fibulam cum talo connectit.
e. f. g. l. Ut in Fig. I. III.

FIG. V.

Fibula sinistra maturi foetus ab ea parte, qua spectat tibiam.

a. Pars ossea, cujus extrema valde porosa, medium solidius.
b. c. Additamentum cartilagineum superius: *c.* superficies solidior, laevissimaque, quae commissa cum tibia.
d. e. Additamentum cartilagineum inferius: *e* superficies laevis solidiorque, quae commissa cum latere tali.

FIG. VI.

Fibulae latus externum.

c. h. k. Omnia ut in Fig. I.

TABULA XXXVII.

OSSA TARSI.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I. = VIII.

Calcaneus sinister adulti hominis et foetus vario adspectu.

Fig. 1. Calcanei facies posterior in adulto.
2. - - - - anterior.
3. - - - - interior.
4. - - - - exterior.
5. - - - - inferior.
7. - - - - superior.

a. b. Facies quibus committitur cum talo *p. q.* Fig. XI. XII.
c. Quâ cum cubiformi ξ. Fig. XLVI. XLVIII. L.
d. Quâ sustinet tendinem musculi *peronei longi.*
e. Tuber, quo sistimus.
f. Ubi inseritur *tendo Achillis.*
g. Pars, ad quam pede flexo tendo ipse applicatur.
h. Unde procedit ligamentum connectens cum cubiformi *v.* Fig. XLVIII.
i. Unde *extensor brevis* digitorum.
k. Sinus, cui insidet tendo *flexoris longi* pollicis.

Fig. 6. Calcaneus sinister foetus maturi a parte inferiore.

a. Ossea pars.

b. c. d. e. Pars cartilaginea: *b.* tuber, calcem efficiens: *c.* sustentaculum cervicis tali: *d.* eminentia inaequabilis, unde ligamentum oritur, quod per plantam procurrens, ossa pedis inter se colligat: *e.* superficies cum qua cubiforme committitur, solidior, laevissima.

Fig. 8. Idem calcaneus a parte superiore.

a. Pars ossea.
b. c. d. e. f. g. Pars cartilaginea.
b. Tuber, quod calcem efficit.
c. Tuber, quod corpus tali sustinet. Ejus superficies solidior est, et laevissima.
d. Sustentaculum cervicis tali, in eoque solidioris laevissimaeque superficiei sinus, cum quo cervix illa committitur.
e. Sinus similis, qui recipit et sustinet caput tali.
f. Pars sinuata et inaequabilis, cui ligamenta inhaerent, quibus calcaneo talus alligatur.
g. Superficies solidior, laevissima, cum qua committitur cubiforme.

FIG. IX. = XV.

Talus sinister adulti hominis et foetus vario adspectu.

Fig. 9. Talus adulti a parte priore.
10. - - - - - - - - exteriore.
11. - - - - - - - - interiore.
12. - - - - - - - - inferiore.
14. - - - - - - - - superiore.

l. Quâ committitur cum tibia *c.* Tab. XXXIV. Fig. I.
m. Quâ cum malleolo externo *b.* Tab. XXXVI. Fig. I.
n. Quâ cum naviculari *s.* Fig. XVIII. XXII.
o. Quâ cum ligamento quod annectit naviculare cum calcaneo.

p. q. Quibus cum calcaneo *a. b.* Fig. II. III. VII.

r. Sinus, cui tendo insidet *flexoris longi* pollicis.

Fig. 13. Talus foetus maturi a parte inferiore.

a. Pars ossea, pertinens ad sinum, qui inter corpus, caputque tali medius, et ad cervicem tali.

b. c. d. e. f g. h. i. k. Pars cartilaginea, in qua etiam tali ab hac parte praecipua.

b. Solidioris laevissimaeque superficiei sinus, in imo corporis tali: qui sinus recipit tuber, quod in superiore calcanei parte.

c. Sinus, per quem tendo *flexoris longi* pollicis delabitur.

d. Pars sinus, qui inter corpus et caput tali medius.

e. Pars cervicis.

f. Pars inaequabilis lateris interni, quae est infra superficiem, cum qua malleolus internus commissus.

g. h. i. k. Caput tali, superficiem habens solidam laevissimamque.

g. Pars ejus quae committitur cum sinu, qui est in sustentaculo tali, quod efficit calcaneus.

h. Pars, quae cum sinu altero calcanei *e.* Fig. VIII.

i. Pars, quae cum ligamento illo committitur, quod a calcaneo ad naviculare deductum, medio inter haec loco caput tali sustinet.

k. Pars quae cum naviculari conjungitur.

Fig. 15. Idem talus a parte superiore.

a. Pars ossea, quae est instar nuclei, cartilagini inahaerentis, e qua talus majorem partem constat.

b. c. d. e. f. g. Pars cartilaginea, in qua praecipuae sunt tali partes.

b. Sinus, per quem delabitur tendo *flexoris longi* pollicis pedis.

c. Superficies cartilaginis solidioris laevissimaeque, cum qua committitur malleolus externus.

d. Tuber, cui crus insistit. Solidior ei, laevissimaque superficies.

e. Illius tuberis latus, cum quo malleolus internus committitur. Ei pariter superficies solidior et laevissima.
f. Cervicis pars.
g. Caput tali, in superficie solidius, laevissimum.

FIG. XVI. = XXIII.

Os naviculare sinistrum adulti hominis et foetus, vario adspectu.

Fig. 16. Adulti os naviculare ab exteriore.
17. - - - - - - - - interiore.
18. - - - - - - - - inferiore.
19. - - - - - - - - superiore.
20. - - - - - - - - priore.
22. - - - - - - - - posteriore.

s. Quâ committitur cum talo *n*. Fig. IX. X. etc.
t. Quâ cum cuneiformi majore *y*. Fig. XXVI.
u. - - - - - - - - minore *ε*. Fig. XXXII.
v. - - - - - - - - medio *ι*. Fig. XXXIX. XLII.
w. - - - cubiformi *π*. Fig. XLVII. et L.
x. Ubi *tibialis posticus* inseritur.

Fig. 21. Sinistrum os naviculare foetus maturi, a parte priore.

Totum cartilagineum est.
a. b. c. Tres superficies solidiores ac laevissimae, quibus assident cuneiformia: videlicet superficiei *a*. respondet cuneiforme primum, maximum; *b*. secundum, minimum; *c*. tertium.
d. Pars inferior, inaequabilis.
e. Tuber, cui se inserit tendo *tibialis postici*.

Fig. 23. Idem os naviculare, in priora inclinatum, ut appareat pars ejus posterior.

a. Sinus, cui superficies solida laevissima; quique recipit tali caput

b. Pars superior, quae ad dorsum pedis pertinet.

c. Tuber, cui inseritur tendo *tibialis postici*.

FIG. XXIV. = XXX.

Os cuneiforme majus adulti hominis et foetus diversimode spectatum.

Fig. 24. Adulti cuneiforme majus a parte inferiore.
25. - - - - - - - - - - - priore.
26. - - - - - - - - - - - posteriore.
27. - - - - - - - - - - - exteriore.
29. - - - - - - - - - - - interiore.

y. Facies, qua committitur cum naviculari *t.* Fig. XX.

z. Quâ cum cuneiformi minore *ζ*. Fig. XXXI. XXXV.

α. Quâ cum osse metatarsi primo *c.* Tab. XXXVIII. Fig. I. Num. 1. 3. 5. 7.

β. Quâ cum secundo osse metatarsi *l.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2. et 3.

γ. Ubi *tibialis posticus* inseritur.

δ. Ubi *tibialis anticus*.

Fig. 28. Foetus cuneiforme primum a parte exteriore, qua videlicet obversum secundo.

Nil nisi cartilago est.

a. Sinus, cui superficies solida, laevissima; quo hoc cuneiforme committitur cum naviculari.

b. Superficies similiter solida et laevissima, qua committitur cum cuneiformi secundo.

c. Similis superficies, cum qua committitur os metatarsi secundum.

d. Reliquum hujus partis, quod inaequabile.

Fig. 30. Foetus idem cuneiforme ab ea parte expressum, qua spectat pedem alterum, idest interiore.

a. Pars pedem alterum spectans, inaequabilis.
b. Superficies solidior ac laevis, cum qua commissum os metatarsi primum.

FIG. XXXI. = XXXVII.

Cuneiforme minus ex adulto et foetu, vario adspectu.

Fig. 31. Cuneiformis minoris ex adulto facies prior.
32. - - - - - - - - - - - - - posterior.
33. - - - - - - - - - - - - - exterior.
35. - - - - - - - - - - - - - interior.
37. - - - - - - - - - - - - - superior.

ε. Facies, qua committitur cum naviculari *u.* Fig. XX.
ζ. Quâ cum cuneiformi majore *z.* Fig. XXVII.
η. Quâ cum medio *κ.* Fig. XXXVIII. et XLII.
θ. Quâ cum osse metatarsi secundo *k.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2, 3. et 7.

Fig. 34. Cuneiforme secundum et sinistrum foetus maturi a parte exteriore, qua spectat tertium.

Totum cartilagineum est.
a. Solida laevissimaque superficies posterior, qua assidet naviculari.
b. Pars superior, qua ad pedis dorsum pertinet.
c. Superficies solida, laevissima, qua cum cuneiformi tertio commissum.
d. Reliquum illius lateris, quod inaequabile.

Fig. 36. Idem os, ea parte exhibitum, qua spectat primum.

a. b. Latus, quo respicit cuneiforme primum: *a.* superficies solida et laevissima, qua commissum cum primo; *b.* pars inaequabilis.
c. Pars superior, ad pedis deorsum pertinens.
d. Superficies solida ac laevissima, cum qua os metatarsi secundum commissum.

FIG. XXXVIII. = XLIV.

Cuneiforme medium adulti hominis et foetus.

Fig. 38. Cuneiforme medium adulti a parte priore.
39. - - - - - - - - - - - - posteriore.
40. - - - - - - - - - - - - exteriore.
42. - - - - - - - - - - - - interiore.
44. - - - - - - - - - - - - superiore.

ι. Quâ respondet naviculari *ν.* Fig. XX.
κ. Quâ cuneiformi minori *η.* Fig. XXXIII.
λ. Quâ cum cubiformi *o.* Fig. XLV. et XLVII.
η. Quâ cum osse metatarsi secundo *m.* Tab. XXXVIII. Fig. II. Num. 2. 5. 7.
ν. Quâ cum tertio osse metatarsi *s.* Tab. XXXVIII. Fig. III. Num. 1. 2. 3. 7.

Fig. 41. Idem os cuneiforme foetus maturi a parte exteriore.

a. Superior pars, pertinens ad dorsum pedis.
b. Superficies solida et laevis, qua commissum cum cubiformi.
c. Inaequabilis hujus lateris pars.
d. Superficies prior, solida laevisque, qua sustinet os metatarsi tertium.

Fig. 43. Idem os ab ea parte, qua spectat secundum.

a. Posterior supeficies, solida, laevissimaque qua naviculari assidet.
b. Pars superior ad dorsum pedis pertinens.
c. d. e. Latus, quo spectat cuneiforme tertium. In eo *c*. superficies solida et laevis, qua cum tertio illo commissum; *d*. pars inaequabilis; *e* superficies solidor et laevissima, cui assidet os metatarsi secundum.

FIG. XLV. = LI.

Os Cubiforme, seu Cuboideum ex homine adulto, et foetu.

Fig. 45. Adulti hominis cubiforme a facie priore
46. - - - - - - - - - - - - exteriore.
47. - - - - - - - - - - - - interiore.
48. - - - - - - - - - - - - inferiore.
50. - - - - - - - - - - - - superiore.

ξ. Quâ connectitur cum calcaneo *c*. Fig. II.
o. Quâ cum cuneiformi medio λ. Fig. XL.
π. Quâ cum naviculari ω. Fig. XVI. XVIII.
ρ. Qua cum talo o. Fig. XII.
σ. - - - - osse metatarsi quarto *y*. Tab. XXXVIII. Fig. IV. Num. 1. 2. 3. 7.
τ. - - - - osse metatarsi quinto ε. Tab. XXXVIII. Fig. V. Num. 1. 2. 3. 6.
υ. Unde ligamentum connectens cum calcaneo *h*. Fig. V.
φ. Quâ sustinet tendinem *peronei longi*.

Fig. 49. Os cubiforme sinistrum foetus maturi, a parte inferiore.

Totum cartilagineum.
a. Superficies solida, laevissima, qua cum calcaneo committitur.

b. Tuber inaequabile, cui inseritur ligamentum a calcaneo veniens: cujusque tuberis pars prior sustinet tendinem *peronei longi*.

c. d. Reliqua inferior, eaque sinuata et inaequabilis superficies.

Fig. 51. Idem cubiforme a parte superiore.

a. Superficies solida ac laevis, quae cum calcaneo commissa.

b. b. Latus inaequabile quo respicit cuneiforme tertium. In eo.

c. Superficies laevissima solidaque, cum qua cuneiforme tertium commissum.

d. Pars quae pertinet ad dorsum pedis.

e. Superficies solida et laevissima, cum qua commissum quintum os metatarsi.

f. Similis, cum qua quartum.

TABULA XXXVIII.

OSSA METATARSI.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIG. I.

Metatarsi sinistri os primum.

Num. 1. Ejus facies superior in adulto.
2. - - - inferior.
3. - - - interior.
5. - - - exterior.
7. - - - posterior.
8. - - - prior.

a. Superficies qua committitur cum pollice *a*. T. XXXIX. Fig. I. Num. 1. 6. 7.
b. Quâ cum sesamoideis ossibus *a*. Tab. XXXIX. Fig. VI. Num. 2. 6.
c. - - cum cuneiformi majore *a*. T. XXXVII. Fig. XXIV. XXV. XXIX.
d. Unde ligamentum laterale connectens cum pollice.
e. Locus *flexoris brevis* pollicis.
f. Ubi *peroneus longus* inseritur.
g. Ubi *tibialis anticus*.

Num. 4. Idem os sinistrum foetus maturi a parte interiori, qua scilicet spectat alterum pedem.

a. Pars ossea, media solidior, extremis porosa.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus solidior ac laevis, quo commissum cum cuneiformi primo.

d.. e f. g. Additamentum cartilagineum prius: *e. f g.* caput prius, superficiei solidae laevisque: *e.* sinus cum quo commissum os sesamoideum unum: *f.* similis, cum quo alterum: *g.* pars, quae articulatur cum osse primi ordinis.

Num. 6. Idem os, ab eo latere, quo spectat secundum.

a. Pars ossea, media solidior, extremis spongiosa.

b. c d. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus solidior laevissimusque, qui commissus cum cuneiformi primo: *d* plaga, cui inseritur tendo *peronei longi*.

e. f g. Additamentum cartilagineum prius: *f. g.* caput superficiei solidae et laevis, cum quo commissum os pollicis primi ordinis, una cum sesamoideis. *f.* Pars quae respondet ossi pollicis ipsius: *g.* pars, quae sesamoideo.

FIG. II.

Ejusdem metatarsi os secundum.

Num. 1. Metatarsi sinistri hominis adulti os secundum a parte superiore.

2. - - - - *inferiore.*
3. - - - - *interiore.*
5. - - - - *exteriore.*
7. - - - - *posteriore.*
8. - - - - *priore.*

h. Extremum, quo committitur cum digito *l.* Tb. XXXIX. Fig. III. Num. 4. et 10.

i. Quâ cum ligamento cartilaginoso articulum continente.

k. Quâ cum cuneiformi minore *θ.* T. XXXVII. Fig. XXXI.

l. Quâ cum majore *β.* Tab. XXXVII. Fig. XXVII.

m. Quâ cum medio *μ.* Ibid. Fig. XXXVIII. et XLII.

n. Quâ cum metatarsi tertio *t.* Fig. III. Num. 1. et 3.
o Unde ligamentum laterale connectens cum digito.
p. Locus musculi *interossei* secundi digiti secundi.
q. Unde ejus caput tenuius.
r. Unde primus secundi.

Num. 4. Os secundum metatarsi sinistri foetus maturi a parte interiore, qua spectat primum.

a Pars ossea.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* superficies solidior, laevissima, qua commissum cum cuneiformi secundo: *c.* similis superficies, qua cum primo: *d.* inaequabilis lateris pars: *e.* pars superior, qua ad dorsum pedis pertinet.
f. g. Additamentum cartilagineum prius, caput efficiens: *f.* lateralis inaequabilis capitis pars: *g.* pars ejusdem laevissima et superficiei solidioris, qua commissum cum osse primi ordinis.

Num. 6. Idem os ab opposita parte, scilicet exteriore.

a. Pars ossea.
b. c. d. e. f. Additamentum cartilagineum posterius: *b. c.* superficies solidiores et laevissimae, quibus os assidet cuneiformi tertio: *d. e.* similes superficies, quibus assidet ossi metatarsi tertio: *f.* reliquum hujus lateris, quod inaequabile.
g. h. Additamentum cartilagineum prius, efficiens caput prius: *g.* pars inaequabilis: *h.* pars laevissimae solidaeque superficiei, articulo primi ordinis ossis parata.

FIG. III.

Metatarsi sinistri os tertium ex adulto et foetu.

Num. 1. *Adulti os a parte superiore.*
2. - - - - - - *inferiore.*
3. - - - - - - *interiore.*
5. - - - - - - *exteriore.*
7. - - - - - - *posteriore.*
8. - - - - - - *priore.*

h. i. o. Ut in Fig. II.
s. Quâ committitur cum cuneiformi medio *v.* T. XXXVII. Fig. XXXVIII. et XL.
t. Quâ cum metetarsi secundo *n.* Fig. II. Num. 2. et 5.
u. Quâ cum quarto metatarsi *z.* Fig. IV. Num. 3.
v. Locus musculi *interossei* primi digiti tertii.
w. Unde *interosseus* secundus tertii, capite tenuiore.
x. Unde secundus secundi, capite crassiore.

Num. 4. *Foetus maturi os metatarsi sinistrum tertium, ab ea parte, qua respicit secundum.*

a Pars ossea, quae media solidior, extremis spongiosa.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars ad pedis dorsum pertinens: *c.* solidior laevissima superficies, qua cum cuneiformi tertio commissum: *d.* similis superficies, qua assidet ossi metatarsi secundo: *e.* reliqua pars hujus lateris, eaque inaequabilis.
f. g Additamentum cartilagineum prius, e quo constat caput prius. *f.* capitis illius latus inaequabile: g. pars, quae committitur cum osse primi ordinis, quaeque superficiem habet solidam et laevissimam.

Num. 6. Ejusdem metatarsi tertii pars opposita.

a. Pars ossea, medio solidior, extremis spongiosa.

b. c. d. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* superficies solida, laevis, commissa cum coneiformi tertio: *c.* similis superficies, qua assidet ossi metatarsi quarto: *d.* pars reliqua, quae inaequabilis.

e. f. Additamentum cartilagineum prius, quod est caput prius: *e.* latus ejus inaequabile: *f.* pars, qua cum osse primi ordinis committitur, eaque in superficie solidior ac laevissima.

FIG. IV.

Ejusdem metatarsi os quartum.

Num. 1. Os quartum sinistri metatarsi ex adulto a facie superiore.
2. - - - - inferiore.
3. - - - - interiore.
5. - - - - exteriore.
7. - - - - posteriore.
8. - - - - priore.

h. i. o. Ut in Fig. II.

y. Quâ committitur cum cubiformi *σ.* Tab. XXXVII. Fig. XLV.

z. - - - - - cum metatarsi tertio *u.* Fig. III. Num. 2. et 5.

α. - - - - - cum quinto *ζ.* Fig. V. Num. 1. et 3.

β. Locus *interossei* primi digiti quarti.

γ. Unde oritur musculus *interosseus* secundus quarti, capite tenuiore.

δ. Unde secundus tertii, capite crassiore.

Num. 4. Foetus maturi os quartum metatarsi sinistri, ab ea parte, qua obversum tertio.

a. Pars ossea.
b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars superior, ad pedis dorsum pertinens: *c.* superficies solida et laevis, qua commissum cum cubiformi: *d.* similis superficies qua cum osse metatarsi tertio: *e.* inaequabilis hujus capitis pars ab hoc latere.
f. g. Additamentum cartilagineum prius, caput prius efficiens: *f.* pars ejus inaequabilis: *g.* pars, qua committitur cum osse primi ordinis, solida laevisque in superficie.

Num. 6. Idem os ab ea parte, qua respicit quintum.

a. Pars ossea, extremis spongiosa.
b. c. d. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars inaequabilis: *c.* superficies solida laevissimaque, qua commissum cum quinto metatarsi: *d.* similis superficies, qua cum cubiformi.
e. f. Caput prius, quod est additamentum cartilagineum: *e.* ejus inaequabilis pars: *f.* ejusdem pars laevis et solida, cum qua commissum os primi ordinis.

FIG. V.

Metatarsi sinistri os quintum.

Num. 1. Ejus facies superior.
2. - - - inferior.
3. - - - interior.
5. - - - exterior.
6. - - - posterior.
7. - - - prior.

h. i. o. Ut in Fig. II.

ε. Quâ committitur cum cubiformi τ. Tab. XXXVII. Fig XLV.

ζ. Quâ cum metatarsi quarto α. Fig. IV. Num. 2. et 5.

η. Locus musculi *interossei* digiti quinti.

θ. Unde secundus *interosseus* quarti, capite crassiore.

ι. Tuber, cui *peroneus brevis* inseritur.

Num. 4. Maturi foetus os quintum metatarsi sinistri, ab ea parte, qua quartum spectat.

a. Pars ossea, cui extrema spongiosa, medium solidius.

b. c. d. e. Additamentum cartilagineum posterius: *b.* pars superior, quae dorsi pedis partem efficit: *c.* superficies solida et laevissima, qua cum cubiformi committitur: *d.* similis superficies, qua cum quarto osse metatarsi: *e.* pars inaequabilis hujus primi capitis.

f. g. Additamentum cartilagineum prius, quod est caput prius: *f.* latus inaequabile: *g.* pars, cum qua committitur primi ordinis os; eaque superficiem habet solidiorem et laevissimam.

TABULA XXXIX.

OSSA DIGITORUM PEDIS.

Ex iisdem Operibus ALBINI.

FIGURA I.

Os pollicis sinistri primum ex adulto et foetu.

Num. 1. *Os pollicis adulti primum a parte superiore.*
3. - - - - - - - - - - - - *inferiore.*
5. - - - - - - - - - - - - *interiore.*
6. - - - - - - - - - - - - *exteriore.*
7. - - - - - - - - - - - - *posteriore.*
8. - - - - - - - - - - - - *priore.*

a. Quâ committitur cum metatarso *a.* Tab. XXXVIII. Fig. I. Num. 1. 2. 8.

b. Quâ cum osse ultimo *g.* Fig. II. Num. 1. 7.

c. d. Ubi inseruntur ligamenta connectentia cum metatarso et sesamoideis. *c.* Ubi praeterea *adductor pollicis* cum *transversali.* *d.* Ubi *abductor.*

e. Ubi ligamentum laterale connectens cum osse ultimo.

f. Ubi *extensor brevis* digitorum.

Num. 2. *Foetus maturi os primum pollicis sinistri a parte superiore.*

a. Pars ossea.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius. *c.* Sinus laevissimus et in superficie solidior, qui committitur cum metatarsi osse.

d. d. e. Additamentum cartilagineum prius: *d. d.* latera inaequabilia: *e.* superficies solida et laevis, cum qua committitur os ultimum.

Num. 4. Idem os a parte inferiore.

a. Pars ossea, quae inprimis juxta additamentum cartilagineum prius spongiosa.
b. Additamentum cartilagineum posterius.
c. d. Additamentum cartilagineum prius: *c.* solida laevissimaque superficies, cum qua committitur os ultimum: *d.* latus inaequabile

FIG. II.

Os ultimum pollicis pedis sinistri ex adulto et foetu.

Num. 1. A parte superiore ex adulto.
3. - - inferiore.
5. - - interiore.
6. - - exteriore.
7. - - posteriorie.

g. Quâ committitur cum osse primo *b.* Fig. I.
h. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens cum osse primo.
i. Ubi *extensor* pollicis.
k. Ubi *flexor longus*.

Num. 2. Foetus maturi pollicis pedis sinistri os ultimum a parte superiore.

a. Additamentum cartilagineum, quod habet a parte posteriore.
b. Ossea pars, quae juxta additamentum eleganter spongiosa, caeterum solidior.
c. Ejus inaequabilis extremitas.

b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* sinus laevis et superficiei solidioris, qui committitur cum osse metatarsi.

d. e. e. Additamentum cartilagineum prius: superficies solida laevissimaque, cum qua committitur os secundi ordinis: *e. e.* latera inaequabilia.

Num. 7. Idem os a parte inferiore.

a. Pars ossea juxta additamenta aliquantum spongiosa.

b. Additamentum cartilagineum posterius.

c d. Additamentum cartilagineum prius: *c.* superficies solidior ac laevissima, cùm qua committitur os secundi ordinis.

FIG. IV.

Reliquorum digitorum pedis ossa secunda.

Num. 1. Facies superior ossis secundi digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - - quarti.
3. - - - - - - - - - - - - tertii.
4. - - - - - - - - - - - - secundi.

q. Quâ unumquodque os committitur cum primo *m.* Fig. III. Num. 4.

r. Quâ cum tertio *w.* Fig. V. Num. 7.

v. Ubi inseritur tendo musculorum extensorum.

Num. 6. Os secundum digiti secundi a parte inferiore.
8. - - - - - - - - - - - - - interiore.
9. - - - - - - - - - - - - - exteriore.
10. - - - - - - - - - - - - - posteriore.
11. - - - - - - - - - - - - - priore.

q r. Ut in Num. 4.

s. Ubi inseritur *flexor brevis* digitorum.

Num. 4. Idem os a parte inferiore.

a. b. Additamentum cartilagineum, quod habet a parte posteriore: *b.* superficies solidior, levissima, qua committitur cum osse primo.
c. Pars ossea, juxta additamentum spongiosior.
d. Ejus tuberculum extremum inaequabile.

FIG. III.

Digitorum reliquorum pedis ossa prima.

Num. 1. Facies superior ossis primi digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - - quarti.
3. - - - - - - - - - - - - tertii.
4. - - - - - - - - - - - - secundi.

l. Quâ unumquodque os committitur cum metatarso suo *h.* Tab. XXXVIII. Fig. II.
m. Quâ cum osse secundo *q.* Fig. IV.

Num. 6. Os primum secundi digiti a parte inferiore.
8. - - - - - - - - - - - - interiore.
9. - - - - - - - - - - - - exteriore.
10. - - - - - - - - - - - - posteriore.
11. - - - - - - - - - - - - priore.

l. m. Ut in Num. 1. 2. 3. 4.
n. n. Ubi inseritur vagina flexorum.
o. p. - - - - ligamentum laterale connectens cum osse proximo: *p.* ubi praeterea *interosseus*, in digito minimo *flexor proprius* et *abductor*.

Num. 5. Foetus maturi os primi ordinis digiti secundi pedis sinistri, a parte superiore.

a. Pars ossea, media solidior, juxta additamenta spongiosa.

t. Ubi vagina *longi.*
u. Ubi ligamentum laterale connectens cum osse proximo.
v. Ubi tendo musculorum extensorum.

Num. 5. Maturi foetus os secundi ordinis digiti secundi pedis sinistri a parte superiore.

a. Ossea pars.
b. c. Additamentum cartilagineum posterius: *c.* superficies solidior, laevissima, quae committitur cum osse primi ordinis.
d. e. Additamentum cartilagineum prius: *d.* latus inaequabile: *e.* superficies solidior, laevissima, qua committitur cum osse tertii ordinis.

Num. 7. Idem os secundi ordinis digiti secundi a parte inferiore.

a. Pars ossea.
b. Additamentum cartilagineum posterius.
c. Simile additamentum prius, quod ab hac parte in superficie solidius laevissimumque eaque committitur cum osse tertii ordinis.

FIG. V.

Digitorum pedis ossa tertia.

Num. 1. Facies superior tertii ossis digiti minimi.
2. - - - - - - - - - - - *quarti.*
3. - - - - - - - - - - - *tertii.*
4. - - - - - - - - - - - *secundi*

γ. Ubi inseritur tendo extensorum.

Num. 6. Os tertium digiti secundi a facie inferiore.
7. - - - - - - - - - - - - interiore.
8. - - - - - - - - - - - - exteriore.
9. - - - - - - - - - - - - posteriore.

w. Quâ committitur cum osse secundo *r.* Fig. IV.
x. Ubi inseritur ligamentum laterale connectens hoc os cum secundo.
y. Ubi tendo extensorum.
z. Ubi *flexor longus.*

Num. 5. Maturi foetus os tertii ordinis digiti secundi pedis sinistri a parte superiore.

a. Cartilago, e qua majorem partem constat.
b. Extremum osseum, quo desinit.

FIG. VI.

Ossa sesamoidea.

Num. 1. Os sesamoideum pollicis a facie inferiore.
2. - - - - - - - - - - - - superiore.
4. 5. - - - - - - - - - laterali.
6. Sesamoideum alterum a parte superiore.

a. Quâ committitur cum metatarso *b.* Tab. XXXVIII. Fig. I.

Num. 3. Unum ex sesamoideis pedis sinistri foetus maturi, a parte superiore expressum.

Totum cartilagineum.
a. b. c. Superficies solidior, laevissima, qua admotum ad os metatarsi pollicis. Eaque *a. b.* utrumque latus sinuata: *c.* media eminens.

TABULA XL.

OSSIUM PEDIS DEXTRI SYNTAXIS VARIO ADSPECTU.

FIGURA I.

Pedis dextri interior facies.

FIG. II.

Ejusdem facies exterior.

FIG. III

Idem pes a priore expressus.

FIG. IV

Idem a superiore.

FIG. V.

Talus cum calcaneo a posteriore.

Notae seu litterae iisdem ossibus in figuris omnibus respondent.

a. Talus.
b. Calcaneus.
c. Os naviculare.
d. Os cuneiforme majus.
e. - - - - - minus.
f. - - - - - medium.
g. Os cubiforme seu cuboideum.
h. Ossa metatarsi.
i. Ossa digitorum prima.
k. - - - - - secunda.
l. - - - - - tertia.
m. Os sesamoideum.

LIGAMENTA.

TABULA XLI.

Ex Floriani Caldani Tab. Ligament. corp. hum.

Anteriorem capitis, colli et thoracis superficiem exhibet, ligamentis omnibus in propria sede rite praeparatis, quae in hac ipsa superficie occurrunt.

In Capite et Collo. *A.* Os frontis
B. B. Arcus superciliaris, sive margo superior orbitae.
C. Os nasale sinistrum.
D. Os lacrymale.
E. Ossis ethmoidei pars plana.
F. Os maxillare sinistrum.
G. Apophysis nasalis ossis ipsius maxillaris.
a. Ejus *spina* a processu nasali ossis maxillaris inferius producta.
H. Os jugale sinistrum.
I. Processus zygomaticus ossis temporis.
K. Meatus auditorius.
L. Processus mastoideus ossis temporis.
M. Os occipitis.
N. N. Maxillae inferioris latus sinistrum.
O. Ipsius angulus.
P. - - - processus coronoïdeus.
Q. - - - condylus.
R. S. T. U. X. Y. Z. Processus transversi vertebrarum colli: *R.* Atlantis: *S.* vertebrae secundae: *T*: tertiae: *U. U.* quartae: *X. X.* quintae: *Y. Y.* sextae: *Z. Z.* septimae.
b. b. b. b. b. b. Corpora earumdem vertebrarum colli.

c. c. c. c. c. Cartilagines corporibus ipsis interpositae sive *ligamenta cartilaginea*.

d. d. d. d. d. Membrana aponeurotica ossi jugali, et apophysi zygomaticae ossis temporis inserta, adscendens, et musculum contegens *temporalem*.

e. Trochlea cartilaginea, per quam trajicitur tendo musculi *obliqui superioris* seu *trochlearis*. Posterius truncata, intus cava et laevis est (1).

f. Proprium trochleae ligamentum, quod trochleam ipsam orbitae margini suspendit.

g. Nasi cartilago superior sinistra trangularis, ossi nasali et proximo maxillari adhaerens (2).

h. Crista seu apex cartilaginis superioris, quem amplectuntur cartilagines *i. i.*

i. i. k. l. l. m. Cartilagines inferiores gnomonem referentes; in quibus *i. i.* crus est superius, ovalis figurae, superficiei nonnihil concavae, quandoque planae, quod alam nasi proprie efficit. *k.* Sulcus cartilagines dirimens adiposa membrana repletus. *l. l.* Crura inferiora utriusque cartilaginis plana lamella formata, et obtuso extremo terminata. Crura istiusmodi septum narium cartilagineum utrinque comprehendunt. *m.* Ubi crus superius convenit cum inferiori, ut nasi globulum constituant (3).

n. Clavicula cartilaginea sinistra, oblonga, quae alam nasi complet.

o. Nucleus alter cartilagineus et minor, qui interdum deest.

(1) Trochleam hanc ex tenui cartilagine fere quadrangulari *Zinnius* constare vidit (*Descriptio Anat. ocul. hum.* Cap. VIII. §. X.) transversim excavata et semicanalem referente, quem ligamenta complent, ut inde canalis perficiatur. *Winslowius* rem alia ratione descripsit, alia autem *Hallerus*. Nos trochleae figuram et sedem tantum indicavimus: repetitis enim observationibus affirmare posse non dubitamus, difficillimum esse de vera particulae hujus structura dijudicare, cum varia sit in variis cadaveribus.

(2) Cartilaginem hanc seorsim delineavit *Ruyschius* (*Epist.* VIII. *Fig.* 4. A.)

(3) *Winslowius* cartilaginem istiusmodi *lateralem* vocat, binis portionibus conflatam: superiorem videlicet, quam nos superius crus appellavimus, et posteriorem. Male eam pinxit *Ruyschius* loc. cit.

p. Septum narium cartilagineum, quod a spina quadam exsurgit prominente et sulcata, quam ossa maxillaria intra principem narium caveam efficiunt, tum et a vomere. Vide Tab. XLIII. Fig. I.

q. Membrana articularis ligamentosa, articulationem complectens maxillae inferioris cum osse temporum. Oritur a limbo inferiori apophysis jugalis ossis temporum tum et a pariete anteriori meatus auditorii, et in cervicem inseritur processus condyloidei maxillae ipsius inferioris.

r. Ligamentum alterum maxillae, anterius, obliquum elegans, validum, a membrana articulari separatum, et a nemine, quod sciam, hactenus delineatum, etsi numquam in cadaveribus desideretur.

s. s. s. *Fascia longitudinalis vertebrarum anterior*, quae ab anteriori atlantis tuberculo nata descendit inferius et vertebrarum corporibus ita alligatur, ut interiores lacerti etsi continuum ligamentum a summo ad imum constituere videantur, ab una tamen ad alteram vertebram tantum progrediuntur.

t. Ligamentum articuli processuum obliquorum primae et secundae colli vertebrae.

In thorace et costis. *u*. Prima dorsi vertebra, quam superscandit fascia longitudinalis anterior vertebrarum.

x. Secunda dorsi vertebra.

y. y. Costa prima.

z. Tuberculum costae.

Γ. Γ. Costa secunda.

Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Δ. Reliquae costae ex ordine, videlicet tertia, quarta, quinta, sexta, septima, octava, nona, decima.

Ξ. Costae duodecimae facies interior.

Θ. Duodecima vertebra dorsi, quam tegit fascia longitudinalis a collo descendens.

Λ. Π. Σ. Tres lumborum vertebrae superiores: Λ. prima, Π. secunda, Σ. tertia.

Φ. Φ. Ψ. Ψ. Processus earum transversi: Φ. secundae, Ψ. tertiae.

Ω. Ω. Tendines truncati *appendicum diaphragmatis*, qui in planitiem inferius explicati secundae et tertiae lumborum vertebrae firmiter adhaerent, descendunt, et locum tenent fasciae longitudinalis.

α. α. Os sterni.

β. Mucronata cartilago.

γ. Musculi intercostales externi.

δ. Ligamentum, quod a processu transverso vertebrae colli septimae exteriora versus descendens in collum inseritur costae primae. Vide Tab. XLIV.

ε. Ligamentum capituli costae primae, quo costa ipsa proximae vertebrae primae alligatur. Confer Tab. XLIV.

ζ. Membrana ligamentosa tenuis at satis robusta, quae ab una ad alteram cartilaginem costarum procedit, et musculos obtegit intercostales internos η. qui trans membranam ipsam pellucent (1).

η. Musculi intercostales interni sub ligamentosa membrana decurrentes.

θ. Similis membrana at validioribus fibris compacta, quae cartilagines jungit costarum inferiorum brevi inter se spatio distantes.

ι. Cartilaginea segmenta, quibus sexta costa cum septima, septima cum octava conjungitur, eadem membrana obducta.

κ. Ligamenta cartilaginum costarum, quae non solum cartilagines superiorum costarum cum sterni osse connectunt, verum super os ipsum sterni radiatim discurrunt, a dexteris ortae sinistra petunt, ascendunt, descenduntque et proxima ligamenta quâ superiora quâ inferiora decussant.

λ. Ligamenta quibus sterni cartilago mucronata cartilagini revincitur septimae costae. Lacerti qui a dextera costa procedunt in decussim abeunt cum iis qui oriuntur a sinistra.

(1) Apud Anatomicos *ligamenta* dicuntur *costarum coruscantia*. *Weitbrectius membranam* appellat *tomentosam*.

μ. Fibrae validissimae tendineo-ligamentosae, quae a margine superiore atque interiore costae duodecimae ad limbum pergunt inferiorem undecimae.

ν. Ligamentum, saepius in lacertos divisum, quod a processu transverso vertebrae lumborum secundae exortum, adscendit exterius, et costam petit duodecimam.

In claviculis et brachiis.

ξ. Claviculae.

o. Processus quem dicunt *acromion* scapulae.

π. Processus ejusdem coracoideus.

ρ. Superficies scapulae anterior.

σ. Costa seu latus ejus externum.

τ. Caput humeri dexteri.

υ. Ejus collum.

φ. Ligamentum interclaviculare, quod supra sternum ab una clavicula ad alteram interius decurrit.

χ. Lacerti ligamentosi exteriores, qui connexionem amplectuntur et firmant claviculae cum sterni osse. Validae videlicet fibrae ab extremitate interiori claviculae supra sternum explicantur, et, cum sociis fibris alterius lateris, continuum, et latum ligamantum constituunt, super sterni manubrium praecipue decurrens.

ψ. ω. *1*. *2*. *3*. In latere dextro. Membrana interior capsularis in articulatione sterni et claviculae dissecta ac separata; ut facilius conspici posset: ψ. ligamentum exsurgens a claviculae extremitate ω. *1*. portio ligamenti, quae sterno inseritur: *2*. limbus foveae articularis glenoideae ipsimet sterno exculptae, quâ clavicula committitur: *3*. limbus cartilaginis interarticularis (1).

4. Ligamentum *rhomboideum* quod haud longe a claviculae collo deducitur et oblique a superioribus et posterioribus ad inferiora et anteriora procedens cartilagini adhaeret costae primae. Fibrae supra cartilaginem et

(1) Cartilaginem istiusmodi *tam cum claviculae capitulo quam cum sinu sterni terminis oppositis connasci* scripsit *Weitbrechtius*. Ovalem videlicet lingulam referens superiori extremo claviculae, inferiori autem sterni sinui firmiter adhaerescit.

sternum excurrentes cum ligamentis miscentur χ. a claviculae capitulo proficiscentes.

5. Musculus *subclavius*.

6. Ejus tendo.

7. 8. 9. Ligamentum *bicorne*, quod a processu scapulae coracoideo interius assurgens ab exterioribus et inferioribus ad interiora et superiora oblique explicatur et duas quasi taenias dividitur. Cornu superius in faciem inseritur claviculae inferiorem prope ligamentum alterum rhomboideum: inferius autem ad costam migrat inferius positam sub tendine musculi *subclavii*, qui ab his cornubus coercetur quodammodo ac roboratur. Fibrae nonnullae cornu superioris ulterius aliquando progredientes abscendunt a clavicula et cum rhomboideo ligamento ad supremam costam descendunt (1).

10. 11. Ligamenta duo tuberi innata processus scapulae coracoidei, quibus interjacet bursa mucosa. Oblique feruntur in superiora, et in faciem claviculae externam sese immittunt (2).

12. In latere sinistro. Fibrae tendinosae validissimae quae connexionem circumdant processus acromii cum claviculae extremo, et ab ipsomet processu in claviculam infiguntur.

(1) Nullam apud Neotericos de hoc ligamento mentionem fieri olim existimabam; verum silentio praeterire nequeo *Weitbrechtium* clariss. expansionem quamdam membranaceam commemorasse, ad quam fortasse ligamentum bicorne referri posset. *Tandem*, inquit ille (*Syndesmologia* Sect. II. §. 21.) *sicco pede plane praetereunda non est irregularis quaedam* expansio membranacea, *quae hic locorum cum membranis musculorum accumbentium confusa circumvagatur*, *omnesque lacunas et angulos*, *inter ligamentum triangulare, acromium*, *processum coracoidem*, *claviculam*, *cervicem et spinam scapulae*, *pinguedine spissos complet. Haec involvit vasa*, *transit cum illis per sulcum semilunarem scapulae, reflectit denuo versus processum coracoidem et claviculam, involvit vasa subclavia usque ad sternum, musculoque subclavio pulvinar quasi et vaginam suppeditat ; quae vagina , in sede musculi postica saepe sub habitu* perfecti ligamenti *ex interna et antica processus coracoidis facie in claviculam profecti*, *apparere solet*.

(2) Unum tantummodo ligamentum hîc loci Anatomici etiam recentiores descripserunt, idque vocant *trapezoiden*. Bursam et duo ligamenta vidit etiam *Monro*, (*a description of all the Burs. mucos.* Tab. I. F. F. I.)

13. In latere dextero. Ligamentum *scapulare proprium anterius*, quod ad exteriore processus coracoidei margine ortum ducit et in acromii faciem anteriorem terminatur. Ligamentum hoc satis robustum binos processus pontis ad instar revincit: ad acromion angustum est, dein sensim sensimque diducitur in planitiem, atque explicatur.

14. 15. 16. In sinistro latere. Robustum ligamentum orbiculare quod a collo et cilio capitis scapulae 14. secedit, et in bursam explicatum, humeri caput 15. superscandit, et in ipsius collum 16. inseritur.

17. Membrana ligamentosa, quam *Weitbrechtius* appellat *adscititiam*. Ex latere posteriori et simul externo processus coracoidei ortum ducit, et sub ligamento scapulae anteriori (13. in latere dextro) procedens ad exteriora in suprema humeri parte ligamentum contegit orbiculare, eique firmissime adhaerescit.

18. Externum humeri tuberculum.

19. Sulcus tuberculis intercedens, in quo continetur et excurrit.

20. Tendo musculi *bicipitis* longior, cylindricus, qui a margine supremo cavitatis scapulae glenoideae proficiscitur.

21. Vagina ligamentosa quae tendinem ipsum in sulco coercet atque recondit.

22. In brachio dextero. Ligamentum capsulare ita dissectum, ut humeri caput τ. cartilaginea crusta obtectum conspici posset.

23. Ubi ligamentum ipsum sub humeri collo terminatur.

24. Glandulae nonnullae, quae mucum effundunt ad ossium superficiem laevigandam atque inungendam tributum.

25. Os humeri.

TABULA XLII.

Ex eodem Opere.

Posticam capitis, colli, thoracisque superficiem sistit ligamentis omnibus vertebrarum, costarum et brachii, quae posterius locantur, sua sede rite praeparatis.

In Capite et Collo. *A.* Os verticis dexterum.

B. Idem os a sinistris.

C. Sutura inter ipsamet ossa verticis.

D. Os occipitis, seu pars occipitalis ossis spheno-occipitalis.

*. Sutura inter os occipitis et ossa verticis *lambdoïdea* dicta.

E. Processus mastoideus ossis temporis sinistri.

F. Cellulae ejusdem processus resecti a dexteris.

G. Processus styloideus ejusdem ossis temporis dexteri.

H Ejus processus zygomaticus.

I. Meatûs auditorius.

K. Ossis jugalis ora exterior et inferior.

L. Ejusdem ossis facies posterior.

M. Ossis maxillaris apophysis palatina.

N. Maxillae facies posterior concava.

O. Ejus angulus.

P. P. - - - condylus dexter videlicet et sinister.

Q. - - - processus coronoideus.

R. R. Membrana ligamentosa contegens musculum *temporalem* Tab. XLI *d. d. d. d.*

S. Membrana capsularis ligamentosa, quae articulationem

complectitur processus condyloidei *P.* cum osse temporum. Tab. XLI. *q.*

T. Ligamentum maxillae *laterale*, quod oritur a postico margine cavitatis illius glenoideae, qua maxillae ipsius condylus reconditur. Descendit inferius simul et exterius, et faciei maxillae posteriori adglutinatur loco fere medio inter angulum et condylum, ubi asperitates occurrunt in eadem facie facillime conspiciendae. Planam taeniolam refert ligamentum istiusmodi, membranaceam, at non *tenuem* uti *Weitbrechtus* affirmat: immo saepissime validissima est. Inter ligamentum hoc et condylum vasa decurrunt et nervi, qui maxillae foramen ingressi, maxillae et dentibus prospiciunt; et fortasse ad id potissimum datum nobis fuisse videtur, ut non tam maxillae nimiam mobilitatem impediat in anteriora, quam ut vasa ipsa et nervos coerceat, ne in vario maxillae motu propria sede et directione deturbentur atque dissiliant (1).

U. Membranaceum aliud ligamentum, idque tenuius, quod a processu exit styloideo ossis temporis, inferius progreditur exteriusque, ut posteriori maxillae superficiei prope angulum obfigatur. Insertionem firmat musculi *pterygoidei interni*, cui validissime abhaeret.

X. Lacertus ligamentosus qui a medio tuberculo exortus quod in atlante spinae vices gerit in occiput affigitur. Funiculi robustissimi pars est, qui inferius productus cum spinosis vertebrarum omnium processibus coalescit.

Y. Y. Membrana annuli posterioris atlantis, quae videlicet a

(1) Aliud juxta *Weitbrechtum* hujus ligamenti officium est. Putat nimirum ea de ratione datum esse ut *glandula parotis; undique luxurians, partim basim aliquam nanciscatur, partim coerceatur, ne nimis profunde versus interiora se insinuet, atque in motu damnum quodpiam patiatur* (*Syndesmol.* Sect. III. §. 5.) Verum raro, ni fallor, in cadaveribus glandula istiusmodi ligamentum pertingit laterale; et si augeretur etiam ea de ratione ut ad ligamentum preveniret, quid inde damni consequi posset, profecto non video, cum actione musculorum; et continuo maxillae motu ipsamet glandula comprimatur semper et agitetur.

supremo et posteriore atlantis margine procedens in occiput finem habet: membranam hanc *Soemmerringius* appellat *ligamentum vertebrae primae proprium*.

Z. Pars ejusdem membranae oblique decurrens a transverso atlantis processu ad eam occipitis sedem qua musculus adnectitur *rectus capitis posticus major*.

a. a. a. a. Viae per quas venae transeunt et nervi (1).

b. b. Arcus posterior vertebrae colli primae.

c. c. Ejusdem processus transversi.

d.e.f.g.h.i. Arcus posterior uniuscujusque vertebrae colli: *d.d.* secundae: *e.e.* tertiae: *f.f.* quartae: *g.g.* quintae: *h.h.* sextae: *i.i.* septimae.

k.l.m.n.o.p. Processus obliqui seu articulares earumdem vertebrarum: *k.k.* secundae: *l.l.* tertiae: *m.m.* quartae: *n.n.* quintae: *o.o.* sextae: *p.p.* septimae.

q. Spinosus epistrophaei processus bifurcatus ut in reliquis colli vertebris.

r. s. t. u. Spinosae apophyses tertiae, quartae, quintae colli vertebrae.

y. Funiculus ligamentosus qui a processu spinoso vertebrae secundae ad tuberculum transit posterius atlantis et inde ad occiput.

z. z. z. z. Lacerti ligamentosi, qui ab uno ad alterum processum spinosum vertebrarum colli decurrunt, eosque colligant inter se. A margine scilicet superiori processus *s*. vincula oriuntur, quae in marginem inferiorem terminantur processus *r*. superincumbentis (2).

(1) Membranam istiusmodi perforant venae, quae sanguinem ab exterioribus cervicis partibus in sinus revehunt laterales, tum et nervi qui ab oblongata medulla prodeuntes per occiput disperguntur. Id semper vidi, et viderat etiam *Weitbrechtus*, qui *multis nervis et vasis sanguineis pertusam* esse scripsit (loc. cit. Sect- III. §. 9.); ideoque miror summopere cl. *Mauchart*, qui primae et secundae vertebrae ligamanta tanto studio prosequutus est, hiatus istiusmodi *non observasse* (*Capitis articulatio cum prima et secunda colli vertebra* 1747. §. 11.).

(2) Praeter haec vincula cl. *Winslowius* membranam quamdam inter ligamenta retulit, quae ab occipite ad apophysim usque spinosam septimae vertebrae porrigitur, et *ligamentum* dixit *cervicalem posticum*. Membranam hanc delineavit quoque *Loderus*

β. β. Ligamenta processuum obliquorum primae et secundae vertebrae cervicis. Notum quippe est obliquos processus inferiores atlantis cum similibus apophysibus articulari iisque superioribus vertebrae secundae, ex quo etiam processus istiusmodi *articularium* apophysium nomen obtinuerunt. Articulationem hanc ligamentosa membrana complectitur de qua dictum etiam fuit Tab. XLI. *t.* et T. XLIII. Fig. I. *n. o p.* *Weitbrechtus* appellat *ligamenta processuum ascendentium et descendentium*.

γ. γ. γ. γ. γ. Ligamenta crurum *subflava*. Posteriores videlicet arcus ossei vertebrarum, qui in spinosam apophysim conveniunt, ita distant inter se, ut spatia quaedam posterius comprehendant. Spatia istiusmodi ligamenta occupant quae a colore dicuntur *subflava*, et quae a margine inferiore cujuslibet vertebrae ad superiorem limbum producuntur vertebrae illius quae proxima succedit. Vide Tab. XLVI. Fig. II.

δ. δ. δ. δ. δ. Ligamenta quae articulationem ambiunt processuum obliquorum in caeteris colli vertebris. Tab. XLIII. Fig. I. *r.* Fig. III. *O.*

In dorso, lumbis, et costis. 1. - 12. Vertebrae dorsi duodecim.

ε. Arcus postici margo superior in qualibet vertebra.

ζ. Ejusdem arcus inferior margo.

η. Capitulum processus transversi uniuscujusque vertebrae.

θ. Costae.

ι. ι. ι. ι. Capitulum sextae, septimae, octavae, nonae, et decimae costae, quo cum vertebris articulantur.

κ. κ. κ. κ. Ligamenta *subflava*, quae a margine supremo ε. vertebrae inferioris ad limbus transeunt inferiorem ζ. vertebrae superioris.

λ. λ. λ. Funiculus ligamentosus, quo apices junguntur processuum omnium spinosorum.

μ. μ. μ. Ligamenta processuum transversorum. Ab apice, ex. gr.,

et *nuchae ligamentum* appellavit. Nos vero, cum tunica haec musculorum insertioni proxime famuletur qui in collo siti sunt, inter ea ligamenta quae ad molliores partes pertinent jure adnumerandam esse censemus.

inferiori processus transversi vertebrae dorsi tertiae lacertus exortus in processum descendit transversum vertebrae quartae, ec. (1).

ν. Ligamentum quod articulationem firmat processuum obliquorum undecimae et duodecimae vertebrae dorsi a sinistris.

ξ. Simile ligamentum a dexteris, at ita separatum, ut apophysis obliqua duodecimae vertebrae in oculos incurrat *o*.

π. *π*. Vincula quaedam minima ab apophysi obliqua et superiori in inferiorem decurrentia, quae una cum arcu osseo vertebrae proximae foramen constituunt *ρ*., per quod ramus posterior nervorum spinalium viam sibi facit ad exteriora.

13. *14*. *15*. Vertebrae lumborum superiores: *13*. prima, *14*. secunda, *15*. tertia.

16. Earum processus transversi.

17. - - - - corpora.

18. Ligamenta cartilaginea, quibus corpora ipsa connectuntur, vulgo *cartilagines intervertebrales*.

19. Ligamenta subflava, quae spatia occludunt inter arcus posticos vertebrarum lumbalium.

20. *20*. *20*. Funiculus ligamentosus, quo in lumborum vertebris spinosarum apophysium apices junguntur, illi continuus qui spinosis dorsalium vertebrarum processibus instratus est.

21. Ligamenta validissima, quae articulationem ambiunt processuum obliquorum in lumbis.

22. Simile ligamentum at revolutum, ut obliqua apophysis superior *23*. vertebrae tertiae lumborum conspici pos-

(1) Ligamenta istiusmodi nonnisi inter processus transversos quintae, sextae, septimae, octavae, nonae, decimae vertebrae adesse scripsit *Weitbrechtus*. Iis tamen saepius inter se connecti vidi processus tertiae, quartae et quintae; et fortasse *membraneum* illud *ligamentum* est, quod *Vesalius* porrigi observavit ab uno processu in alterum *tota intervalli amplitudine*. (Vide *Weitbrechti* Syndesmol. Sect. IV. §. 21.)

set, tum et commissura inter processum hunc, et obliquam apophysim inferiorem vertebrae secundae.

24. Ligamenta, seu validissimi tendinei lacerti, qui transversos lumbarium vertebrarum processus colligant.

25. Musculi intercostales externi.

σ. Fragmenta tendinum ad musculum dorsi *longissimum* pertinentium.

26. 27. 28. Ligamenta costarum *transversalia externa*. A margine postico et externo processus transversi cujuslibet vertebrae initium ducit singulare ligamentum breve, planum ac fibrosum, quod in asperiusculo tuberculo costae proximae terminatur. 27. Simile ligamentum undecimae costae quod adscendit. 28. Ligamentum duodecimae oblique descendens.

29. 29. 29. Ligamenta seu aponeuroses, quae a transversis processibus vertebrae lumborum primae et secundae in duodecimae costae inferiorem marginem inseruntur.

30. 30. Membrana tendinea validissima undecimam costam cum duodecima colligans.

31. Nervis spinalis per membranam translucens.

τ. Ligamenta inter costarum cervicem et processum vertebrarum transversum (*Weitbrechtus* ligamenta vocat *transversaria interna*). A cervice costae tertiae sinistrae, quintae, sextae, septimae, nonae costae dextrae ligamentum adscendit extrorsum, atque in facie inferiori et extrema processus transversi vertebrae superioris finem habet. Vide Tab. XLIV. (1).

φ. *Ligamenta cervicis costarum externa*. Horum quodlibet a margine superiori cervicis costae procedens adscendit

(1) Quaeret fortasse quispiam de me, quì fiat, ut neque in omnibus vertebris ligamenta exhibeam processuum transversorum μ. neque in costis omnibus ligamenta transversalia interna τ. , neque ea quae proxime describenda sunt φ.? An inter processus transversos sextae et septimae dorsi vertebrae ligamentum μ. deest, quod in caeteris conspicitur? An ligamento φ. costae nonnullae destituuntur? Minime quidem; at cum ligamenta haec omnia ita in cadavere disposita sint, ut unum alteri incumbat, quâ media, quâ vero exteriora abscindere oportuit, ut ea quae profundius latebant facilius et sua sede possent delineari.

oblique ad interiora pone ligamentum internum transversale, et in limbum immittitur inferiorem processus obliqui vertebrae proxime superioris. Figuram habet persaepe triangularem.

ψ. In costa dextera nona, undecima, et sinistra quinta, sexta, nona teretes quosdam fasciculos delineavimus, qui ligamenta constituunt costarum *accessoria*. Saepius enim in cadaveribus preater vincula jam descripta, lacerti adsunt ligamentosi qui transversum vertebrae processum cum proximae costae cervice quâ oblique, quâ recta connectunt.

In scapulis, et brachiis.

A. Scapulae superficies posterior et infraspinata.

B Ejus costa seu margo exterior.

C. - - basis.

D. Margo seu costa superior.

E. Incisura in hoc margine excavata nervos excipiens et vasa.

F. Angulus inferior scapulae.

G. - - - superior simul et interior.

H. Initium spinae.

I. Processus acromii a dexteris.

K. Spina resecta a sinistris.

L. Fovea supraspinata.

m. Radix processus coracoidei.

N. Clavicula.

O. Ejus extremum.

P. Os humeri.

Q. Humeri caput crusta obtectum cartilaginea.

R. - - - - collum.

s. Ligamentum scapulae *proprium posterius*. Ab angulo acuto et interno incisurae *E*. exterius et oblique decurrens in superiora angulo innascitur externo ipsius incisurae, seu protuberantiae posteriori radicis processus coracoidei. Quandoque duplex est; incisuram subtendit et claudit (1).

(1) *Weitbrechtus et Soemmerringius* in causam inquisiverunt, cur incisurae isti-

t. t. t. Ligamentum scapulae *commune conoides*, quod partim a ligamento *proprio postico s.*, partim a radice processus coracoidei *m.* prope incisuram crassis fibris et validissimis marginem petit posteriorem et extremum claviculae.

T. Ligamentum capsulare a scapulae collo procedens et caput humeri undique complectens a dexteris.

u. Funiculus, qui à radice spinae scapulae exortus ligamento immiscetur capsulari.

U. Foramen cellulosa membrana repletum, per quod transit ramus arteriae circumflexae pergens ad acromium.

X. Tendo musculi *infraspinati*.

Y. Quâ ligamentum capsulare humero connectitur.

Z. Ligamentum idem dissectum, ut humeri caput *Q.* veniat in conspectum.

usmodi ligamentum potius limites ponat quam ossea lamella. Recte autem *Soemmerringius* rem explicare conatus est. *Forsan*, inquit ille, *vasa chordae huic tendinosae subjecta*, *depressa scapula*, *nimis ossi adfricarentur* (de corp. human. fabrica. Tom. II. §. 54.).

TABULA XLIII.

Ex oedem Opere.

Ligamenta exhibet, quae Caput colligant cum prima et secunda vertebrà cervicis.

FIGURA I.

Cranii facies anterior cum colli vertebris nonnullis superioribus.

A. Os frontis.
B. B. Margo superior orbitae.
C. C. Fornix orbitae.
D. D. Os maxillare.
E. Spina a processu nasali inferiori ipsius maxillae producta.
F. F. Os jugale.
G. G. Apophysis zygomatica ossis temporis.
H. H. Ejusdem processus mastoideus seu mammillaris.
I. I. - - - - - - - - - - styloideus.
K. K. Ossa palatina.
L. L. Hamulus pterygoidei processus interni.
M. M. Os occipitale.
N. N. Processus Atlantis transversi.
O. O. Arcus anterior ejusdem vertebrae.
P. Tuberculum in atlantis parte media atque anteriore, quod corporis vices gerit.
Q. Q. Corpus vertebrae secundae.
R. R. - - - - - - - - - - tertiae.

S. S. Corpus vertebrae quartae.

T. Processus transversi earumdem vertebrarum.

U. Processus obliqui inferiores vertebrae quartae, qui laevi induuntur crusta cartilaginea.

a. Septum nasi cartilagineum: Tab. XLI. *p.*

b. Pars cartilaginis superioris triangularis: ibid. *g.*

c. d. Fibrae ligamentosae, quae septum cartilagineum *a.* inferius et anterius revinciunt processui nasali ossis maxillaris; earum nonnullae *c.* a spina ad septum recta procedunt, et mediae jacent inter obliquos fasciculos *d.* qui lateribus adglutinantur cartilaginis ipsius.

e. e. f. Cartilago, quae inter os temporis et maxillae inferioris condylum interponitur: *e. e.* limbus ejus tumidulus, qui membranae adhaeret capsulari *g.* qua maxillae articulatio continetur: *f.* superficies inferior cartilaginis, in qua subsidit et extenuatur.

g. g. Membrana articularis, quae a sinu glenoideo ossis temporum dextri et a tuberculo jugi descendens limbo adnascitur operculi cartilaginei, et in condylo maxillae obliteratur. Est *membrana inferior Weitbrechti*. Exteriorem superficiem vide Tab. XLI. *q.*

h. Sinus glenoideus ossi temporis sinistro insculptus laevi lamina cartilaginea obtectus, cum quo condylus articulatur maxillae inferioris.

i. i. *Membrana annuli anterioris*, quae apud *Mauchart* et *obturans anticum atlantis occipitale* ligamentum. Spatium occupat et occludit inter apophysim basilarem ossis occipitalis, a qua ortum ducit prope magnum occipitis foramen, et arcum atlantis anteriorem, in cujus marginem superiorem disperditur. Fibrae oblique decurrunt ab interioribus ad exteriora.

k. Lacertus rectus medius fibrarum perpendicularium, qui ab occipite in anterius abit atlantis tuberculum, eique firmissime adhaerescit.

l. l. Fibrae ligamentosae transversim decurrentes, quae a transverso atlantis processu veniunt tam dextero

quam sinistro, et in arcum anteriorem prope tuberculum disperguntur (1).

m. m. Fascia longitudinalis anterior vertebrarum ab anteriori atlantis tuberculo inferius producta. Tab. XLI. *s. s. s.*

n. Ligamentum articuli sinistri processuum obliquorum, quibus prima vertebra cum secunda articulatur Tab. XLI. *t.*

o. p. Idem ligamentum dissectum a dexteris ut rima inter processus obliquos ipsarummet vertebrarum conspici posset, et *o.* facies inferior processus obliqui inferioris vertebrae primae laevi cartilagine crustata.

q. q Ligamenta cartilaginea, seu cartilagines intervertebrales inter secundam et tertiam, inter tertiam et quartam vertebram cervicis.

r. r. Ligamenta inter processus obliquos seu articulares vertebrarum ipsarum.

FIG. II.

Os occipitale ab anteriori parte una cum duabus superioribus vertebris colli.

A. A. Ossis occipitalis facies anterior et concava.

B. Apophysis basilaris, qua os ipsum occipitale ossi connectitur sphenoideo anterius.

C. C. Condyli, quibus caput cum atlante committitur.

d. d. Foraminis occipitalis ora anterior.

E. E. Processus atlantis transversi.

(1) Fibras hasce peculiare ligamentum constituere putavit *Weitbrechtus*, illudque vertebrae primae *proprium* esse scripsit. Etsi vero hoc numquam viderit *Mauchart*, illud tamen et in omnibus cadaveribus facillime praeparari posse certus scio, et observavit etiam *Loderus*, qui in anatomicis tabulis fasciculos istiusmodi delineare non dubitavit. Quid autem sibi voluerit *Soemmerringus* cl. in hujus ligamenti descriptione profecto non intelligo. Postquam enim *Weitbrechti* figuram XXXIII. *m.* indicavit, quae tum nostrae tum *Loderi* praeparationi respondet, ligamentum istiusmodi *marginem posteriorem foraminis occipitalis inter et marginem superiorem annuli* posterioris *atlantis positum* esse scribit (*de corp. hum. fabr.* Tom. II. §. XV. pag. 12.).

F. Tuberculum quod corporis vices gerit in atlante.

G. Corpus vertebrae secundae.

H. H. Ejus processus transversi.

I. I. - - - - - - - obliqui inferiores.

K. Ligamentum, quod detracta membrana annuli anterioris in oculos incurrit. Ab extrema apophysi odontoide vertebrae secundae exoritur anterius et in limbum inseritur anteriorem foraminis occipitalis. Ligamentum hoc Fig. VII. a posterioribus repraesentat *h.*

L. L. Ligamenta duo oblique decurrentia ab ipsomet dente in marginem lateralem ejusdem foraminis. Vide Fig. VII. *i. i.*

m. m. Ligamenta articularia, quae articulationem amplectuntur condylorum occipitis cum sinu superiori tam dextero quam sinistro atlantis.

n. Ligamentum quo corpus vertebrae secundae cum atlantis arcu anteriore connectitur. *Mauchart* vocat ligamentum *obturans anticum atlantis-epistrophaeum.*

o. o. Ut in Fig. I. *n. o.*

FIG. III.

Cranii basis a parte posteriore una cum vertebris colli quatuor superioribus. Serra resecta et detracta est pars posterior ossis occipitis una cum arcu posteriore omnium vertebrarum, ita ut canalis vertebralis paries anterior conspici posset.

A. Pars basilaris ossis occipitis.

B. B. Pyramides ossium temporum: a nonnullis dicuntur *apophyses petrosae.*

C. C. Processus mastoidei a posterioribus.

D. D. - - - - - - styloidei.

E. E. Foramina seu canales, per quos nervus facialis et acusticus sibi viam facit.

F. F. Incisura, seu rima pro vena jugulari et nervo vago.

G. G. Partes laterales vertebrae primae.

H. H. Unde posterior arcus a lateribus oritur vertebrae primae dissectus.

I. I. Apophyses ipsius vertebrae seu processus transversi.

L. L. Portio arcus posterioris vertebrae secundae, tertiae et quartae.

M. Superficies inferior et posterior corporis in quarta vertebra.

N. N. Ligamentum *m.* Fig. II. a posterioribus.

O. O. Ligamentum *r.* Fig. I. a posterioribus.

P. P. *Fascia longitudinalis postica*, a qua dura meninx separata jam fuit. Fibrae videlicet validae et crassae ab occipitis osse ortum ducunt interius supra marginem foraminis anteriorem. Descendunt inferius, atlantis arcum anteriorem, tum et secundae vertebrae corpus transgrediuntur a posterioribus, dein corporibus ipsis vertebrarum omnium adglutinantur. Infra secundam vertebram fibrae quibus fascia conflatur, ab una ad alteram vertebram tantum procedunt, etsi unum atque continuum ligamentum componere videantur (1).

Q. Ubi fascia ligamentosa a dente vertebrae secundae nonnihil elevatur.

q. q. Fibrae ligamentosae, quae supra faciem posticam corporis vertebrarum decurrunt iisque adhaerescunt.

r. r. Vincula cellulosa, quae fasciam ligamentosam lateribus vertebrarum reviinciunt.

FIG. IV.

Eadem cranii et colli pars ac in Fig. III.

A. B. C. D E. F. G. H. I. L. M. Ut in Fig. III.

n. n. Condyli ossis occipitis crusta cartilaginea tecti, quibus os istiusmodi cum prima cervicis vertebra committitur.

(1) Vertebras omnes intra canalem medullae spinalis peculiari tubo ligamentoso (*tuyau ligamenteux, entonnoir*) connecti scripsit *Winslowius*. Hujus tamen tubi praesentiam recte in dubium revocavit *Weitbrechtus* (Sect. IV. §. 12.).

O. O. Foramina quae supra condyloideas apophyses spectanda occurrunt, et per quae nervi permeant linguales sequentes.

P. Q. Ut in Fig. III. *O. P.*

R. Fasciae ligamentosae pars superior dissecta et reflexa.

S. S. Fasciculi ligamentosi, qui sub apparatu *P. Q.* Fig. III. ab occipitis interna superficie prodeuntes corpori epistrophaei firmiter affiguntur. Fibrae nonnullae a limbo veniunt foraminis *O. O.* aliae a margine interno processus condyloidei *n.* Sulcum reliquunt *U. X.* in quo et ligamentum transversum et ejus appendix superior locatur (1).

t. t. Lacerti ligamentosi exigui at validissimi qui ab interno margine sinuum articularium superiorum vertebre primae procedentes cum fasciculis immiscentur *S S.* ut in idem secundae vertebrae corpus se posterius insinuent (2).

(1) Horum lacertorum aggeriem *apparatum ligamentosum* appellat *Weitbrechtus*, eumque in duas partes dividit: *priorem* videlicet quae fasciae subest longitudinali, *hiatum anteriorem inter occiput et vertebram primam interne claudit*, *dentem ejusque vincula transgreditur;* et *profundiorem*, quae sulcum occupat inter dentem et latera atlantis. Icone etiam apparatum istiusmodi demonstrare curavit, quae naturali harum partium structurae minime respondet. Cl. *Mauchart* etsi apparatum *ligamentorum singularem*, *plurim*, *plus minus distinctorum*, *fortius*, *laxiusque sibi invicem adglutinatorum accumbentiumve* adesse fateatur; partem tamen illam quae prope occiput est *lamellam exteriorem* esse putat *appendicis superioris ligamenti transversalis*: partem autem inferiorem pro ligamento habet *vaginali* dentis epistrophaei. Quod ad me attinet, si in hoc opinionum discrimine, aliquid conjectari fas est, neque *Weitbrechtum* neque *Mauchart* vincula istiusmodi recte cognovisse arbitror, quemadmodum ea aut non vidit aut neglexit *Loderus*, qui fasciam longitudinalem posticam pro apparatu ligamentoso delineavit. Et re quidem vera cum ligamenta, quae hac figura repraesentavi, neque appendicibus ligamenti transversi neque denti superinducantur, patet, ni fallor; a *Weitbrechto* et a *Mauchart* exteriorem lamellam fasciae longitudinalis *apparatui*, de quo sermo est, rributam fuisse. Si enim fascia ipsa diligenter ab iis vinculis separetur, appendix superior ligamenti transversi *X.* nuda in oculos incurrit, nullo fasciae tegmine superstite. Nam vero cum *vaginali* dentis ligamento inferior pars confundi possit, ii sane dijudicent, qui iconem hanc cum icone sexta hujus Tabulae *t. t. t.* velint comparare.

(2) De his lacertis a prima vertebra prodeuntibus nullam apud Syndesmologiae scriptores mentionem invenio.

U. Ligamentum atlantis *transversum*, de quo vide Fig. V. et VI.

X. Ejusdem ligamenti appendix *superior R.* Fig. V.

Y. - - - - - - - - - - - - - - - *inferior S.* Fig. V.

FIG. V.

Eadem cranii pars una cum atlante et epistrophaeo a posteriori parte.

A.B.C.D.E.F.G.H.I. Ut in Fig. III.

K. Superficies inferior simul et posterior marginis inferioris et antici in vertebra secunda.

L. Portio arcuum posteriorum vertebrae ipsius, qui in spinosam apophysim conveniunt.

m. m. Quâ ipsimet arcus resecti sunt una cum processu spinoso.

n. n. Foraminis occipitalis margo anterior.

o. o. Ut in Fig. III. *N.*

P. P. Ut in Fig. III. *O.*

Q. Ligamentum *transversale* atlantis. A minimo quodam tuberculo dextero atlantis ipsius ortum ducit (quod sinui articulari ejusdem lateris subjacet interius), dein transversim decurrens retro dentem vertebrae secundae ejus collum complectitur, et ad sinistrum tuberculum simile pergit, in eoque inseritur validissime. Ligamentum hoc ab aliis omnibus separatum ostendit Figura sexta, quae proxime succedit.

R. *Appendix superior* ligamenti transversi, quod a margine exsurgens superiore ligamenti transversi dentem transgreditur et supra limbum anteriorem et internum foraminis occipitalis ossi firmissime accrescit. Etsi Syndesmologiae Scriptores triangularem formam huic appendici tribuant, basi transversum ligamentum spectante; cum tamen particulam hanc in plurimis cadaveribus accurate contemplatus sim, eam semper latescere prope occiput animadverti.

S. Ejusdem *appendix inferior*. A margine descendit inferiore ligamenti ipsius transversi et superficiei affigitur posteriori corporis epistrophaei, in qua fibris nonnihil convergentibus finem habet (1).

t. t. Vincula, quae a margine postico et superiore corporis epistrophaei ad marginem transeunt inferiorem simul et posteriorem arcus anterioris Atlantis.

u. u. Ligamenta dentis *lateralia* pone appendicem superiorem decurrentia, quae accuratius delineata vide in Fig. VII.

FIG. VI.

Prima et secunda colli vertebra a parte posteriori, ut ligamenti transversi figura et incessus, tum et vaginalis ligamenti situs et connexio veniat in conspectum.

a. Tuberculi, quod in atlante pro corpore est, margo superior.

b. b. Arcus anterior vertebrae ipsius.

c. c. Limbus scutuli quod excavatum est in facie postica tuberculi *a.* et cum quo faciecula anterior dentis epistrophaei articulatur.

d. d. Sinus atlantis articulares superiores, crusta cartilaginea tecti, cum quibus occipitis condyli committuntur.

e. e. Processus atlantis transversi.

f. f. Foramina iisdem processibus insculpta pro transitu arteriae vertebralis.

g. g. Arcus hujus vertebrae posterior.

h. Asperitates quaedam, quae in hac vertebra spinae vices gerunt.

i. i. Corpus vertebrae secundae a posterioribus.

k. Apophysis ejus odontoides, seu *dens*.

l. l. Processus transversi vertebrae secundae.

(1) Cl. *Mauchart* transversum ligamentum ejusque appendices uno *cruciformis* ligamenti nomine comprehendit.

m. m. Ejus processus obliqui inferiores.
n. n. - - - arcus posterior.
o. - - - spina bifurca.
p. Ligamenti transversi pars media. Fig. V. *Q.*
q. q. Extrema hujus ligamenti teretia et durissima, quae inseruntur in tubercula duo prope sinus articulares atlantis.
r. Appendix inferior. Fig. V. *S.*
s. - - - - - superior resecta.
t. t. t. Ligamentum *vaginale* seu membrana quae limbum scutuli *c. c.* margini connectit faciéculae anterioris dentis cum scutulo ipso articulatae (1).
u. u. Fila ligamentosa quae sunt *t. t.* Fig. V.
x. x. Glandulae quae in sinu quodam parum excavato locantur pone tubercula quibus extrema affiguntur ligamenti transversi (2).

FIG. VII.

Pars basilaris ossis occipitalis una cum portione ossium temporalium et duabus prioribus colli vertebris a posteriori parte.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. m. n. Ut in Fig. V.

(1) De hoc ligamento vaginali a nemine hactenus delineato ita egit *Mauchart* ut a se primum detectum esse glorietur. Annon vero germen illud est ab *Eustachio* memoratum *(de motu Capitis* pag. 208. *) tenee ac membranosum ab interna ligamenti sede principium sumens, undique circa dentis radicem insertum, primam vertebram secundae connectens?* Quo tamen cumque modo *Eustachii* mentem Anatomici interpretari velint, certum est ligamentum istiusmodi a *Weitbrechto* minime praetermissum fuisse. Vidit enim ipse *coaptationem cartilagineam processus dentiformis ad annulum vertebrae primae anteriorem non quidem plane nudam, sed circumquaque tectam esse singularibus fibrillis ligamentosis* ec. (Sect. IV. §. 8.). Et cum fibrillis sane membrana confletur quae vaginale ligamentum constituit, neque alia ligamenta hanc coaptationem tegant circumquaque, nescio profecto quonam jure scripserit *Mauchart* hunc *Weitbrechti* locum *non debite, clare et distincte perstringere illud ligamentum, quod* ipse *vaginale salutavit.*

(2) Glandulas hasce memoravit idem *Mauchart*, an ab aliis vero delineatae fuerint prorsus ignoro. Et revera *Soemmerringius* cl. in atlantis descriptione de tuber-

a. a. Processus articulares superiores vertebrae secundae laevi cartilagine crustati.

b. Corpus ejusdem vertebrae.

c. Facies postica dentis epistrophaei, quae laevi induitur lamina cartilaginea. Fig. VI. *k.*

d. d. Arcus atlantis anterior.

e. e. Ligamenta *t. t.* Fig. V.

f. f. Lacerti ligamentosi, qui collo dentis adnascuntur, et sursum oblique pergentes supra marginem internum processus condyloidei finem habent. *Weitbrecht* Fig 34 *h.*

g. g. Pars superior ipsorum ligamentorum, quae ab acumine dentis nata hinc et hinc divaricantur, et ad horizontem decurrentia eumdem superiorem marginem internum petunt processus condyloidei occipitis cui adglutinantur lacerti *f. f. Weitbrecht* Fig. 34. *g.*

h. Ligamentum dentis *medium rectum* (1) a dentis extremo superiori adscendens et in anteriorem marginem foraminis occipitalis insertum. Fig. II. *K.*

i. i. Ligamenta duo lateralia et obliqua, quae etiam vide Fig. II. *L. L.*

culo verba facit et de foveola seu sinu, *cui ligamentum atlantis illigari* scribit (*de hum. corp. fabrica* Tom. I. pag. 235.).

(1) *Vesalius* primum, (de Corp. hum. fab. Lib. I. Cap. XV.) dein *Eustachius* (de motu Capit. tum Tab. anat. XLVII. Fig. IX.) descripserunt et Tabulis demostrarunt a dentiformi secundae vertebrae processu teres ligamentum et rectum assurgere, quod in occipitis partem anteriorem finem habet. Ligamentum hoc *imaginarium* videtur *Weitbrechto*, qui tamen *fibrositatibus* quibusdam summum dentis apicem cum occipite recta via committi observavit (Sect. III. §. 16.). *Mauchart Eustachio* assentitur, *Loderus Weitbrechto*. Postremis tamen hisce temporibus *Eustachii* figuram ad examen revocavit *Andreas Comparetti*, (Obs. anat. de aure interna comparata pag. 368.) et particulam *d.*, quam pro dente habuit *Albinus* (in expl. Tab. Eustach.) ligamentum esse autumat et appendicem superiorem sive ascendentem a transverso ligamento productam. At si *Comparettus* ad *Eustachii* descriptionem recte intelligendam cadavera consuluisset, vidisset profecto ligamentum rectum medium ab appendice superiore longe differre, et particulam *d.* nil aliud esse quam processum vertebrae dentiformem, quemadmodum *Albinus* docuerat.

TABULA XLIV.

Ex eodem Opere.

Ligamenta sistit, quae costas cum vertebris revinciunt, tum ea quibus pelvis ossa tam inter se, quam cum vertebris, et cum femore conjunguntur, ab anteriori parte spectata.

4.-12. Corpora vertebrarum dorsi, videlicet quartae, quintae, sextae, septimae, octavae, nonae, decimae, undecimae et duodecimae.

13.-20. Costae dexterae: *13.* quinta: *14.* sexta: *15.* septima: *16.* octava: *17.* nona: *18.* decima: *19.* undecima: *20.* duodecima.

21.-28. Costae totidem a sinistris.

A. Corpus vertebrae quartae a superiore parte, cui lamina adhuc inhaeret ligamenti cartilaginei, seu cartilaginis intervertebralis.

B. B. Ejusdem vertebrae apophyses articulares superiores.

C. - - - - - - - - - - arcus posterior.

D. - - - - - - - - - - processus transversus sinister.

E. Faciecula eidem processui insculpta et cartilagine crustata, quâ tuberculum quartae coxtae articulabatur.

F. G. H. I. Processus transversus sinister vertebrae *F.* octavae, *G.* nonae, *H.* decimae, *I.* undecimae.

K. Ligamenta cartilaginea, quibus ipsarum vertebrarum corpora insimul connectuntur.

L. L. Fascia longitudinalis anterior, a tuberculo atlantis de-

scendens, et vertebrarum corporibus superextensa (Tab. XLI. *s. s. s.*).

M. m. n. Ligamenta capituli costarum. A capitulo videlicet cujuslibet costae ligamentum procedit duobus plerumque fasciculis constans, quorum alter *m.* corpori affigitur vertebrae proxime superioris; alter vero *n.* in vertebra inferiore fibris radiatim dispositis obliteratur.

p. p. Ligamenta cervicis costarum interna.

N. N. - - - - - - - - - - - - - - - externa.

O. Ligamenta quibus duodecima costa processui tranverso alligatur vertebrae lumborum primae.

29.-33. Vertebrae lumborum; *29.* prima; *30.* secunda; *31.* tertia; *32.* quarta; *33.* quinta.

34.-37. Earumdem vertebrarum processus transversi; scilicet *34.* vertebrae primae; *35.* secundae; *36.* tertiae; *37.* quartae.

38.-40. Processus obliqui superiores vertebrae secundae, tertiae et quartae.

P. P. Os sacrum ab anteriori parte.

Q. Q. Q. Foramina anteriora ossis sacri.

R. R. Crista ossis iliûm tam a dexteris quam a sinistris.

S. S. Ossis iliûm facies superior.

T. T. Apophysis ossis iliûm anterior et superior.

U. U. - - - - - - - - - - - - anterior et inferior.

X. X. Ora pelvis.

Y. Y. Inferius crus ossium pubis.

Z. Z. Crus descendens seu tuberculum ossis ischii.

41. Acetabulum seu cavitas ischiadica.

42. Femoris sinistri caput cartilagine crustatum.

43. - - - - - - - - - collum.

44. 44. - - - - trochanter major.

45. 45. - - - - - - - - - - - minor.

46. 46. - - - - corpus.

47. Linea, quâ ligamentum inseritur continens articulum coxae.

α. α. Ubi *fascia longitudinalis* anterior vertebrarum dissecta est.

β. γ. δ. Ligamenta intervertebralia cartilaginea. β. β. Fasciculi exteriores ligamentorum intervertebralium, qui a dexteris oblique sinistra petunt, et a margine procedunt superiore inferioris vertebrae, ut in limbum inferiorem finem habeant vertebrae superincumbentis. γ. γ. Interiores lacerti, qui sub exterioribus jacent atque opposita directione decurrunt. δ. δ. Fasciculi omnium intimi, qui fere transversim disponuntur.

ε. ε. Vincula tendinea inter transversum processum quartae vertebrae lumborum et cristam ossis iliûm.

ζ. ζ. Validissima ligamenta, quibus ossa innominata alligantur ad processum transversum quintae lumborum vertebrae. Ligamentum istiusmodi tam a dextera quam a sinistra crista ossis iliûm interius procedunt et memoratum processum undique complectuntur (1).

η. η. η. Vincula quae ab eodem processu educta super os iliûm expansa ansas efficiunt et intercapedines relinquunt pro transitu nervorum lumbalium.

θ. θ. Membrana ligamentosa, quae oram contegit pelvis interiorem.

ι. ι. ι. Membrana ligamentosa, quae fibris intexta in decussim abeuntibus eas ossis sacri sedes occupat, ubi in foetu aderant ligamenta cartilaginea β. γ. δ. (2).

κ. κ. Ligamenta, quae connectunt os sacrum cum ossibus iliûm.

λ. λ. λ. - - - - - - - - - foramina circumdant ossis sacri anteriora.

μ. μ. μ. Ligamentum *Vesalii*, *Falloppii* aut *Paupartii*, quod ab apophysi anteriori et superiori, in quam crista ossis

(1) Cl. *Weitbrechtus* (Sect. IV. §. 23. quem inscribit. *Ligamenta inter ultimam lumborum vertebram et os sacrum*) de his ligamentis se loquuturum esse pollicetur §. 37. At si hunc locum consulas, nullam ibidem de his vinculis mentionem invenies.

(2) Anatomici ad unum omnes membranam hanc neglexerunt.

iliûm anterius terminatur, transmeat in pubis synchondrosim.

ν. Fibrae quaedam ligamentosae, quae spatium occupant inter apophysim superiorem et inferiorem ossis iliûm anterius.

ξ. ξ. Ligamenta quibus pubis synchondrosins coercetur et confirmatur.

π. Ligamentum pubis inferius.

ρ. ρ. Ligamenta duo robusta et teretia, quae ab interno margine inferioris cruris ossisum pubis ad synchondrosim adscendunt.

σ. σ. σ. Membrana obturans foraminis ovalis, seu thyroidis, quod apud nonnullos ligamentum est *obturatorium*.

τ. Foramen pro transitu nervi et arteriae obturatoriae.

φ. φ. φ. Foramina alia minora, per quae arteriae, venae et nervi obturatorii surculi ab interioribus transeunt ad exteriora.

χ. Ligamentum capsulare articulum continens ossis femoris dextri cum cavitate ischiadica.

ψ. Fasciculi, qui sub apophysi anteriori et inferiori ossis iliûm ad ligamentum χ. accedunt.

ω. Fasciculi alii ab osse pubis.

a. b. Ligamentum capsulare sinistrum dissectum: *a.* portio, quae a cilio procedit acetabuli: *b.* portio inferior, quae sub collo femoris obliteratur.

c. Cilium ipsius cavitatis cartilagineum, quo acetabulum adaugetur; margo, labrum sive ora appellatur.

d. Ligamentum sic dictum *teres*, quod a sinu educitur, qui cotiloideae cavitatis fundum occupat et in femoris caput descendit.

e. Pars ejus tenuior et membranacea.

f. Portio ligamenti, quae extra cavitatem ischiadicam ortum ducit interius, et collum ipsius cavitatis circumdat usque ad eum locum ubi osseum cavitatis, cilium interruptum est. Ibi vero sub labro seu liga-

mento cartilagineo sibi viam facit in acetabulum (1).

g. h. Vasa arteriosa: *g.* ramus arteriae obturatoriae: *h.* arteriolae duae, quae una cum ligamento *f.* cavitatem penetrant costiloideam ut ligamento tereti immisceantur.

i. i. Retinacula membranae capsularis.

(1) Vid *Tom. Schwencke* Haomatologia: accedit observatio de acetabuli ligamento interno, etc.

TABULA XLV.

Ex eodem Opere.

Ligamenta exhibet quae internam et posticam pelvis superficiem occupant.

FIGURA I.

Os iliûm dexterum ab interiori parte et a latere delineatum una cum tribus lumborum vertebris inferioribus, osse sacro, coccyge, et caeteris pelvis ossibus.

A. B. C. Corpus vertebrarum lumbalium, *A.* tertiae, *B.* quartae, *C.* quintae.
D. E. F. Processus obliquus superior sinister earumdem vertebrarum: *D.* tertiae, *E.* quartae, *F.* quintae.
G. H. I. Earum processus obliquus inferior.
K. L. M. - - - processus transversus sinister.
N. O. P. - - - - - - - - - spinosus.
Q. Q. Anterior et concava superficies ossis sacri.
R. R. Superficies ejusdem ossis lateralis, auriculae figuram referens, inaequalis, cartilagine crustata, quâ os sacrum cum osse iliûm sinistro connectebatur.
s. s. s. Ossa coccygis.
T. T. Os iliûm dexterum ab interiore parte.
U. U. Ejus crista.
X. - - - apophysis superior et anterior.
Y. - - - apophysis inferior et anterior.
Z. Quâ spina ossis ischii ortum ducit.
Γ. Γ. Tuber ischii.

l

Δ. Crus adscendens ischii.

Θ. Crus descendens ossis pubis dexteri.

Λ. Quâ os pubis dexterum cum socio colligabatur. Facies istiusmodi cartilagine inducta sinum praebet in centro aliquantulum excavatum (1).

a. a. a. Ligamentum, quo apices processuum spinosorum revinciuntur inter se: vide Tab. XLII. λ. λ.

b. b. Membrana interspinalis, quae videlicet a limbo educitur inferiore uniuscujusque spinae, et in marginem superiorem evanescit spinae alterius quae proxime et inferius succedit (2).

c. c. c. Ligamenta intervertebralia cartilaginea (Tab. XLIV. β. γ. δ.).

d. d. Vincula, quae a corpore vertebrae quintae lumborum, et quidem ab ejus margine externo et inferiore descendunt extrorsum et ossi sacro superius adglutinantur.

e. e. Ligamentum cristae ossis ilium firmissime adnatum illi continuum, quod Tab. XLIV. ζ. ζ. delineatum fuit.

f. f. f. Membrana tendinea, qua superior ossis ilium facies contegitur.

g. g. Membrana ejusdem indolis, qua connexio firmatur ossis ilium cum sacro.

h. h. Ligamentum quod descendens a tubere inferiore ossis ilium prope articulationem ejus cum lateribus sacri per-

(1) Quoties hujus commissurae fabricam ad examen revocavi, toties pubis ossa, quâ se mutuo respiciunt, tenui lamella cartilaginea obducta esse cognovi, quin peculiarem cartilaginem ossibus ipsis interjectam viderim quae eorum inserviat connexioni, ut plerique Anatomici affirmare non dubitarunt. Ligamentum sane validissimum, fere cartilagineum pubis ossa colligat, iis prorsus simile, quae ex uno in aliud vertebrarum corpus feruntur, eaque conjungunt inter se. Eamdem structuram descripsit cl. *Jo: Gottl. Walter* in dissertatione cui titulum fecit *Ueber die Spaltung der Schaambeine*, Berlin 1782.

(2) Cl. *Weitbrechtus* membranam hanc ita delineatam exhibuit, ut fibrae a radice ad apicem processuum spinosorum decurrant. *Soemmerringus* autem etsi ligamentorum descriptionem *Weitbrechti* figuris referat membranam tamen istiusmodi *ex irregularibus fibris* componi tantummodo scripsit.

git oblique inferius et interius et in exteriorem marginem terminatur ipsiusmet sacri infra secundum foramen anterius.

i. i. Funiculus ligamentosus, qui sub fornice decurrit incisurae superioris iliacae; oritur ab ischii spina *Z.*, et tuberi adnascitur inferiori ossis iliûm unde ligamentum *h.* procedere diximus.

k. k. Membrana ligamentosa posticae ossis ischii faciei superinducta.

l. Membrana tendinea foramen obturans thyroideum. Tab. XLIV. σ.

m. Tab. XLIV. τ.

n. o. p. Ligamentum sacro-ischiadicum *majus*, sive *tuberoso-sacrum*. Lata basi *n. n.* oritur a tubere ossis iliûm, et a tuberculo tertii et quarti processus ossis sacri, tum a margine interno et laterali ipsiusmet ossis sacri et primi ossis coccygis. Fibrae ab his locis procedentes contrahuntur in ligamentum *o. o.* quod in inferiora oblique descendit, latescit iterum et ischii tuberi adnascitur. Portio interna hujus ligamenti *p. p.* falciformis, erecta et membranacea reliquum ligamentum fere secat, et cum ad ischii tuber pervenit, pone internum ipsius crus Δ nonnihil adscendit.

q. r. s. t. Ligamentum sacro-ischiadicum *minus*, sive *spinoso-sacrum*. Ab apophysibus duabus transversis et inferioribus ossis sacri *q. q.* et a margine interno ossiculorum omnium quae coccygem componunt *r. r. r.* lata basi secedit. Fibrae ligamentosae in funiculum collectae *s.* inseruntur *t.* in acutum processum seu spinam *Z.* ossis ischii quam circumplectuntur.

u. Ligamentum sacro-coccygeum anterius, cujus fibrae abeunt in decussim.

x. x. x. Vincula alia minora et lateralia, quorum ope coccygis ossa ad os sacrum retinentur confirmanturque.

FIG. II.

Pubis synchondrosis a facie interna.

a. a. Pars acetabuli seu cavitatis ischiadicae.
b. b. Ramus horizontalis ossium pubis membrana tectus ligamentosa.
c. Quâ pubis ossa insimul committuntur.
d. Spina ossis ischii sinistri.
e. Eadem spina truncata a dexteris.
f. f. Crus ischii descendens, quod a posterioribus membrana induit ligamentosa.
g. g. Tuber ipsiusmet ossis.
h. h. h. Ligamentum obturatorium quod ovale foramen occludit: Tab. XLIV. σ.
i. i. Hiatus pro vasorum ac nervorum quorumdam transitu.
k. k. k. Foramina nonnulla minora.
l. l. l. Membrana tendinea, quae supra musculum obturatorem internum extensa, carneas fibras propria in sede quodammodo firmat atque coercet.
m. Via, per quam tendo musculi obturatoris interni de pelvi egreditur.
n. n. Ligamentum annulare ossium pubis: Tab. XLIV. π.
o. o. Vincula quae ab adscendente crure ossis ischii sursum pergunt, et in pubis synchondrosim terminantur. Exteriora vide Tab. XLIV. ρ.
p. p. Ossa diffracta.

FIG. III.

Pelvis facies postica.

A. B. C. D. Arcus posterior vertebrarum lumbarium: *A.* secundae, *B.* tertiae, *C.* quartae, *D.* quintae.
E. E. E. Processus transversi earumdem vertebrarum secundae, tertiae, et quartae.

F. F. Processus obliqui superiores vertebrae secundae.

G. G. G. Ligamenta subflava Tab. XLII. χ.

H. H. H. Ligamenta quae articulationem amplectuntur processuum obliquorum.

I. K. Vide Tab. XLII. ξ. *o. 22. 23.*

L. L. Vide Tab. XLII. λ. λ.

M. M. Crista ossis iliûm.

N. N. Ejusdem cristae tuber posterius.

O. Incisura ischiadica.

P. P. Ischii crus descendens.

Q. Q. - - - spina.

R. R. - - - tuber.

S. S. Ossium pubis facies postica.

T. Processus transversus sinister vertebrae tertiae ossis sacri.

U. U. Processus transversi vertebrae quartae.

X. X. Tubercula ejusdem vertebrae, cum quibus cornua primi ossiculi ad coccygem pertinentis articulantur.

Y. Y. Tubercula vertebrae quintae ossis sacri.

Z. Foramina superiora et postica ossis ejusdem.

a. a. Secundum par foraminum.

b. Vertebra secunda ossis coccygis.

c. c. Collum femoris.

d. d. Trochanter major.

e. e. - - - - - - minor.

f. f. Corpus femoris ipsius.

g. g. h. Ligamentum *anticum superius*, quod est ζ. ζ. Tab. XLIV. In hoc autem cadavere ligamento ipsi fasciculus addebatur *h.* ab apophysi transversa vertebrae lumborum quartae procedens.

i. Ligamentum *anticum inferius* dexterum. Infra praecedens positum est, brevius et validissimum. Ab apophysi obliqua et inferiori vertebrae quintae lumborum ligamentum istiusmodi semper oriri animadverti, etsi Syndesmologiae scriptores a transverso ejusdem vertebrae processu illud enasci doceant. Transversim decurrit

et cristae adhaeret ossis iliûm quâ ipsamet crista inclinatur ad posteriora ut in tuber crassescat *N.* superius memoratum.

k. k. Ligamentum *posticum longum* ossis coxae. Crassus est funiculus a tubere posteriori *N.* ossis iliûm ad processum transversum *U.* vertebrae quartae ossis sacri oblique descendens.

l. Ligamentum *posticum breve* ossis coxae, quod ab ossis iliûm tubere interius secedens in transverso processu *T.* vertebrae tertiae ossis sacri finem habet.

m. m. Ligamenta *lateralia postica* ossis coxae, quae primam vertebram ossis sacri cum tubere ossis iliûm connectunt.

n. n. Ligamentum quoddam profundius locatum sub ligamentis *m.* Funiculus istiusmodi a superiori et interna tuberis *N.* superficie eductus in spinam secundae vertebrae ossis sacri obliquo ductu terminatur.

o. o. o. Ligamenta accessoria, vaga, in superficie posteriori ossis sacri hinc inde distributa.

p. p. Membrana ligamentosa quae a quarta vertebra ossis sacri descendens primum coccygis ossiculum transgreditur, et in secundam ipsius coccygis vertebram *b.* fere evanescit.

q. q. Vincula, quibus caetera coccygis ossicula insimul colligantur.

r. s. t. Ligamentum *tuberoso-sacrum* a facie posteriori. Vide Fig. I. *n. o. p.*

u. x. Ligamentum *spinoso-sacrum*. Vide Fig. I. *q. r. s. t.*

y. y. Membrana obturans ovale foramen. Fig. II. *h. h. h.*

z. z. Capsulare ligamentum, quo femoris caput in acetabulo retinetur.

TABULA XLVI.

Ex eodem Opere.

Ligamenta praebet, quae in facie sterni postica et in interna vertebrarum cavitate distribuuntur.

FIGURA I.

Os sterni cum claviculis et costarum fragmentis a posteriori parte, qua pectoris caveam respicit.

A. A. Clavicularum extremum, quod cum acromio scapulae processu committitur.
B. Extremum alterum, quod cum sterno articulatur, ligamento capsulari obtectum. Tab. XLI. χ.
c. Ligamentum interclaviculare. Tab. XLI. ϕ.
d. e. f. In latere sinistro. Tab. XLI. ψ. ω. *1. 2. 3.*
G. G. Costa prima.
H. I. Costae caeterae: *I.* earum cartilagines.
k. Ligamentum, quo costa prima claviculae alligatur.
l. l. Vincula, quae prope sternum ab una cartilagine in alteram transeunt.
m. m. Membrana tendinea ubi sextae, septimae et octavae costae cartilago curvatur.
N. N. Vide Tab. XLI. *θ. ι.*
O. O. Fibrae ligamentosae a costarum cartilaginibus in sternum radiatim procedentes.
P. P. Membrana ligamentosa fibris longitudinalibus conflata, quae internam sterni superficiem obtegit et radiatis costarum vinculis immiscetur.
Q. Q. Ligamenta cartilaginis mucronatae.

FIG. II.

Arcus posterior vertebrae dorsi duodecimae, et omnium vertebrarum lumbarium, ab anteriori parte spectatus.

A. A. Crura processuum spinosorum, sive arcus vertebrarum posterior.
B. B. Ubi crura conveniunt in apophysim spinosam.
C. C. Ubi radices arcuum abscissae.
D. D. Processus obliqui inferiores vertebrae lumborum quintae.
E. Ejusdem vertebrae processus spinosus.
F. Ligamenta *subflava:* Tab. XLII.
G. Rima, quam tunica claudit cellulosa ubi dextera ligamenta ad apophysim spinosam cum sinistris committuntur.

FIG. III.

Facies posterior corporis earum vertebrarum, quarum arcus Fig. II. delineatus.

A. Corpus vertebrae dorsi duodecimae.
B. - - - - - - - - - - lumborum quintae.
C. C. Quâ radices arcuum abscissae.
D. D. Ligamenta intervertebralia.
E. E. *Fascia longitudinalis posterior* vertebrarum, illi continua, quam corporibus vertebrarum cervicalium superinduci demonstravimus Tab. XLIII. Fig. III. Fascia istiusmodi lumborum vertebris nonnisi laxe adhaeret cellulosae membranae et vasorum interventu: firmius autem cartilaginibus adglutinatur seu ligamentis intervertebralibus *D. D.*
F. F. Ejusdem fasciae productiones tenuissimae et validissimae, quae super ipsas cartilagines a latere explicantur.

F I G. I V.

Vertebra lumborum quarta a superiori parte una cum cartilagine, quae vertebram ipsam tertiae colligat.

a. Radix arcus posterioris.
b. b. Processus transversi.
c. c. - - - - - obliqui superiores.
d. - - - - - spinosus.
e. Foramen medullae spinalis.
f. f. Cartilago intervertebralis ex crassis fibris ad modum semicirculorum elegantissime dispositis compacta. Fibrae quae centrum tenent cartilaginis ipsius, molliores sunt quam eae, quae periphaeriam occupant.
g. Nucleus gelatinosus in posteriore parte eademque media cartilaginis conspicuus (1).

(1) Nucleus istiusmodi mollis est, neque in eo aut fibrae aut circuli conspiciuntur; ideoque miror summopere cl. *Morgagnum* scripsisse *in posteriore eademque media parte ipsam* (cartilaginis) *substantiam magis durescere* (Adv. Anat. III. Animad. L.) Optimam nobis tam cartilaginis quam nuclei descriptionem reliquit *Weitbrechtus* (loc. cit. Sect. IV. §. 14.); et post eum *Alex. Monro* (Medical essays and observ. publis. by a Society in Edinburgh Vol. V. P. I. num. xviij.).

TABULA XLVII.

Ex eodem Opere.

Ligamenta quae humerum cum cubito colligant anterius, cubitum cum carpo, et ossa manus inter se.

FIGURA I.

Manus dexterae ligamenta superficialia anteriora.

A. Humeri pars inferior.
B. - - - - - condylus internus.
C. - - - - - - - - - - - externus.
D. Ulna.
E. Radius.
F. Quâ tendo *bicipitis* affigitur.
G. Membrana capsularis cubiti.
H. Fibrae oblique decurrentes, quibus ipsa membrana roboratur.
I. Ligamentum laterale internum.
K. - - - - - - - - - - - externum.
L. Ligamentum *accessorium* anticum, quod a processu ulnae coronoideo productum capsulari ligamento accumbit et super anticam faciem illius annuli decurrit, in quem extremitas radii superior conformatur.
M. Membrana interossea.
n. n. Hiatus pro transitu vasorum.
N. Extremum ulnae inferius.
O. - - - - - radii.
P. Os multangulum majus.
Q. - - triquetrum.

R. Ossis hamati processus unciformis.

S. Os orbiculare seu pisiforme.

T. U. Ossa metacarpi: *T.* pollicis: *U.* caeterorum digitorum.

X. Ossa primi ordinis digitorum.

Y. - - - ordinis secundi.

Z. - - - - - - tertii.

a. a. a. Membrana capsularis, quae articulum cubiti et carpi laxe complectitur.

b. b. c. Ligamentum carpi proprium internum, quod ab osse orbiculari *S.* et a processu unciformi *R.* ossis hamati secedens pontis instar ossibus inseritur multangulo majori *P.* et naviculari quem contegit *c.*

d. Tendo musculi *radialis interni.*

e. Ligamentum ab osse metacarpi pollicis ad ligamentum internum carpi proprium accedens.

f. Ligamentum alterum accessorium, quod extremitatem complectitur metacarpi quinti quâ cum carpo articulatur.

g. Fibrae ligamentosae ab ulnae processu styloideo in os orbiculare descendentes.

h. Fibrae a margine ulnae inferiore in ipsum os orbiculare productae.

i. Ligamentum rectum externum inter os orbiculare et metacarpi quintum.

k. Ligamentum quod exteriorem marginem ossis triquetri cum metacarpi quinto connectit.

l. Simile ligamentum inter os hamatum et idem os metacarpi.

m. m. Ligamentum volare, taeniolam referens, quae orta a basi quinti metacarpi caeteris metacarpi ipsius ossibus supersternitur.

n. Fasciculus fibrarum insertionem tendinis coercens *radialis interni,* et os metacarpi secundum cum primo connectens.

o. Membrana capsularis articulum coercens ossis navicularis et multanguli majoris.

p. Similis membrana inter os multangulum majus et pollicis metacarpum.

q. Membrana capsularis, quae articulationem firmat ossis metacarpi pollicis cum osse primo.

r. Ligamentum laterale ejusdem articuli.

s. Tendo *flexoris longi* pollicis.

t. t. Vagina transversis fibris conflata per quam tendo ipse decurrit.

u. Ligamentum obliquum.

x. Membrana qua os primum pollicis cum secundo committitur.

y. Quâ tendo inseritur *flexoris longi*.

z. z. z. Ligamenta inter capitula ossium metacarpi.

α. α. Vaginae armillas accurate referentes, sub quibus flectentium musculorum tendines trajiciuntur.

β. γ. Origo vaginalis ligamenti: ab uno videlicet labro acuto *β.* uniuscujusque phalangae membrana secedit *α. α.* quae in labrum alterum acutum phalangae ipsius *γ.* finem habet.

δ. δ. Fibrae ligamentosae transversae ad articulos digitorum.

ε. ε. ε. Tendines musculi *sublimis* seu *perforati*.

ζ. ζ. ζ. - - - - - - - - - - *profundi* seu *perforantis*.

η. Quâ tendo musculi *sublimis* secundo digitorum ossiculo adglutinatur.

θ. Quâ inseritur tendo musculi *profundi*.

ι. Ligamenta cruciata.

κ. - - - - - obliqua.

λ. Vaginale ligamentum discissum ut tendines musculorum flectentium veniant in conspectum.

μ. Sulcus seu canalis per quem tendines ipsi decurrunt.

F I G. I I.

Ligamenta quae sub superficialibus occurrunt in manu sinistra.

A. B. C. Ut in Fig. I.
D. D. Extremum humeri inferius laevi cartilagine crustatum.
E. Fovea, quae recipit caput radii *G.* in cubiti flexione.
F. Similis fovea pro ulnae processu coronoideo.
G. Caput radii crusta obtectum cartilaginea.
H. Ulnae processus coronoideus.
I. I. Membrana capsularis dissecta et revoluta.
K. Ejus origo.
L. Quâ ulnae collo alligatur.
M. Ligamentum laterale internum.
N. Ligamentum radii orbiculare, quod ab anteriore margine secedit sinus ulnae lateralis, cum quo radii caput articulatur. Radii collum complectitur quaquaversum. Vide Tab. XLVIII. Fig. I. et III.
O. Corpus ulnae.
P. - - - - radii.
Q. Membrana interossea.
r. r. Hiatus pro vasorum et nervorum quorumdam transitu.
S. Extremum radii inferius.
T. Capitulum ulnae inferius, cartilaginea lamina indutum.
U. Membrana capsularis discissa et revoluta, quae ulnae capitulum *T.* carpo revinciebat.
X. Eadem membrana articulum carpi complectens.
Y. Os naviculare.
Z. - - lunatum.
Γ. - - triquetrum.
Δ. - - orbiculare.
Θ. - - capitatum.
Λ. - - hamatum.
Ξ. Ejus processus unciformis.
Π. Os multangulum majus.
Σ. Ossa metacarpi, ut in Fig. I. *T. U.*

Φ. Ossa primi ordinis digitorum.
Ψ. - - - secundi ordinis.
Ω. - - - tertii ordinis.
a. Fibrae ligamentosae ab ulnae processu styloideo ad os orbiculare productae.
b. b. b. Fibrae quae a margine cavitatis glenoideae radii pergunt ad os orbiculare Λ., et ad lunatum *Z.*
c. c. Fibrae ab osse naviculari *Y.* et multangulo majore Π. ad os capitatum Θ. procedentes.
d. Vincula inter os lunatum *Z.* et capitatum Θ.
e. - - - - inter os hamatum Λ. et capitatum Θ.
f. - - - - inter naviculare *Y.* et multangulum majorem Π.
g. - - - - inter os orbiculare et processum unciformem ossis hamati.
h. - - - - quae idem os orbiculare cum quinto metacarpi osse connectunt.
i. Vide Fig. I. *k.*
k. Ligamentum inter os hamatum et basim ossis metacarpi quinti.
l. l. Membrana capsularis, quae articulum coercet ossis multanguli majoris cum basi ossis metacarpi primi.
m. Margo ossis multanguli majoris cartilaginea lamina tectus, quâ cum osse metacarpi primo articulatur.
n. Basis ossis metacarpi primi simili cartilagine crustata, quâ respondet multangulo majori.
o. Ligamentum *accessorium laterale* internum membranae capsularis *l. l.*
p. q. Tendo musculi *radialis interni* sub canaliculo decurrens ligamentoso: *q.* ubi affigitur basi metacarpi secundi.
r. Ligamentum *sublime majus* ossis metacarpi tertii.
s. - - - - - - - - - - - *minus* ejusdem ossis.
t. - - - - - - volare inter basim ossium metacarpi secundi et tertii.
u. u. - - - - - - inter os capitatum et basim ossium metacarpi tertii et quarti.
x. x. x. Ligamentum volare quod ab osse metacarpi quinto pro-

cedens, quarto ossi adhaerescit, et in tertio finem habet.

y. y. y. Ligamenta quae capitula nectunt ossium metacarpi.

z. z. z. Vide Fig. I. α.

β. Tendo musculi *sublimis*.

γ. γ. Crura hujus tendinis quae in secundo osse digitorum evanescunt.

δ. Tendo musculi *profundi*.

ε. Quâ affigitur tertio ossi digitorum.

ζ. Vinculum *accessorium breve* tendinis δ. ε. quod inter crura tendinea inseritur musculi *sublimis*.

η. η. η. Simile vinculum *breve*, quo tendo musculi *sublimis* retinetur.

θ. Vinculum accessorium *longum* tendinis musculi *profundi*.

ι. ι. Vincula longa ad tendinem pertinentia musculi *sublimis*.

κ. κ. κ. Ligamenta capsularia quae articulationem firmant ossium metacarpi cum ossibus primi ordinis digitorum.

λ. λ. Ligamentum capsulare discissum, ut articulus pateat ossis metacarpi cum primo osse digitorum.

μ. Quâ ligamentum capsulare ope frenuli cujusdam foveolae innascitur ossis metacarpi.

ν. Ligamenta lateralia.

ξ. - - - - - - interiora quae super articulum decurrunt primi ossis digitorum cum secundo.

π. Articulus ipse.

ρ. Ligamenta interiora in articulo secundi ossis digitorum cum tertio.

σ. - - - - - lateralia.

τ. Ossium articulus.

υ. Laterale et obliquum ligamentum inter os metacarpi, et os pollicis primum.

FIG. III.

Vincula carpi et metacarpi nonnulla repraesentat, sub iis collocata, quae Fig. II. delineata exhibentur.

A. Radii extremum inferius.
a. a. Ejus cavitas glenoidea lamina cartilaginea crustata.
B. Ulnae extremitas inferior.
C. Os naviculare.
D. - - lunatum.
E. - - triquetrum.
F. - - orbiculare.
G. - - hamatum.
H. Ejus processus unciformis.
I. Os capitatum.
K. - - multangulum majus.
L. Ossa metacarpi.
b. b. b. Membrana capsularis carpi resecta.
c. Ligamentum quod processum radii styloideum ossi alligat naviculari.
d. Fibrae ad osse lunato ad os triquetrum productae.
e. - - - quae radii extremum cum triquetro nectunt.
f. - - - ab osse lunato procedentes ad naviculare.
g. - - - quae ab osse naviculari transeunt ad os hamatum.
h. Fig. II. *f.*
i. Fig. II. *l.*
k. Fig. II. *o.*
l. Vincula ab osse capitato ad hamatum.
m. Ligamenta, quorum ope os metacarpi secundum et tertium ossi multangulo majori revincitur.
n. Fibrae ab osse capitato procedentes in os metacarpi secundum et tertium.
o. - - - inter os hamatum et metacarpi tertium.
p. p. p. - - - inter os orbiculare et metacarpi tertium, quartum, et quintum.
q. q. Ligamenta quibus unum os metacarpi proximo alligatur.

FIG. IV.

Ligamenta, quae articulationi ossium carpi proxime inserviunt.

A. B. C. D. E. E. Ut in Fig. III.

F. Faciecula ossis triquetri, cartilagine crustata, cum qua articulatur os orbiculare.

G. H. I. K. Ut in Fig. III.

L. Faciecula ossis multanguli majoris, cui committitur os metacarpi primum.

M. Os multangulum minus.

N. Os metacarpi secundum.

O. Quâ os metacarpi secundum committitur cum capitulo tertii.

P. Os metacarpi quintum.

Q. Quâ committitur cum quarto.

R. Ossis hamati superficies, cui respondet basis ossis metacarpi quarti.

S. Faciecula ossis capitati, cui insidet os metacarpi tertium.

T. Cavitas glenoidea radii.

U. Cartilago intermedia triangularis carpi.

X. Membrana capsularis resecta.

Y. Ulnae extremum inferius.

Z. Ligamentum quod ortum ducit ab extremitate radii inferiore quâ ulnam respicit: inferius decurrit, et foveae glenoideae affigitur ulnae ipsius.

a. a. a. Ligamenta minora.

b. Superficies ossis lunati, qua cum cubito articulatur.

c. Eadem superficies in osse naviculari.

d. Membrana mucosa, quae ossa ipsa insimul connectit.

e. Fig. III. *f.*

f. Fibrae inter os multangulum minus et capitatum.

g. - - - inter os multangulum minus et majus.

h. - - - - - - - - - - - - - - - - - - et os metacarpi secundum.

n

i. Fibrae inter os capitatum et os metacarpi secundum.
k. Ligamentum, quo basis ossis metacarpi quinti cum osse triquetro articulatur.
l. Ligamentum, quo basis ossis metacarpi secundi cum osse committitur multangulo majore.
Caetera ut in Fig. III.

FIG. V.

Digitus index dexter cum osse metacarpi suo et ligamentis, a latere.

A. Os metacarpi.
B. Os digiti primum.
C. - - - - secundum.
D. - - - - tertium.
E. Membrana capsularis articuli primi, videlicet ossis metacarpi cum osse primo digiti ipsius.
F. Similis membrana in articulo secundo.
G. - - - - - - - - - - - - - - - tertio.
H. H. H. Ligamenta lateralia.

TABULA XLVIII.

Ex eodem Opere.

Ligamenta in postica cubiti superficie et manus dorso collocata.

FIGURA I.

Ligamenta, quae, detracta cute, in carpo et manu conspiciuntur, una cum ligamentis, quae humerum cum cubito posterius colligant.

A. Ossis humeri facies posterior.
B. Condylus ejus internus.
C. - - - - - - - - externus.
D. Ulna.
E. Ejus processus posterior, quem vocant *olecranum*.
F. - - - - - - - - anterior, qui *coronoideus* dicitur.
G. Radius.
H. I. K. L. Membranae capsularis portio postica (Vide T. XLVII. Fig. I. *G.*): *I.* quâ ab humero descendit (Fig. II. *I.*): *K.* quâ ulnae olecrano inseritur: *L.* quâ processui coronoideo.
M. Ligamentum laterale internum.
N. Membrana quae laxe radium circumdat et ulnae revincit.
O. O. Membrana interossea.
P. Hiatus pro vasorum transitu.
Q. Chorda transversalis, de qua vide Fig. III. *O.*
q. q. q. Musculi *extensoris communis digitorum* tendines truncati.
r. Tendo musculi *indicatoris*.
s. - - - - - - - - *extensoris proprii* digiti minimi.
S. - - - - - - - - *abductoris longi* pollicis.

n 2

T. Tendo *extensoris* pollicis.

U. Tendo truncatus musculi *flexoris longi* pollicis ipsius.

W. Os primum metacarpi.

X. - - secundum.

Y. Y. Ligamentum commune carpi dorsale, a radio versus ulnam oblique descendens, quod etiam *transversale* seu *armillare* vocant alii. Tendines coercet musculorum digitos et manum extendentium, et canaliculos seu vaginas peculiares praebet pro transitu tendinum quorumdam, musculi, puta, abductoris longi pollicis *S.*, vel extensoris *T.*

z. z. z. z. Tendines musculi *extensoris communis* supra metacarpum decurrentes.

Z. Z. Z. Portiones tendineae, quibus ipsimet tendines in dorso manus cohaerent inter se.

Γ. *Indicatoris* musculi et *extensoris* tendo communis ad indicem pertinens.

Δ. Tendines extensoris communis digito medio et annulari distributi.

Ξ. Tendo extensoris proprii digiti minimi, qui super dorsum fertur ejusdem digiti.

η. η. η. η. η. Extrema tendinum extensorum, quâ capitulo affiguntur ossis primi uniuscujusque digiti.

θ. θ. θ. θ. θ. Quâ ultra basim secundi ossis ipsamet extrema producta, in dorso finem obtinent ossis secundi.

κ. Aponeurosis ambiens articulum pollicis cum metacarpo, et tendini communi inserta extensorum pollicis.

λ. Tab. XLVII. Fig. I. *t.*

μ. Tab. XLVII. Fig. II. *χ.*

Θ. Θ. Θ. Θ. Aponeuroses, quae a tendinibus extensorum productae articulos ambiunt ossium primi ordinis digitorum cum ossibus metacarpi.

Λ. Λ. Λ. Λ. Aponeuroses quas tendines emittunt musculorum *lumbricalium* et *interosseorum*. Tendinibus immiscentur extensorum, et in iis evanescunt, continuae aponeurosi Θ. Θ.

ν. Tendo musculi *lumbricalis* primi, qui acceptis a tendine extensoris fibris nonnullis decurrit ad os tertium digiti indicis.

ξ. ξ. ξ. Tendines interosseorum, qui ad os tertium pariter feruntur indicis, medii, et annularis.

π. π. π. Tendines interosseorum (videlicet *prioris* digiti medii, *prioris* annularis, et *prioris* auricularis), qui una cum tendinibus lumbricalium ossi tertio digitorum affiguntur.

ρ. Tendo communis musculi *abductoris* digiti minimi, et *flexoris parvi*.

σ. σ. *Retinaculum*, sic dictum, tendinum qui ad interosseos musculos pertinent.

τ. τ. τ. Extrema ossa digitorum.

FIG. II.

Ligamenta quae in dorso manus sub tendinibus musculorum occurrunt et sub armillari carpi ligamento.

A. B. C. D. E. F. G. Ut in Fig. I.

H. Membrana capsularis cubiti dissecta et sursum revoluta.

I. I. Ejus origo ab osse humeri.

K. Portio ejusdem membranae ulnae olecrano inserta.

L. Sinus in humeri extremitate posterius excavatus, qui ulnae olecranum recipit in brachii extensione.

M. Tuberculum humeri ipsius laevi cartilagine crustatum, cum quo caput radii *N.* articulatur.

O. Ligamentum laterale internum cubiti.

P. Ligamentum radii orbiculare, de quo vide Fig. III. *H. I.*

Q. Fibrae nonnullae, quae in hoc cadavere ad ligamentum orbiculare accedebant.

R. Vide Fig. I. *N.*

S. Chorda transversalis.

T. Membrana interossea.

U. U. U. Hiatus pro transitu vasorum.

X. X. X. Sulci in extremitate radii inferiore exculpti, et tunica valida ligamentosa induti, per quos tendines decurrunt quorumdam musculorum.

Y. Membrana ligamentosa, quae ulnae extremum radio revincit.

Z. Ligamentum *rhomboides* a *Weitbrechto* appellatum, seu fibrae validiores, quae a margine cavitatis radii ad os triquetrum obliqua directione feruntur.

β. Fibrae a radii processu styloideo ad os multangulum majus procedentes.

γ. Membrana ligamentosa quae carpi ossa colligat exterius.

δ. Fibrae ab osse triquetro ad os hamatum productae.

ε. – – – – ab osse triquetro ad os capitatum.

ζ. – – – – ab osse capitato ad multangulum majus.

η. – – – – quae a vinculo *β.* descendunt ad os multangulum minus.

θ. Ligamentum quod obvolvit os multangulum majus, et ejus connexionem cum metacarpo pollicis.

κ. Fibrae quae ab osse capitato pergunt ad os metacarpi secundum.

λ. Fibrae ab eodem osse capitato ad metacarpi tertium.

μ. – – – – – – – – – – – – – – – – ad os metacarpi quartum.

ξ. Ligamentum dorsale quod decurrit a basi ossis metacarpi primi ad basim secundi.

π. ρ. Ligamenta dorsalia quae ossibus interjacent metacarpi secundi et tertii, tum tertii et quarti.

σ. Ligamentum dorsale inter basim ossis metacarpi quinti et quarti.

Γ. Γ. Γ. Ossa metacarpi.

Δ. Δ. Δ. Ossa primi ordinis digitorum.

Ξ. Ξ. Ξ. Ossa secundi ordinis.

Θ. Θ. Θ. Ossa extrema eorumdem digitorum.

τ. τ. τ. Membrana capsularis articuli ossis metacarpi cum osse primo uniuscujusque digiti.

υ. υ. υ. Ligamenta lateralia.

φ. Capitulum ossis secundi metacarpi laevi cartilagine tectum.

χ. χ. Membrana capsularis dissecta et revoluta.
ψ. ψ. Ligamenta lateralia discissa.
ω. Membrana quae basim revincit ossis primi pollicis tuberculo metacarpi.
a. a. a. a. Tendines musculorum extensorum (*θ. η.* Fig. I.) truncati.
b. b. b. b. Membrana capsularis, quae articulum amplectitur ossis primi cum secundo osse digitorum.
c. c. c. c. Ligamenta lateralia.
d. d. Eadem ligamenta dissecta in articulo indicis.
e. Capitulum ossis primi ordinis ad indicem pertinentis cartilaginea lamella crustatum.
f. f. f. Tendines musculorum lumbricalium et interosseorum (*ξ. π. ρ.* Fig I.) quâ tertio digitorum ossi infiguntur.
g. g. g. Ligamenta lateralia, quae ossa secundi ordinis cum ossibus tertii connectunt.
h. h. h. Membrana capsularis ejusdem articuli.
i. Extremum inferius ossis secundi ordinis.
k. Membrana capsularis, quae articulum firmat ossis primi et secundi in pollice.

FIG. III.

Pars inferior humeri dexteri ab exteriore parte cum cubiti parte superiore.

A. Ossis humeri portio inferior a latere exteriori.
B. Ejus condylus externus, cujus extremum cartilagine laevi crustatum est.
C. Ulna.
D. Ejus processus posterior et superior, cui *olecrani* nomen est.
E. Radius.
F. Caput radii rotundum, et cartilaginea lamina tectum.
f. Cavitas glenoidea in ipso capitis vertice excavata, cum qua inferior et gibba superficies condyli *B.* articulatur.

G. Membrana capsularis eadem ratione repraesentata ut in Fig. II. *H. I. K.*

H. Ligamentum radii orbiculare.

I. Quâ ipsummet ligamentum ex margine posteriore educitur sinus lateralis, qui ulnae pro radio recipiendo insculptus est.

K. Ligamentum laterale externum, quod ab externo humeri condylo profectum descendit, et orbiculari ligamento *H.* firmiter accretum in ipso ligamento annulari evanescit.

L. Membrana dissecta et deorsum revoluta, quae in Figura I. est *N.*

M. Hiatus, per quem viam sibi facit arteria interossea externa.

N. Membrana interossea.

O. Chorda transversalis cubiti *posterior*, quae videlicet ab ulnae margine exteriori procedens oblique descendit, et radio interius connectitur. Ea vero directione decurrit, ut interosseae membranae fibras decussare videatur (1).

FIG. IV.

Cubiti dexteri extremum inferius cum carpo et metacarpo, ac profundioribus iis ligamentis, quae carpi ipsius dorso respondent.

A. Radii extremum inferius.

B. Ulna.

(1) Chordam hanc *posteriorem* dixi; propterea nimirum quia chordam aliam transversalem viderunt et delineatam praebuerunt Syndesmologiae Scriptores, quae anticam cubiti regionem occupat. Eam vero in nonnullis cadaveribus diligenter quaesivi, at incassum quidem, ita ut in Tabula XLVII. prorsus desideratur. A latere tuberculi externo ossis ulnae, quâ tendo inseritur *brachialis interni* ortum habet, et oblique, ut ajunt, deorsum traducitur, ut sub radii tuberculo finem habeat, cui *bicipitis* tendo infigitur. Cellularis membranae funiculos plus minus tensos et adipe multo circumfusos semper ea sede observavi, quin tamen (in cadaveribus saltem, quae mihi praesto fuerunt) ullum in iisdem funiculis characterem animadverterem, quo eos inter ligamenta possem adnumerare.

C. Cavitas glenoidea in inferiori radii extremitate excavata, cui lamella cartilaginea laevis superinducitur.

D. Ossis navicularis superficies, quae cum cubito articulatur.

E. Eadem superficies in osse lunato.

F. Portio ossis triquetri.

G. Os subrotundum seu orbiculare.

H. - - multangulum majus.

I. - - - - - - - - minus.

K. - - capitatum.

L. Ejusdem ossis capitati portio superior, quâ cum ossibus ordinis superioris connectitur.

M. Os hamatum.

N. N. N. Ossa metacarpi.

O. Membrana, quae a radii extremo interius procedens ulnam comprehendit.

P. Membrana capsularis, a margine cavitatis glenoideae *C.* descendens, quae super ossa carpi primi ordinis decurrebat. Sursum revoluta est.

q. q. Similis membrana, qua ossa carpi superiora cum inferioribus connectebantur.

r. Funiculus ligamentosus latus, ab ulnae styloideo processu ad os carpi quartum productum.

s. Membrana ligamentosa subcrassa limbo adnata ossium *D.* et *E.*, quae efficit ut ossa istiusmodi continuam superficiem praebeant. Similis membrana (ut in Icone evidenter apparet) ossa conjungit *E.* et *F.* Neque silentio praetereundum est, in hac regione *s.* vinculum saepius occurrere, quod sursum ducitur et interno margini adnascitur ipsiusmet cavitatis radii glenoideae. Ligamentum hoc si adest (nonnumquam enim deesse vidi) *mucosum* appellant Anatomici.

t. Fibrae ligamentosae ab apophysi radii styloidea ortum ducentes et in os carpi primum seu naviculare procedentes.

u. Vinculum, quod os naviculare cum multangulo majori colligat.

x. Fibrae inter os multangulum majus et minus.

y. – – – inter os multangulum minus *I*. et capitatum *K*.

z. Funiculus ligamentosus inter os capitatum et os metacarpi tertium.

β. Fibrae ligamentosae inter os capitatum et hamatum.

γ. – – – – – – – – – – – inter os triquetrum et hamatum.

δ. Membrana capsularis, quae articulationem cohibet ossis metacarpi primi cum multangulo majori.

ε. Fibrae ab osse multangulo minore ad ipsummet os metacarpi primum procedentes.

ζ. Ligamentum quod os metacarpi secundum multangulo minori et capitato revincit.

η. Ligamentum obliquum inter os hamatum et metacarpi tertium.

θ. Ligamentum quo basis ossis quarti ad metacarpum pertinentis cum hamato connectitur.

κ. Capsulare ligamentum articulationem firmans ossis metacarpi quinti cum hamato.

λ. Ligamentum *laterale* baseos ossium metacarpi primi et secundi.

μ. *ν*. *ξ*. Ligamenta *dorsalia*, quae bases jungunt ossium metacarpi, videlicet *μ*. secundi et tertii, *ν*. tertii et quarti, *ξ*. quarti et quinti.

TABULA II.

Ex eodem Opere.

Femoris ligamentum teres, et ligamenta genu a parte anteriore.

FIGURA I.

Os innominatum dextri lateris cum suprema femoris portione.

A. A. Os iliûm dexterum.
B. - - - ischion.
C. Ejus tuber.
D. Ejus crus adscendens.
E. Ossis *pubis* crus superius seu horizontale.
F. Ejusdem crus descendens.
G. Portio ossis pubis, qua cum socio sinistri lateris committitur.
H. Foramen triquetrum.
I. Femoris dexteri portio superior.
K. Trochanter femoris major.
L. - - - - - - - - - - - minor.
M. Collum ipsiusmet femoris.
N. Ejus caput, cui cartilaginea lamella superinducitur.
O. O. Cavitas ischiadica, seu acetabulum simili lamella crustatum.
a. a. Ora seu margo ejusdem cavitatis cartilagineus prominens.
b. Sinus ossi insculptus, per quem vasa in acetabulum sibi viam faciunt, ut intra partes dispergantur, quae ipso acetabulo continentur.
c. Eminentia cartilaginea, quae sulco *b.* inferius limites

quodammodo ponit. Ab hac eminentia ligula cartilaginea seu ligamentum procedebat ad *d.*, sub qua veluti sub ponte vasa ipsa traducebantur.

e. e. Glandula insignis in sinu recondita cavitatis ischiadicae.

f. Origo ligamenti *exterioris*, quod ab ischii osse sub cavitatis ischiadicae limbo inferiore et interno exortum circa eminentiam *c.* circumflectitur, acetabulum intrat sub ponte de quo paulo ante loquutus sum, et inferiorem partem ligamenti *teretis* constituit (1).

g. Ipsius ligamenti exterioris portio intra acetabulum decurrens ad caput femoris.

h. Ligamenti *interioris* pars anterior et longior a margine secedens acetabuli, quâ ligula cartilaginea figitur in *d.*

i. Brevior pars ipsius ligamenti *interioris*, quae a sinu acetabuli propriam ducit originem.

k. k. Arteriolae duae *obturatoriae* arteriae soboles, quae cellulari membrana cum ligamentis *g. h.* et *i.* obvolutae per ligamentum decurrunt. Tab. XLIV. *h.* (2).

(1) *Thomas Schwencke* librum evulgavit, cui titulus: *Haematologia* etc. et addidit *observat. anatom. de acetabuli ligamento interno*. Hagae Comit. 1743. Sed ab anno usque 1728. cl. *Augustin. Frid. Walther* in peculiari Dissertatione *de articulis ligamentis et musculis hominis incessu statuque dirigendis* ligamenti hujus originem accurate descripserat. *Teres articuli ligamentum*, ait ille, *ad eandem incisuram quae a latere interno, et in acetabulo est*, sub orbiculari nascitur, *quo loco pinguedo insternitur*, et mox ipsum vinculum, in acetabulo atque peculiari sinu superius producitur . . . . . *Hoc vinculum ab sui origine* ad acetabulum sinumque tenaciter adhaeret, *ac totum tendinosum est, et calami scriptorii crassitiem fere videndam refert* etc.

(2) Cum Patruus meus dilectissimus *Leopoldus Caldanius* ligamentum hoc in virili cadavere desiderari vidisset absque subsequente femorum luxatione (id quod ab aliis etiam observatum fuit) quaesivit in sui Institutionibus anatomicis (Tom. I. Par. I. pag. 145. not.) *num ad femur tantummodo propria sede coercendum teres ligamentum tributum fuerit? Exempla enim his similia, et femoris caput de acetabulo propemodum excussum post orbicularis ligamenti sectionem videntur demonstrare, in alium etiam finem fortassis utiliorem, at nondum satis cognitum, comparatum fuisse*. Institutionibus illis jam editis, cl. *Malacarne* tunc Ticinensis Professor novam in hoc ligamento fabricam a se observatam fuisse Patruum per litteras monuit, et ex his observationibus id conjici posse arbitrabatur, ligamentum videlicet, de quo quaestio est, nil aliud esse quam vaginam, quae vasa sanguinea complectitur ad femur

FIG. II.

Membrana capsularis genu.

A. Femoris extrema et inferior pars.
B. Tibiae pars suprema.
C. Fibula.
D. Tendo musculi *recti* cruris.
E. Pars inferior musculi *vasti interni.*
f. f. Quâ tendo carnibus adjicitur ejusdem musculi.
G. Caro musculi *vasti externi.*
h. h. h. h. Membrana capsularis, scilicet *involucrum generale* (quemmadmodum appellat *Weitbrechtus*) aponeurosibus constans musculorum tibiam extendentium. Involucrum istiusmodi super patellam decurrit; quin immo in dorso patellae ipsius tendineas musculorum productiones decussari ex Icone manifestum est.
i. i. Tendo musculi *recti*, patellam cum tibia colligans. Fibrae quae supra tendinem transversa directione feruntur ad aponeurosim pertinent musculi *fasciae latae:*
k. k. Ligamentum laterale *internum* genu. Vide Tab. L. Fig. IV.
l. Tendo musculi *gracilis* abscissus.
m. m. Membrana interossea, quae spatium occupat inter tibiam et fibulam.

FIG. III.

Genu dexterum, in quo capsularis membrana superius dissecta fuit, et patella inferius revoluta.

A. Femur.

usque, in cujus capite disperguntur. An observationem hanc cl. *Malacarne* publici juris umquam fecerit, prorsus ignoro; id tantum scio cl. *Palletta* eadem vidisse quae a *Malacarne* Patruus accepit, et de ligamenti teretis structura ac de vasis per ipsum decurrentibus fusius egisse in *Giornale per servire alla storia ragionata della medicina di questo Secolo*. Vol. IX. *Part. Chirurg.* pag. 153.

B. Condylus ejus internus cartilagine laevi crustatus.
C. - - - - - - - - externus.
D. Patellae facies postica, eadem lamina cartilaginea obtecta.
E. Tibia.
F. Fibula.
G. Adeps.
H. Tendo musculi *recti* cruris (Fig. II. *D.*) deorsum revolutus, cui membrana tenuis superinducitur, quae proprie est membrana capsularis.
I. I. Membranae ejusdem capsularis interior superficies unguine oblinita et laevissima.
K. Ligamentum *mucosum* genu.
L. Ligamentum *alare* majus internum.
M. - - - - - - *alare* minus externum.

FIG. IV.

Idem genu, sed remota patella, et femore in posteriora nonnihil inclinato.

A. B. C. Ut in Fig. III.
D. D. Superficies condylorum articularis.
E. F. G. Ut in Fig. III.
H. H. Cavitates glenoideae in suprema tibiae facie exculptae, quae condylis respondent *D. D.* Lamina cartilaginea foveis ipsis superinducitur.
I. Semilunaris cartilago interna.
k. Ejus margo externus crassior.
l. - - - - - - internus falcatus et tenuis.
M. Ejusdem cartilaginis *cornu anticum.*
N. Cartilago semilunaris externa.
o. Margo ejus exterior.
p. - - - - - interior.
q. Cornu anticum hujus cartilaginis.
R. R. Membrana, quae a margine exteriori cartilaginum semi-

lunarium descendit et in limbo evanescit uniuscujusque cavitatis glenoideae.

r. Ligamentum *commune transversale*, quod a limbo externo cartilaginis semilunaris *N.* trans tibiae anticam sedem procedit, et in cornu antico cartilaginis *I.* terminatur.

S. Ligamentum, quo cornu anticum cartilaginis semilunaris externae adhaeret ligamento cruciato anteriori. *Weitbrechto* vocatur *adhaesio prima* cartilaginis externae.

T. U. Ligamentum *cruciatum anticum* a sinu descendens condylos dirimente, et speciatim ab interno latere condyli exterioris, et oblique decurrens interno margini affigitur cavitatis glenoideae interioris.

X. Ligamenti *cruciati* postici pars suprema ab externo latere condyli interni ortum ducens.

x. Lacertus, qui ligamentum transversale *r.* firmat, et tum ligamento admiscetur ab antico cartilaginis externae cornu prodeunti, tum ligamento cruciato anteriori.

Y. Membrana interossea.

Z. Ligamentum laterale internum abscissum.

FIG. V.

Facies suprema tibiae una cum cartilaginibus semilunaribus.

A. Tuber anterius tibiae.

B. Fovea glenoidea interna cartilagine laevissima crustata.

C. - - - - - - - - - externa.

D. Cartilago semilunaris seu falcata interna.

E. - - - - - - - - - - - - - - - - - - - externa.

F. F. Crassities cartilaginum ipsarum.

f. f. Limbus tenuior.

G. Cornu anticum cartilaginis internae.

H. - - - posticum.

h. Ligamentum transversale commune.

I. Cartilaginis externae cornu anticum.

K. - - - - - - - - - - - - - - - posticum.

L. L. Ligamentum *cruciatum* anterius.

M. - - - - - - - - - - - - posterius.

TABULA L.

Ex eodem Opere.

Ligamenta exhibet posteriora et lateralia genu, tum ea quae crus cum calce posterius colligant.

FIGURA I.

Ligamenta superficialia genu á posteriori.

A. Femoris facies postica.
B. Condylus ejus internus prominens.
C. - - - - - - - externus.
D. Tibia a posteriori parte.
E. Fibula.
F. Tendo musculi *semitendinosi.*
G. Portio membranae aponeuroticae a musculo *semimembranoso* productae, quae tibiae inseritur.
H. H. Ligamentum posticum *Winslowii*, seu expansio membranacea et validissima, quae ab elatiori sede *I.* condyli exterioris descendit oblique, et in tibia evanescit quâ *semimembranosi* aponeurosis in ipsamet tibia terminatur.
K. K. Membrana capsularis genu.
L. Ligamentum laterale externum *longum.*
M. - - - - - - - - - - - - - - - - *breve.*
N. Membrana fibulae capsularis.
O. Fibrae, quae fibulam tibiae posterius revinciunt.
P. Membrana interossea.

FIG. II.

Ligamenta alia sub superficialibus collocata in parte genu posteriori.

A. Femoris facies postica.

B. Condylus internus cartilaginea lamella crustatus.

C. Condylus externus.

D. E. Ut in Fig. I.

F. F. F. Membrana capsularis discissa.

G. Sinus in latere externo capitis tibiae, cum quo fibula articulatur.

H. Cartilago semilunaris interna.

I. Membrana ligamentosa qua cartilago ipsa nectitur tibiae.

K. Cartilago semilunaris externa.

L. Membrana capsularis fibulae caput firmans, et quae adscendens cum limbo cartilaginis semilunaris externae concrescit.

M. Funiculus, seu fascia ligamentosa validissima a sinu exorta femoris condylos posterius dirimente, quae sub capsulari membrana decurrens inferius pergit, et tibiae capiti adhaeret (1).

N. Ligamenti lateralis externi pars abscissa.

O. P. Ut in Fig. I.

FIG. III.

Ligamenta genu cruciata a posteriori.

A. B. C. D. E. G. H. Ut in Fig. II.

I. Membrana, qua cartilago semilunaris interna tibiae alligabatur, dissecta et revoluta.

(1) Etsi funiculus istiusmodi a Syndesmologiae Scriptoribus hactenus delineatus non fuit, tamen cum in cadaveribus quae perlustravi a capsulari membrana et a ligamento cruciato posteriori eum semper distinctum viderim, abs re minime esse putavi, si cum caeteris poplitis ligamentis delineandum curarem.

P

K. Cartilago semilunaris externa.

L. Fibrae quaedam ad capsularem tunicam pertinentes, qua fibula cum tibia articulatur.

M. Ligamenti cruciati *anterioris* portio condylo exteriori inserta.

N. N. Ligamentum cruciatum *posticum*, quod a latere externo educitur condyli interioris, et oblique nonnihil descendens, inter bina tibiae tubera posteriora finem habet.

n. Cornu postici cartilaginis semilunaris externae adhaesio; ligamentum scilicet a limbo egrediens ipsinsmet cartilaginis, quod adscendens et ligamento cruciato *N.* accretum externo condylo femoris innascitur.

O. P. Ut in Fig. I.

FIG. IV.

Ligamentum laterale internum genu.

A. Latus internum femoris.

B. Condylus internus.

C. Quâ prominet patella.

D. Tibia ab interiori.

E. Fibula.

F. Tendo musculi *recti* cruris.

G. Tendinis portio ad musculum *vastum internum* pertinentis.

H. Tendo musculi *semitendinosi.*

I. I. Membrana capsularis genu.

K. K. Ligamentum *laterale internum.*

FIG. V.

Ligamentum laterale externum genu.

A. Latus externum femoris.

B. Condylus externus.
C. Patella.
D. Tibia ab exteriori.
E. Fibula.
F. Tendo musculi *recti* cruris.
f. Quâ tendine *vasti externi* membrana capsularis roboratur.
G. Tendo externus musculi *gastrochnemii.*
H. Insertio musculi *plantaris.*
I. Tendo *bicipitis.*
K. Membrana capsularis genu.
L. Ligamentum laterale externum *longum.*
M. - - - - - - - - - - - - - - - - *breve* seu *minus.*
N. Funiculus ligamentosus transversus fibulae caput tibiae revinciens anterius. In hoc cadavere crassior quam solet.
n. n. Funiculi alii quorum ope fibula ipsa tibiae anterius alligatur.

FIG. VI.

Tibiae et fibulae extremum inferius a posteriori parte una cum ossibus tarsi.

A. Tibiae facies posterior.
B. Malleolus internus.
C. Sulcus per quem transit tendo musculi *tibialis postici.*
D. Fibula.
E. Malleolus externus.
F. Calcaneus.
f. f. Eminentiae duae osseae ad os astragali pertinentes quas sulcus dirimit, per quem tendo decurrit *flexoris longi pollicis.*
g. Quâ tendo *flexoris longi pollicis* sibi viam facit.
G. Ossis navicularis extremum interius.
H. Membrana interossea cruris.

I. Ligamentum malleoli externi posticum superius.

i. - inferius.

k. k. Portio membranae capsularis, quae tibiam tarso, sive astragali ossi coercet.

l. l. Membrana similis qua os astragali cum calcaneo alligatur.

K. Ligamentum inter fibulam et exteriorem tali eminentiam *f.*

L. Ligamentum fibulae medium perpendiculare. Vide Tabula LI. Fig. III.

M. Fibrae ab inferiore fibulae extremo exortae, et transversim decurrentes, quae et in interiorem tali eminentiam *f.*, et in tibiae limbum inferiorem et posticum affiguntur.

N. Ligamentum inter eminentiam interiorem tali *f.*, et calcaneum.

O. Ligamentum deltoideum. Vide Tab. LI. Fig. IV.

TABULA LI.

Ex eodem Opere.

Ligamenta Pedis.

FIGURA I.

Vagina pedis ab exteriori et anteriori.

A. A. Pars cruris inferior, in qua musculi sub vagina aponeurotica translucent.
B. Tendo Achillis.
C. Os calcis.
D. Os metacarpi quintum.
E. Os primum digiti secundi.
e. e. e. Os secundum digiti secundi, tertii, quarti.
f. f. f. f. f. Ossa extrema digitorum.
F. Tendo musculi *peronei longi*.
G. - - - - - - - - - - - - *brevis*, vagina tectus.
g. g. g. g. g. Tendines musculi *extensoris longi communis* digitorum.
h. h. h. Tendines musculi *extensoris brevis* digitorum.
i. i. Quâ tendines extensorum ad secundum digitum pertinentes truncati sunt.
H. H. H. Ligamentum *commune cruciatum*.
I. I. I. Vagina pedis.
K. Retinaculum tendinum *peroneorum*.
L. L. L. Fibrae transversae, sive retinacula tendinum *extensorum*.
M. M. M. Ligamentum medium sive membrana capsularis, qua ossa digitorum junguntur inter se.
N. N. N. N. Ligamenta lateralia.

FIG. II.

Eadem vagina ab interiori parte.

A. A. Ut in Fig. I.
B. Extremum ossis tibiae inferius.
C. Os calcanei.
D. Os metatarsi primum.
E. E. Extrema ossa digitorum.
F. *Abductor* pollicis.
G. Aponeurosis plantaris.
H. *Extensor proprius* pollicis.
I. I. Ligamenti cruciati portio superior, quae in tibiae internum latus inseritur. Vide Fig. I. *H.*
K. Ejusdem ligamenti portio inferior.
L. Vagina pedis.
M. Fibrae, quae retinaculum constituunt tendinis *extensoris* pollicis.
N. Ligamentum cutaneum interius, seu fibrae tendineae a primo osse pollicis ad extremum productae á latere interno.
O. Ligamentum laciniatum malleoli interni.
P. Vide Fig. III.

FIG. III.

Dorsum pedis ab exteriori parte cum ligamentis.

A. Tibia.
B. Fibula.
C. Membrana interossea cruris.
D. Calcaneus.
E. Talus.
F. Os naviculare.
G. Os cuneiforme primum.
H. - - - - - - - secundum.

I. Os cuneiforme tertium.
K. Os cuboideum.
L. L. L. Ossa metatarsi.
M.M.M. Ossa prima digitorum.
N. Secundum os pollicis.
O. O. O. Secunda ossa in reliquis digitis.
P. P. P. Extrema ossa digitorum.
Q. Ligamentum malleoli externi anticum superius.
R. - inferius.
S. Ligamentum fibulae medium perpendiculare.
T. Membrana capsularis articulum cruris cum tarso coercens.
U. Ligamentum inter fibulam et talum anterius.
X. Taenia ligamentosa lateralis interna inter talum et calcaneum.
Y. Y. Ligamentum seu valida membrana ligamentosa inter calcaneum et talum (1).
Z. Fascia ligamentosa a talo producta ad os naviculare *F.*, et ad cuneiforme *H.*
a. Ligamentum inter os tali et cuboideum.
b. - - - - - - - - - - - naviculare et cuneiforme tertium *I.*
c. - - - - - - - - - - - tali et naviculare.
d. - - - - - - - - - - - naviculare et cuneiforme primum.
e. Fibrae ligamentosae inter cuneiforme primum et secundum.
f. - - - - - - - - - - - inter cuneiforme secundum et tertium.
g. g. Ligamenta perpendicularia anteriora et lateralia a talo in calcaneum descendentia quâ cavitas adest sinuosa.
h. Ligamentum inter calcaneum et os cuneiforme tertium.
i. i. Ligamenta inter calcaneum et os cuboideum.
l. Ligamentum capsulare os firmans metatarsi primum cum cuneiformi.

(1) Ne Iconum numerus plus justo augeretur ligamenti figuram omisi, quod a tubere anteriori ossis tali inferius descendit in foveolam calcaneo ossi insculptam. Ita pedis syndesmologiam, quo sane fieri potuit, una Icon complectitur.

m. Ligamentum inter cuneiforme primum et os metatarsi secundum.

n. - - - - - - - inter os cuneiforme secundum et os metatarsi secundum.

o. - - - - - - - inter os cuneiforme tertium et idem os metatarsi secundum.

p. - - - - - - - inter cuneiforme tertium et os metatarsi tertium.

q. - - - - - - - inter idem cuneiforme tertium et os metatarsi quartum.

r. - - - - - - - obliquum inter os cuboideum et metatarsi quartum.

s. - - - - - - - inter os cuboideum et metatarsi quintum.

t. Fibrae ab osse cuboideo rectâ ad quartum os metatarsi procedentes.

u. u. u. Ligamenta dorsalia basium ossium metatarsi.

x. Ligamentum laterale inter basim ossis metatarsi secundi et tertii.

y. - - - - - - - - - - - - inter basim ossis tertii et quarti.

z. - - - - - - - - - - - - inter basim ossis metatarsi quarti et quinti.

β. Tendo musculi *peronei longi*.

γ. - - - musculi *peronei brevis*.

δ. δ. Canales per quos ipsi peroneorum tendines excurrunt.

ε. ε. ε. Fig. I. *M.*

ζ. ζ. ζ. Fig. I. *N.*

η. Articulus apertus.

θ. Membrana capsularis dissecta et revoluta.

FIG. IV.

Dorsum idem pedis ab interiori parte cum ligamentis.

A. Tibia.

B. Sulcus retro malleolum internum.

C. Os calcanei.

D. Os naviculare.
E. - cuneiforme primum.
F. - primum metatarsi.
G. - secundum metatarsi.
H. Pollicis os primum.
I. - - - - - secundum.
K. Membrana capsularis articuli tarsi.
L. Ligamentum *deltoideum*.
M. Fibrae obliquae inter talum et calcaneum ab interiori parte.
N. Vagina per quam excurrit tendo musculi *tibialis* postici *O.*
P. Aponeurosis plantaris.
Q. Apparatus ligamentosus inter os naviculare et cuneiforme secundum et tertium.
R. Ligamentum dorsale inter os naviculare et cuneiforme primum.
S. Ligamentum laterale inter ipsamet ossa, naviculare scilicet et primum cuneiforme.
T. Membrana capsularis ossis cuneiformis primi et ossis metatarsi ad pollicem pertinentis.
U. U. Membrana similis ossa pollicis connectens inter se.
X. X. Ligamenta obliqua et lateralia eorumdem articulorum.

FIG. V.

Ossa pedis a parte inferiore (1).

A. Calcaneus.
B. Ejus tuber anterius.
C. C. Talus.
D. Os naviculare.

(1) *Albinus* in suis Tabulis ossium humanorum pedis ossa anterius, posterius, superius et a latere repraesentavit, et iconem hanc praetermisit, quae ad intelligenda inferiora pedis ligamenta summopere necessaria est.

E. Os cuboideum.
F. Sulcus in eo osse.
G. Os cuneiforme primum.
H. - - - - - - - secundum.
I. - - - - - - - tertium.
K. K. K. K. K. Ossa metatarsi.
L. L. Ossa sesamoidea.
M. Ossa primi ordinis digitorum.
N. Secundum os pollicis.
O. Ossa secundi ordinis in reliquis digitis.
P. Extrema ossa digitorum.

FIG. VI.

Planta pedis cum ligamentis.

A. A. Calcaneus.
B. Os tali.
C. Os cuboideum.
D. D. D. Ossa metatarsi.
E. Tendo musculi *tibialis postici.*
F. Vagina ligamentosa, per quam tendo ipse ad pedis plantam procedebat.
G. Sulcus in quo tendo decurrebat.
H. Portio vaginae quae ad musculum *flexorem longum* pollicis pertinet.
I. I. Ligamentum plantare ab anteriori tuberis facie productum in osse calcanei, et ad os cuboideum recta procedens.
K. K. Ligamentum obliquum inter eadem ossa, calcaneum scilicet et cuboideum.
L. Ligamentum obliquum inter calcaneum et os naviculare.
M. Ligamentum teres inter eadem ossa, videlicet inter calcaneum et naviculare.
N. Transversum ligamentum quod ab osse naviculari pergit ad cuboideum.

n. Vinculum, quod recte fertur a postrema cuboïdei portione ad os cuneiforme tertium.

o. Ligamentum plantare inter os naviculare et cuneiforme secundum.

p. Ligamentum plantare transversum inter os cuneiforme primum et tertium.

P. Membrana capsularis ligamentosa os naviculare primo cuneiformi connectens.

Q. Membrana similis inter os cuneiforme primum et pollicis metatarsum.

r. Ligamentum inter cuneiforme primum et os metatarsi tertium.

s. s. Ligamentum inter cuneiforme tertium et os metatarsi quartum.

t. t. Membrana capsularis inter os metatarsi quintum et cuboideum.

u. Vinculum, quod ab ipso metatarsi osse quinto transversim ducitur ad os cuneiforme tertium.

x. Ligamentum transversale ossis quinti metatarsi.

z. Ligamentum plantare ossibus metatarsi commune.

β. - - - - - - plantare inter os secundum et tertium metatarsi.

γ. Ligamentum plantare inter os tertium et quartum.

δ. - - - - - - - - - - - - - - - - quartum et quintum.

ε. Tendo musculi *flexoris proprii* pollicis.

ζ. ζ. Tendines musculi *flexoris communis* in secundo et quarto digito.

η. η. Tendo musculi *perforantis* in tertio digito.

θ. θ. θ. - - - - - - - - *perforati* eidem digito pertinens.

κ. κ. κ. Vincula ligamentosa tendinum ipsorum.

λ. Vaginae, quae tendines flexorum coercent.

μ. μ. μ. Ligamenta *cruciata*.

ν. Vagina aperta, quae tendinem continebat flexoris.

π. π. Membranae capsulares, quibus ossa digitorum cum metatarsi ossibus committuntur.

p. Membrana ligamentosa inter capitula ossis metatarsi primi et secundi. Sic et in reliquis digitis.

FIG. VII.

Planta pedis cum ligamentis profundioribus.

A. B. C. Ut in Fig. VI.
D. Os naviculare.
E. - cuneiforme primum.
F. - - - - - - - tertium.
G. Ossa metatarsi.
H. Ligamentum planum inter calcaneum et os naviculare.
I. Ligamentum teres inter calcaneum ipsum et os naviculare.
K. Obliquum ligamentum, quod calcaneum revincit cuboideo.
L. Ligamentum transversum inter naviculare os et cuboideum.
M. - - - - - - - obliquum decurrens sub tendine *tibialis* postici ab osse naviculari ad cuboideum.
m. - - - - - - - inter naviculare et cuneiforme tertium.
n. - - - - - - - posterius ab osse cuboideo ad cuneiforme tertium.
o. Ligamentum transversale externum ab eodem cuboideo in os cuneiforme memoratum.
N. Membrana capsularis os naviculare primum cuboideo connectens.
O. Articulus ossis metatarsi primi cum primo osse cuneiformi ligamentosa membrana revinctus.
p. Ligamentum quod ab osse cuneiformi primo secedens in os metatarsi secundum terminatur.
q. Fasciculus fibrarum ab eodem osse cuneiformi primo ad tertium os metatarsi deductus.
r. Fibrae, seu membrana capsularis basim tertii metatarsi cum tertio osse cuneiformi conjungens.

s. Ligamentum quod ab osse cuneiformi tertio in quartum os metatarsi finem habet.

t. t. t. Ligamenta plantaria inter bases ossium metatarsi, videlicet inter basim secundi et tertii, tertii et quarti, etc.

u. Connexio ossis metatarsi quinti cum cuboideo.

FIG. VIII.

Portio quaedam plantae pedis cum ligamentis aliis profundioribus.

A. A. Os calcis.

B. Pars ossis tali quâ cum naviculari committitur, cartilaginea lamella crustata.

C. Os naviculare.

D. - cuboideum.

E. - cuneiforme primum.

F. - - - - - - - secundum.

G. - - - - - - - tertium.

H. Os metatarsi primum.

I. - - - - - - secundum.

K. - - - - - - tertium.

L. Ligamentum internum breve inter os calcanei et naviculare.

M. Ligamentum rhomboideum, quod calcaneum jungit cuboideo.

m. Ligamentum mucosum internum in articulatione ossis tali et ossis navicularis.

N. Membrana colligans os naviculare cum primo cuneiformi.

O. Ligamentum inter os naviculare et cuneiformi secundo.

P. Capsula ligamentosa quae os cuneiforme secundum cum respondente osse metatarsi connectit.

Q. Ligamentum posterius breve at validissimum inter os cuboideum et cuneiforme secundum.

r. r. Fibrae transversim decurrentes ab interna facie ossis cuboidei, quâ respicit cuneiforme tertium, in ipsummet os cuneiforme.

s. Ligamentum ab osse cuneiformi primo in secundum os metatarsi procedens.

t. Funiculus lateralis interosseus inter cuneiforme secundum et os metatarsi secundum a latere externo.

u. Funiculus inter cuneiforme tertium et os metatarsi tertium ab interiori parte.

x. Funiculus medius ad idem pertinens os metatarsi.

y. Ligamentum laterale interosseum externum ossis metatarsi tertii.

z. Ligamentum laterale incurvum ab osse exortum cuboideo quod in os metatarsi tertium inseritur.

β. Fibrae inter basim metatarsi secundi et tertii.

FIG. IX.

Extremum inferius tibiae et fibulae dexterae, quâ cum tarso articulantur.

a. Basis tibiae cartilaginea lamina obtecta.

b. Fibulae extremum, quâ talo respondet.

c. Ligamentum malleoli posticum inferius.

d. Ligamentum internum inter tibiam et fibulam posterius.

e. Ligamentum mucosum.

f. Ligamentum inter fibulam et tibiam anterius.

g. g. Reliquiae vinculorum, quibus crus cum tarso conjungitur atque coercetur.

FINIS.

ICONUM

ANATOMICARUM

EXPLICATIO.

PARTIS SECUNDAE

SECTIO PRIMA.

VENETIIS

MDCCCIV.

LECTORI

S.

Vetus ratio est apud Anatomicae Artis Magistros, ut postquam de ossibus egerint et ligamentis, humani corporis musculos sibi describendos suscipiant. Id autem res ipsa videtur postulare: cum enim ossa insimul colligata in unam aut alteram sedem pro lubitu et opportunitate adducantur, necesse est ut motus ipsius instrumenta post ossa eorumque vincula protinus considerentur. Ossium igitur et ligamentorum Iconibus evulgatis, Musculos tibi, Lector optime, ad naturam delineatos nunc exhibemus; et si Tabulae hactenus editae iis accurate respondent, quae in tanti Operis Programmate polliciti sumus; neminem futurum fore confidimus, qui in musculorum Iconibus minorem nobis diligentiam velit exprobrare. Exquisitum siquidem Albini *Opus selegimus, quo et* Tarinus *(a) usus est, et* Meyerus *(b), et* Barth *(c), et* Loderus *(d); quorum nemo hujusmodi instrumenta a se nitidius ac studiosius exprimi posse existimavit.*

Quemadmodum vero id semper nobis curae fuit ut Anatomicorum commodo, Tyronum utilitati, et Operis hujus splendori atque elegantiae inserviremus; idcirco nonnulla in hujusmodi Iconibus permutanda esse tunc primum intelleximus, cum ad hanc collectionem manum coepimus admovere.

Et re quidem vera diximus in Programmate nonnullas esse in Albini *Tabulis figuras, quae mole auctae musculorum originem, incessum, et insertionem luculentius repraesentassent. Longe tamen a clarissimis*

(a) *Myo-graphie* ec. Paris 1753. 4to.
(b) *Anatomische Kupfertafeln*. Berlin 1783.
(c) *Anfangsgründe der Muskellehre*. Wien 1786. fol.
(d) *Tabulae Anatomicae*. Vinariae. fol.

Viris paulo ante laudatis actum est aliter, qui ut Albini *Tabulae modico sumptu prae omnium manibus essent, earum omnium molem plus minus imminuere curarunt. Nos itaque cum figuras illas omnes mole augendas esse decreverimus, quas* Albini *Tabula X. continet, eas eadem magnitudine delineatas exhibemus, quae caeterorum musculorum mensuris respondeat, quos* Albinus *ipse a Syntaxi separatos evulgavit.*

Pari ratione ad rei perspicuitatem Diaphragmatis figuram ex Hallero *desumptam Albinianis addidimus, et oculi musculos ex* Zinnio *potius quam ex* Albino *ipso imitati sumus utpote quos ad naturae magnitudinem eos* Zinnius *repraesentavit; et cum celeberrimi hujus Anatomici Tabulae nonnullae figuris nimium redundent, eas aequo numero atque ordine in Tabulis hisce ita disposuimus, ut idem semper Operi splendor inesset, eademque servaretur ἁρμονία.*

Explicatio ipsimet Albino *referenda est. Id tantum addendum existimavimus, ut diversa nomina minime desiderarentur, quibus unus idemque musculus ab Auctoribus designatus fuit. De mucosis bursis, quae a* Monrono *depictae, a* Lodero *et a nobis emendatae post musculos describentur, tu ipse, Lector optime, judicabis. Vale.*

Datum Patavii Kal. Martii MDCCCIV.

TABULA LII.

Ex ALBINI *Tabulis Sceleti et Musculorum Corporis humani.*

Haec Tabula exhibet musculos primos, ut per totum Corpus ab anteriori parte post integumenta communia, vaginasque tendinosas positi sunt; una cum quibusdam ligamentis ad eos pertinentibus, Sceletique, itemque aliarum partium, ut nasi, auris, pudendorum partibus, quae nudae sunt a musculis.

In capite, collo, trunco.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. Epicranius: *a. a. a.* aponeurosis media inter occipitales et frontales: *b. b.* Frontalium mucrones quibus incipiunt: *c.* conjunctio frontalium per mediam frontem: *d.-e.* his partibus frontales desinunt ad orbiculares palpebrarum: *e.-f.* his se secundum supercilia flectunt ad angulos majores oculorum, ad speciem orbicularium: *g. g.* mucrones, qui se in angulos majores curvant: *h. h.* portiones quae accedunt ad Levatores labii superioris alarumque nasi: *i.* pars per glabellam nasumque excurrens: *k. l.* ejus conjunctio cum Compressoribus narium; quibus *k.* hac parte implicata, *l.* hac continuata.

m. n. o. p. q. r. Orbiculares palpebrarum: *m. m.* pars per ambitum orbis foraminis oculi ducta: *n.* pars a Corrugatore supercilii accedens: *o. o.* pars, qua palpebrae obductae: *p.* implicatio filorum, quae ex palpebris venientia, conveniunt juxta angulum minorem: *q. r.* ortus a ligamento, quo palpebrarum commissura in angulo majore alligata naso.

s. Ligamentum, quo palpebrarum commissura in angulo

majore alligata naso, et ibi quidem parti ejus illi, quae fit ab osse maxillari superiore.

t. u. Compressor naris: *t.* pars carnea: *u.* aponeurosis, qua se dexter sinisterque per dorsum nasi conjungunt.

w. x. y. Levatores labii superioris alarumque nasi: *x.* pars, quae per latus nasi ad alam procedit: *y.* extremum, quod per labium superius evanescit extenuatum.

z. A. Levatores labii superioris: *A.* extremum extenuatum, quo per labium superius excurrens evanescit.

B. Portiones ab Orbicularibus palpebrarum procedentes ad labium superius.

C. Zygomatici minores, qui per labium superius extenuati evanescunt.

D. D. Levatores angulorum oris. Partim se continuat Depressori anguli, partim circum angulum oris se ad labium inferius flectit, atque ibi exteriorem partem Orbicularis oris efficit.

E. F. G. Zygomatici majores: *F.* ortus ab osse jugali: *G.* extremum Depressori anguli oris continuatum.

H. H. Nasales labii superioris. Indicatus ortus ex naso modusque, quo se ad Orbicularem oris adjungunt.

I. Orbicularis oris pars, quae est in labio superiore. Ubi angulum oris circumit, accipit partem a Levatore anguli, una circumeuntem.

K. K. Orbicularis oris pars, quae est in rubro margine labiorum.

L. L. Fasciculi subtiles, qui procedunt partim a Zygomaticis majoribus, huc procurrentibus; partim a Depressoribus angulorum oris veluti abludunt. Decussant subjacentium Depressorum labii inferioris fasciculos.

M. N. Depressores labii inferioris: *N.* hîc se decussant.

O. P. Levatores menti: *P.* fasciculi, quos immiscent pingui menti.

Q. R. S. Depressores angulorum oris: *R.* ortus a maxilla inferiore: *S.* continuatio Zygomatico majori.

T. Buccinator.

$V. W. X. Y.$ Masseteres: $V.$ pars prior eademque exterior: $W.$ ortus partis illius ab osse jugali: $X.$ pars posterior, quae nuda a priore: $Y.$ partis hujus ortus ab osse jugali, et a processu zygomatico ossis temporis.

$Z.$ Anterior auriculae.

Γ. Δ. Attollens auriculam: Γ. principium tendineum, quo ab Epicranio abscedit: Δ. pars carnea.

Θ. Major helicis.

Λ. Tragicus.

Ξ. Minor helicis.

Π. Antitragicus.

Σ. Biventer maxillae.

Φ. Sternomastoideus cum Cleidomastoideo, in unum conjuncti.

Ψ. Ψ. Cucullares.

Ω. $\alpha.\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.\zeta.\eta.\theta.$ Latissimi colli: $\alpha.\alpha.\alpha.$ principium, e tenuibus magnamque partem sparsis fasciculis constans: $\beta.\beta.\beta.$ fasciculi, qui in quibusdam hominibus in latere colli accedunt: $\gamma.\gamma.$ fasciculi sparsi, quibus in mala evanescentibus desinit: $\delta.$ fasciculus, qui per priorem partem Depressoris anguli oris porrectus angulum illum versus: $\varepsilon.\varepsilon.$ eminens sub Latissimo maxilla inferior: $\zeta.\eta.\theta.$ eodem modo sub Latissimo eminentes $\zeta.$ Sternomastoideus, $\eta.$ Cleidomastoideus, $\theta.$ Clavicula.

$\iota.\ \iota.$ Sternohyoidei.

$\varkappa.$ Aspera arteria.

$\lambda.\ \mu.$ Sternomastoidei: $\mu.$ principium tendineum, a sterno oriens.

$\nu.\ \nu.$ Sternothyreoidei.

$\xi.o.\pi.\rho.\varsigma.$ Pectorales: o-$o.$ ortus a sterno, $\pi.$ a costae sextae cartilagine, $\rho.$ a septimae, principio aliquandiu tendineo tenui: $\varsigma.$ cohaesio cum aponeurosi Obliqui externi abdominis: $\varsigma.$ portio ab aponeurosi Obliqui externi abdominis accedens; hîc tendinea et tenuis, in aliis carnea et crassior, aliisque atque aliis se habens modis.

$\sigma.\ \sigma.$ Teres major.

τ. υ. φ. Latissimi dorsi: υ. φ. capita, orientia υ. a costa decima, φ. nona.

In trunco. χ. ψ. ω. a. b. c. Serrati magni: χ. caput oriens a costa quinta, ψ. a sexta, ω. septima, a. octava, b. nona, c. c. c. c. ipsa capitum a costis origo.

d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. s. t. u. v. w. x. Obliqui externi abdominis: *d.* pars carnea: *e.* caput oriens a costa sexta, *f.* septima, *g.* octava, *h.* nona, *i.* decima, *k.* ipsa a costis capitum origo. *l. m. n. o. p. q. r. ſ. s. t. u. v. w. x.* aponeurosis: *m.* hîc sub ea eminet caro Obliqui interni: *n.* hîc sub eadem, simul et sub aponeurosi Obliqui interni caro Transversi: *o. o. o.* hîc Recti: *p. p. p. p.* hîc per aponeurosem apparent lineae tendineae Recti: *q.* hîc sub eadem eminet Pyramidalis: *r. r. r. r.* linea alba, in qua Obliquorum externorum aponeuroses se decussant, continuantque, et cum subjectis conjungunt: *ſ.* aponeurosis inserta ossi pectoris: *s.* haec pars aut dici potest ad Obliqui externi aponeurosim pertinere, aut ad Pectoralem; itaque aut inseri cartilagini costae septimae, aut ab ea oriri: *t.* foramen in linea alba, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus: *u.* imus margo tendineus, a crista iliûm pertinens ad pubem: *v. w.* duae partes, in quas aponeurosis se findit, inde ad pubem usque distinctae, tendinum specie: ex quo fissura fit, per quam elabitur funiculus vasorum spermaticorum cum Cremastere: *x.* pars tenuior, ab altero illorum tendinum ad alterum pertinens, eosque connectens inter se. Infra eam partem et juxta pubem funiculus elabitur per annulum Obliqui hujus; qui parvus est, relinquiturque inter partem *x.*, tendines *v. v. w. w.* et os pubis. Caeterum fila aponeurosis quae carnearum in modum porrecta sunt, decussant fila tendinea alia, subtilia, rara; quod ex Icone satis apparet: ab iisque fit pars *x.*, ab altero tendine per alterum excurrentibus.

y. y. Funiculi spermaticorum vasorum nudi.

z. z. Cremasteres.

In femoribus, cruribus, pedibus. *A. A.* Glutei magni.
B. B. Graciles.
C. C. Adductores magni femorum.
D. D. - - - - - - longi femorum.
E. E. Pectinei.
F. F. Psoae magni.
G. G. Iliaci interni.
H. I. Sartorii. *I.* principium extrinsecus tendinosum, oriens a crista iliûm.
K. L. Glutei medii: *L.* ortus a crista iliûm.
M. N. O. Tensores vaginarum femorum: *N.* ortus a crista iliûm: *O.* extremum, unde rescissa pars tendinea, quam adjungit vaginae femoris.
P. Q. R. S. Vasti externi: *Q.* pars tendinosa: *R.* extremum tendineum: *S.* insertum patellae.
T. V. W. X. Recti crurum: *V.* tendo, patellae insertus: *W.* locus ubi se inserit patellae: *X.* aponeurosis quae a tendine Recti excurrit per priora patellae, posteaque se priori parti ligamenti adjungit, quod a patella ad tibiam pertinet.
Y. Z. Γ. Vasti interni: *Z.* tendo extremus: Γ. patellae insertus.
Δ. Θ. Λ. Ligamenta a patellis ad tibias pertinentia: Θ. locus ubi a patella oritur: Λ. tota hac parte subtus tibiae insertum.
Ξ. Π. Σ. Bicipites crurum: Π. Σ. tendo extremus, Π. pars ejus praecipua, fibulae capiti inserta, Σ. pars, qua ad tibiam pertinet.
Φ. Ψ. Ω. Sartorii: Ψ. tendo, Ω. tibiae insertus.
α. α. Semitendinosi.
β. γ. δ. Gemelli: *γ.* pars tendinosa: *δ.* tendo.
ε. ζ. η. Solei: *ζ. ζ.* ortus a tibia: *η.* superficies tendinosa.
θ. ι. ι. κ. Flexores longi digitorum pedum: *ι. ι.* ortus a tibia: *κ.* tendinis principium.
λ. λ. Tendines Tibialium posticorum.
μ. μ. Plantarium tendines.
ν. ν. Tendines Achillis.

ξ. ξ. Solei.

o. π. ρ. Peronei longi: π. ortus a capite fibulae: ρ. tendo, ex parte exteriore carnis nascens.

σ. σ. Peronei breves.

τ. v. Extensores longi digitorum pedum cum Peroneis tertiis in unum conjuncti: v. ortus a tibia.

ϕ. χ. χ. Peronei tertii: χ. χ. tendo in crure pedeque.

ψ. ω. a. b. c. Extensores longi digitorum pedum: ψ. tendo: ω. a. b. c. quatuor, in quos se dividit, tendines, per dorsum pedis, digitorumque minorum decurrentes.

d.e.f.g.h. Hae tantum inscriptae digito primo minorum pedis dexteri: reliquis autem minoribus pedis utriusque, ob rerum parvitatem non potuerunt; facileque ex hoc uno intelligentur, cui similes sunt: *d.* tendo communis Extensoris longi et brevis digitorum pedis, insertus ossi secundi ordinis: *e.* tendo procurrens ad os tertium, qui procedit ab Extensore brevi digitorum pedis: *f.* tendinis communis Extensoris longi et brevis portio, procurrens ad os tertium: *g.* duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, ossi tertio insertum: *h.* aponeurosis ad tendinem *d.* accedens, procedensque partim a capsa articuli digiti cum metatarso, partim ab Interosseo hujus lateris, partim a Lumbricali, partim a latere ossis primi ordinis.

i. i. i. k. Tendines Extensorum propriorum pollicum pedum: *k.* extremum ossi ultimo pollicis insertum.

l. l. l. Tendines extensorum propriorum pollicum pedum rami, aliquando inventi.

m. m. Aponeuroses, quas tendines Extensorum propriorum pollicum pedum accipiunt a capsis articulorum pollicum cum suis metatarsi ossibus.

n.o.o.p.p.p. Tibiales antici: *o.o.* ortus a tibia: *p.p.p.* tendo.

q. r. s. t. Ligamenta, quibus tendines in confinio crurum et dorsorum pedum obducti: *r.* cornu superius, affixum *s.* tibiae: *t.* cornu inferius.

u. w. Ligamenta, quae tendines juxta malleolos internos retinent: *w.* ortus a malleolo.

x. x. Ligamenta, quibus Tibialium posticorum tendines retinentur.

y. y. Tendines Tibialium posticorum, partim ossibus navicularibus inserti, partim procurrentes ad ossa cuneiformia majora.

z. z. Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt, orientia a calcaneis.

In pedibus, extremis, humeris, brachiis ec.

A. B. C. Abductores pollicum pedum: *B.* ortus a latere calcanei: *C.* tendo.

D. D. Flexores breves pollicum pedum.

E. E. Flexores breves digitorum pedum.

F. F. Tendines Flexorum longorum pollicum pedum.

G. Tendo Flexoris longi pollicis pedis, quâ sub osse primi ordinis pollicis incedit, vagina contentus, in cornua duo fissa.

H. I. K. Extensores breves digitorum pedum: *H.* portio ad pollicem pertinens: *I.* portio decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obvertit; aliquoties inventa: *K.* portio ad primum parvorum digitorum pertinens.

L. L. Interossei primi digitorum minorum primorum.

M. N. O. P. Q. Deltoidei: *M.* primi ordinis portionum, e quibus constat, prima: *N.* secundi prior: *O. P.* primi tertia: *P.* ortus ejus a processu superiore scapulae: *Q.* secundi media.

R. S. Coracobrachiales: *R.* hac parte cum capite breviore Bicipitis brachii conjunctus.

T. T. Tricipitum brachiorum partes, quae *Longi.*

V. V. - - - - - - - - - - - - - - - - quae *Breves.*

W. X. Y. Z. Γ. Bicipites brachiorum: *W.* caput longius: *X.* caput brevius: *Y.* venter communis: *Z.* aponeurosis, quam dat vaginae tendineae cubiti, truncata: Γ. tendo, quo se radio inserit.

Δ. Θ. Tricipitum brachiorum partes, quae Brachiales externi:

Θ. tendo, qui e superficie Brachialis externi ortus, ad condylum posteriorem humeri pertinet.

Λ. Λ. Λ. Brachiales interni.

Ξ. Supinator brevis.

Π. Σ. Supinatores longi: Σ. tendo.

Φ. Φ. Pronatores teretes.

Ψ. Ω. Radiales interni: Ω. tendo.

α. β. γ. δ. ε. ε. Palmares longi: β. tendo: γ. δ. ε. ε. ε. aponeurosis, in quatuor portiones primum leviter distincta, deinde magis, filisque tendineis transversis firmata: δ. portio, quam dat Abductori brevi pollicis: ε. ε. ε. etc. extrema, quibus haec aponeurosis ad radices digitorum pertinet.

ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. Sublimes: η. θ. portio ad digitum medium pertinens: θ. tendo: ι. κ. portio ad tertium digitum pertinens: κ. tendo: λ. λ. λ. portio ad indicem: μ. portio ad minimum.

ν. ξ. ο. Ulnaris internus: ξ. tendo: ο. insertus ossi subrotundo carpi.

π. ρ. Flexores longi pollicum manuum: ρ. tendo.

σ. Profundi tendo ad indicem.

τ. Pronator quadratus.

υ. υ. Ligamenta sub quibus incedunt tendines Abductorum longorum, et Extensorum minorum pollicum manuum.

φ. χ. ψ. ω. a. b. b. Abductores longi pollicum manuum: χ. pars superior: ψ. pars inferior: ω. ω. tendo partis superioris: a. portio, quam dat Abductori brevi pollicis manus: b. b. tendo partis inferioris.

c. d. Extensores minores pollicum manuum: d. tendo.

e. Ligamentum armillare exterius.

f. g. h. Radialis externus longior: g. g. g. g. h. tendo, h. insertus ossi metacarpi indicis.

i. Radialis externi longioris alterius minorisque tendo.

k. k. l. l. Radialis externus brevior: l. l. tendo.

m. n. o. p. q. Extensor communis digitorum manus: n. o. portio ad indicem pertinens, cujus o. tendo: p. tendo ad digitum medium: q. tendo ad annularem.

r. s. Extensor proprius digiti minimi: s. tendo.

t. Aponeurosis, qua tendo indicis o., et medii p. conjuncti

In manu sinistra.

inter se. Similibus conjuncti tendines medii et annularis, annularis et minimi.

u. u. Tendo Indicatoris.

w. Interosseus prior indicis.

x. Abductor indicis.

y. Tendo Extensoris majoris pollicis manus.

z. Opponens pollicis manus.

A. B. Communis tendo pollicis Extensoris majoris et minoris, *B.* ossi ultimo pollicis insertus.

C. Aponeurosis ambiens capsam articuli pollicis cum metacarpo, innexaque capsae illi, et adjuncta tendini communi Extensorum pollicis.

D. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis.

E. Aponeurosis, quam cauda posterior Flexoris brevis pollicis dat tendini communi Extensorum pollicis.

F. G. Adductor pollicis: *G.* extremum tendineum, insertum ossi primo pollicis.

H. Aponeurosis, quae partim orta a Lumbricali primo, partim ab Abductore indicis, adjungit se communi tendini Extensorum indicis.

I. Tendo Lumbricalis primi.

K. L. Communis Indicatoris et Extensoris communis tendo, ad indicem pertinens: *L.* extremum ejus, insertum ossi secundo.

M. Tendo Lumbricalis primi, accepta a tendine communi Extensorum indicis portione auctus, decurrens ad indicis os tertium.

N. Tendo Interossei posterioris indicis, qui accepta a tendine communi Extensorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

O. Extremum tendineum commune, insertum ossi tertio indicis. Fit autem ex tendinibus *M.* et *N.* confluentibus in unum.

P. P. Extensoris communis digitorum tendines, quâ per dorsum digitorum decurrunt cum aponeurosibus quas accipiunt.

Q. Tendo communis Extensorum minimi, quâ per dorsum ejus incedit.

R. Tendo Interosseo priori digiti medii et Lumbricali secundo communis: qui tendo accepta portione ab Extensoris communis tendine auctus, decurrit ad os tertium.

S. Tendo Sublimis.

T. Ligamentum, quo tendo Profundi una cum extremis caudis tendinis Sublimis obductus.

V. Tendo Profundi.

Eadem *S. T. V.* in digitis tribus reliquis.

In manu dextera. *W. W.* Ligamentum carpi, quod cum sinu carpi canalem efficit, qui continet et coercet tendines a cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.

X. Opponens pollicis.

Y. Z. Γ. Δ. Abductor brevis pollicis: *Z.* origo a ligamento carpi: Γ. pars extremi tendinei, inserti ossi primo pollicis: Δ. tenuitas tendinea, quae conscendit dorsum pollicis, et coit cum priore parte tendinum Extensorum pollicis, et se porro per exteriora eorumdem tendinum continuat simili aponeurosi Flexoris brevis pollicis.

Θ. Tendo communis Extensorum pollicis.

Λ. Pars Flexoris brevis pollicis, quae pro pollicis Abductore brevi altero haberi potest: extremo tendinoso inserta ossi primo pollicis.

Ξ. Ξ. Π. Tendo Flexoris longi pollicis, quodammodo fissus in duos: Π. extremum, quo pertinet ad os ultimum pollicis.

Σ. Ligamentum, quo tendo Flexoris longi pollicis retinetur ad os primum pollicis ipsius; obliquum, primo simplex, mox fissum in extrema duo.

Φ. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis.

Ψ. Adductor pollicis.

Ω. Lumbricalis primus.

a. Interosseus prior indicis.

b. Abductor indicis, extremo tendineo insertus ossi primo indicis.

c. d. e. Abductor minimi: *d.* ortus a ligamento carpi, *e.* ab osse subrotundo carpi.

f. Adductor ossis metacarpi digiti minimi.

g. g. Palmaris brevis.
h. Flexor parvus digiti minimi.
i. Lumbricalis quartus.
k. - - - - - - tertius.
l. - - - - - - secundus.
m. Interosseus prior digiti medii.
n. - - - - - - - - - - digiti annularis.
o. - - - - - - - - - - - - - minimi.
p. Tendo communis Flexoris parvi et Abductoris digiti minimi.
q. - - - - - - - - - Lumbricalis quarti et Interossei prioris digiti minimi.
r. Tendo Interossei posterioris digiti annularis.
s. - - - communis Lumbricali tertio et Interosseo priori digiti annularis.
t. Tendo Interossei posterioris digiti medii.
u. - - - communis Lumbricalis secundi et Interossei prioris digiti medii.
v. Tendo Interossei posterioris indicis.
w. Lumbricalis primi tendo.
x. Tendo Sublimis. A cujus parte pollicem spectante, tendo Profundi.
y. z. Tendo Profundi, per longitudinem quodammodo fissus: *z.* insertus ossi tertio.
2. 2. Cornua tendinis Sublimis.
3. Ligamentum, quo tendo Sublimis et Profundi, quâ secundum os primi ordinis incedunt, obducti. Affixum utrique margini ossis primi.
4. 4. 4. Tria ligamenta, quibus retinentur Sublimis et Profundi tendines circa articulum digiti cum metacarpo. Crassa sunt, mediisque partibus tenuioribus continuata et inter se et proximo ligamento *3.* ejusdem digiti.
5. Ligamentum, quo tendo Profundi, extremaeque caudae tendinis Sublimis, circa mediam longitudinem ossis secundi obducta. Affixum margini utrique ossis secundi.

Eadem *x. y. z. 2. 2. 3. 4. 4. 4. 5.* in reliquis quoque digitis; quae satis apparent, etiamsi litterae non fuerint adscriptae.

16

TABULA LIII.

Ex eodem Opere.

Remotis plerisque partibus primis figurae, quam Tabula LII. continet; proximum musculorum ordinem cum quibusdam ligamentis haec Tabula exhibet, et nudas quoque partes Sceleti, qui eorum fundamentum est.

In capite, collo, pectore, et scapulis.

a. b. Corrugatores superciliorum: *b.* principium ab osse frontis oriens.

c. d. e. Levatores palpebrarum superiorum: *c.* pars carnea: *d. e.* pars tenui aponeurosi similis, *e.* hîc super tarsum, qui per eam eminet, expansa.

f. f. f. Palpebrarum pars membranacea.

g. Ligamentum, quo palpebrarum commissura in angulo majore alligata processui nasali ossis maxillaris superioris. Idem in altero latere.

h. h. Quaedam Orbicularium palpebrarum continuationes, orientes ab externo ligamento modo dicto, ipsisque palpebrarum oris circumductae, ductu continuo.

i.k.l.m.n. Temporalis: *k. l. m.* primum originis initium, procedens *k.* ab osse frontis, *l.* verticis, *m.* temporum: *n.* tendo.

o.p.q.r.s.t.u.w.x. Masseteres: *o.* pars posterior, qua parte non tecta priore: *p. q.* partis hujus ortus, *p.* a processu zygomatico ossis temporis, *q.* osse jugali: *r.* pars prior eademque exterior: *s.* ejus principium tendinosum: *t. u.* ortus, *t.* ab osse maxillari superiore, *u.* jugali: *w.* extremum tendinosum: *x.* extremum insertum maxillae.

y. Biventer maxillae.

z. Buccinator.

A. Pterygoideus externus.

B. C. D. E. Levatores angulorum oris: *C.* origo ab osse maxillari superiore: *D.* hac parte conjungit se cum Nasali labii superioris, quâ is ad Orbicularem oris jam accessit: *E.* hac parte continuatus Depressori anguli oris, qui juxta hanc continuationem abscissus.

F. Depressor alae nasi, alae insertus. Dextri quoque portio apparet.

G. G. Nasales labii superioris: qui quomodo ex naso oriantur, et se ad Orbicularem oris adjungant, indicatum.

H. I. I. Orbicularis oris: *H.* pars quae est in labio superiore: *I. I.* pars, quae in rubro margine labiorum.

K. L. M. Depressores labii inferioris: *L.* origo a maxilla: *M.* hac parte dexter sinisterque decussant se.

N. O. Levatores menti: *O.* fasciculi, quos immiscent pingui menti.

P. Biventer maxillae.

Q. Mylohyoïdei, inserti ossi hyoïdi.

R. Stylohyoïdeus.

S. Basioglossus.

T. Ceratoglossus.

V. Ligamentum ab extremo cornu ossis hyoïdis deductum ad processum superiorem cartilaginis thyreoïdeae; eumque cornu illi alligans.

W. Stylopharyngeus.

X. Constrictor inferior pharyngis.

Inter *W.* et *X.* Processus superior cartilaginis thyreoïdeae.

Y. Z. Hyothyreoïdei: *Z.* origo ab hyoïde.

α. α. β. Coracohyoïdei: *β.* extremum, hyoïdis basi insertum.

γ. γ. γ. δ. Sternohyoïdei: *δ.* extremum, basi hyoïdis insertum.

ε. ε. ε. ε. Sternothyreoïdei.

ζ. Aspera arteria.

η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. Sternomastoïdei cum Cleidomastoïdeis conjuncti: *η. θ.* Sternomastoïdeus, *θ.* principium ab initio tendineum, dein tendinosum, oriens a sterno: *ι. κ.* Cleidomastoïdeus, *κ.* ortus a clavicula: *λ.* Sternomastoïdeus cum Cleidomastoïdeo conjunctus in unum: *μ.* pars co-

rum interior: ν. extremum, quâ processum mammillarem scandit, tendineum, insertumque processui mammillari.

ξ. Rectus capitis internus major.

ο. ο. ο. Scaleni medii.

π. π. Levatores scapularum.

ρ. ρ. Scaleni priores, quâ a costis primis oriuntur.

σ. ς. ς. ς. Subclavii: ς. principium tendineum, oriens a cartilagineo extremo costae primae, et per inferiorem partem carnis excurrens: ς. ς. extremum claviculae insertum.

υ. φ. χ. ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Serrati antici: φ. extremum tendineum, insertum processui coracoïdeo scapulae; quod in margine hujus musculi, qui axillam spectat, citius apparere incipit. χ. ψ. ω. Γ. Δ. Θ. capita tria: χ. capitis primi pars carnea, ψ. tendinea tenuis, orientes a superiore parte extremae partis osseae costae tertiae, proximaeque cartilagineae: ω. capitis secundi pars carnea, oriens obliquo ductu a tota altitudine costae quartae: Γ. ejusdem pars tendinea tenuis, oriens a superiore parte extremi costae ejusdem, proximaeque cartilaginis: Δ. Θ. caput tertium: Θ. pars tendinea tenuis, oriens a superiore parte extremi ossei costae quintae.

Λ. Λ. Ξ. Π. Subscapulares: Ξ. extremi pars tendinea, inserta tuberi inaequabili minori capitis superioris ossis humeri: Π. pars carnea, inserta ipsi humero, infra tuber illud.

Σ. Σ. Teretes majores.

Φ. Extremum tendineum Latissimi dorsi cum Terete majore conjunctum, insertumque ossi humeri.

In trunco. Ψ. Ω. *A. B. C. D. E. F. G.* Serrati magni: Ψ. pars, quae oritur a costa secunda: Ω. caput, quod oritur a costa tertia, *A.* quod a quarta, *B.* quod a quinta, *C.* quod a sexta, *D.* quod a septima, *E.* quod ab octava, *F.* quod a nona, *G.* quod a decima: *H.* etc. ipsa capitum a costis origo: *I.* etc. capitum cum Intercostalibus externis conjunctio.

K. K. etc. Intercostales externi.

L. L. etc. Intercostales interni.

M.N.O.O.P.Q.R.R.S.T.U.V.V.W.X.Y. Obliqui interni abdominis: *M.N.O.O.P.Q.R.R.* pars carnea: *N.* origo a crista iliûm: *O.O.* margo procedens a margine tendineo Obliqui externi abdominis: *P.* pars, sub qua decurrit funiculus vasorum spermaticorum, leviter eminens, per eamque conspicuus: *Q.* pars, sub qua eminet Pyramidalis, per eam conspicuus: *R. R.* carnea pars inserta costae decimae: *S. T.* aponeurosis, hac parte simplex: *T.* aponeurosis inserta cartilagini costae nonae: *U.* eminens sub aponeurosi caro Transversi: *V. V.* rescissa lamella prior earum, in quas se aponeurosis *S.* juxta Rectum dividit: *W. X. Y.* lamella prior earum, in quas se aponeurosis *S.* findit juxta Rectum: haec lamella per longitudinem abdominis resecta, ibi ubi se primum cum aponeurosi Obliqui externi conjungit: *W. X.* hîc sub ea Rectus eminet, per eam conspicuus; *W.* carneis partibus, *X.* lineis tendineis: *Y.* hîc sub eadem lamella Pyramidalis eminet, conspicuus per eam.

Z.Z.Z.Z.Z.a.b.c.d.e.f.g. Recti abdominis: *a. b. c.* extrema inserta, *a.* costae quintae, *b.* sextae, *c.* septimae: *d.e.f.g.* lineae tendineae.

h. i. Linea alba: *i.* foramen in ea, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus.

k. k. Hinc rescissae aponeuroses Obliquorum externorum, una cum adjunctis ipsis lamellis prioribus earum, in quas se dividunt aponeuroses Obliquorum internorum.

l. m. Pyramidales: *m.* principium, oriens e ligamentis, quibus pubis ossium synchondrosis a priori parte constricta.

n. Synchondrosis ossium pubis ligamentis suis constricta.

o. Truncatus penis.

p. q. Cremasteres: *q.* principium quod abscedit a carne Obliqui interni.

r. Funiculi vasorum spermaticorum.

s. t. Gluteus medius: *t.* ortus a crista iliûm.

u. v. w. Glutei minores: *v.* ortus a crista iliûm: *w.* tendo, insertus radici trochanteris majoris.

In femoribus, cruribus, pedibus extremis.

x. Rectorum crurum principia truncata.

y. Iliaci interni.

z. Psoae magni.

Γ. Pectinei.

Δ. Θ. Abductores longi femorum: Θ. principium oriens e ligamentis, quibus synchondrosis ossium pubis constricta.

Λ. Ξ. Graciles: Ξ. principium oriens e ligamentis, quibus synchondrosis ossium pubis constricta.

Π. Abductores magni femorum.

Σ. Φ. Ψ. Ψ. Ω. α. Vasti interni: Φ. ortus ab osse femoris: Ψ. Ψ. hac parte adjungit se ad tendinem Cruralis: Ω. tendo: α. insertus patellae. In hoc Vasto juxta Cruralem vestigium a Recto cruris impressum.

β. γ. Crurales: γ. tendo.

δ. ε. ε. ζ. η. η. θ. Vasti externi: ε. ε. ortus ab osse femoris: ζ. pars principii tendinosa: η. η. tendo: θ. insertus patellae. Juxta Cruralem insigne vestigium huic Vasto a Recto cruris impressum: confer Tab. LII.

ι. κ. λ. Rectorum crurum truncati tendines: κ. locus ubi se inserit patellae: λ. aponeurosis, quae a tendine Recti per priorem patellae partem excurrit ad ligamentum, quod a patella ad tibiam pertinet posteaque se adjungit priori parti ligamenti illius.

μ. ν. ξ. Ligamenta a patellis ad tibias pertinentia: ν. locus ubi a patella oritur: ξ. hac parte tota tibiae subtus insertum.

ο. π. Tendines Gracilium: π. tibiis inserti.

ρ. ρ. Semitendinosorum tendines, tibiis inserti.

σ. σ. Poplitei.

ς. ς. τ. Bicipites crurum: ς. τ. tendo extremus, ς. pars ejus praecipua, fibulae capiti inserta; τ. pars, qua ad tibiam pertinet.

υ. υ. Solei.

φ. χ. ψ. Peronei longi: χ. ortus a capite fibulae: ψ. tendo, e parte exteriore carnis nascens.

ω. ω. Peronei breves.

A. B. C. D. E. Extensores longi digitorum pedum cum Peroneis tertiis: *A.* communis caro Extensoris et Peronei: *B.* ortus ejus a tibia: *C.* Peroneus tertius: *D.* tendo ejus: *E.* tendo Extensoris longi digitorum; qui se in quatuor tendines dividit, ad quatuor digitos parvos pertinentes; quorum qui digiti minimi est, citius, ipsoque in crure oritur; reliqui demum, ubi ex ligamento *q.* Tabula LII. emersurus est. Extensori et Peroneo, qua conjuncti sunt, vestigium notabile impressum a Tibiali antico: confer Tab. LII.

F. G. G. Tibiales postici: *F.* pars, qua a fibula procedit: *G. G.* ortus a tibia.

H. I. K. L. M. Extensores proprii pollicum pedum: *I.* tendo: *K.* insertus ossi ultimo pollicis: *L. M.* tendinis ramus, quem aliquoties inveni, *M.* insertus ossi primo pollicis.

N. O. O. P. Solei: *O. O.* ortus a tibia: *P.* superficies tendinosa, qua tendo incipit.

Q. R. R. S. Flexores longi digitorum pedum: *R. R.* ortus a tibia: *S.* tendinis principium.

T. T. Plantarium tendines.

V. V. W. X. Tendines Tibialium posticorum: *W.* extremum insertum ossi naviculari, partimque *X.* procurrens ad os cuneiforme majus.

Y. Y. Tendines achillis.

Z. Z. Tendines Flexorum longorum digitorum pedum.

a. b. Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt: *b.* ortus a calcaneo.

c. d. Flexores breves digitorum pedum: *d.* ortus a calcaneo.

e. Flexoris brevis pollicis pedis cauda exterior.

f. f. g. Tendines Flexorum longorum pollicum pedum: *g.* hîc vagina contentus est, fissa in cornua duo.

h. h. Interossei primi digitorum minorum primorum.

i. k. l. Extensores breves digitorum pedum: *i.* portio ad pollicem pertinens: *k.* portio decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obversum aliquoties inventa: *l.* portio pertinens ad primum parvorum.

m.n.o.p.q. Tendo communis Extensoris longi et brevis digitorum pedis, insertus ossi secundi ordinis: *n.* tendinis communis Extensoris longi et brevis portio ad os tertium procurrens: *o.* tendo ad os tertium procurrens, qui procedit ab Extensore brevi digitorum pedis: *p.* duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, ossi tertio insertum: *q.* aponeurosis ad tendinem *m.* accedens, procedensque partim a capsa articuli digiti cum metatarso, partim a latere ossis primi ordinis. Eadem in caeteris digitis parvis utriusque pedis: sed ad digiti minimi tendinem nulla portio accedit ab Extensore digitorum brevi.

In brachiis, et cubitis. *r. s.* Supraspinati: *s.* tendo tuberi magno et inaequabili ossis humeri insertus.

t. t. Communis Coracobrachialium et capitum breviorum Bicipitum brachiorum ortus a processibus coracoïdeis scapularum.

u. u. Coracobrachiales: *v. v. v. v.* hac parte conjuncti cum capitibus brevioribus Bicipitum brachiorum.

w. x.y.z.α.β.γ. Bicipites brachiorum: *w. x.* caput brevius, *w.* pars extrinsecus tendinosa, *x.* carnea: *y.z.* caput longius; *y.* tendo, quo incipit, decurrens super caput ossis humeri, et deinde per sinum, qui inter ejus duo tubera: *z.* pars carnea: *α.* venter communis: *β.* aponeurosis quam dat vaginae tendineae cubiti, truncata: *γ.* tendo, quo se radio inserit.

δ. ε. ζ. η. Tricipites brachiorum: *δ.* caput, quod *Brevis* dicitur: *ε.* quod *Longus*: *ζ.* quod *Brachialis externus*: *η.* tendo, qui e superficie Brachialis externi ortus, ad humeri condylum posteriorem pertinet.

θ. θ. ι. κ. Brachiales interni: *ι.* pars depressior cui Supinator longus adjacet: *κ.* superficies tendinosa.

λ. μ. Radialis externus longior dexter: *μ.* tendo.

ν. ξ. ο. π. ρ. Radialis externus longior sinister; hic se in duos dividens, qui singuli in tendinem abeunt. *ξ.* tendo praecipuus, partis praecipuae: *ο.* tendo partis minoris, qui

se cum altero conjungit in tendinem π. communem, ρ. insertum ossi metacarpi indicis.

σ. ς. Radiales externi breviores: ς. tendo, insertus ossi metacarpi indicis et medii.

$\tau.\tau.\varsigma.\upsilon.\phi$. Supinatores breves: ς. υ. extremum insertum, ς. radici tuberculi radii, υ. radio infra tuberculum illud: ϕ. pars posterior.

χ. Profundus.

ψ. Pronator teres truncatus.

ω. Communia principia Ulnarium internorum et Sublimium, orientia a condylis majoribus humerorum, eaque tendinosa.

A. *B*. Ulnares interni: *B*. tendo insertus ossi subrotundo.

C.D.E.F.G.H.I.I.K.L.M.N.N.O.O.P.Q.Q. Sublimes: *D*. pars crassior, oriens a condylo majore humeri: *E*. portio exili tendine oriens ab ulna, juxta finem Brachialis interni: *F*. *G*. pars tenuior, a radio oriens, *G*. ortus a radio: *H*. *I*. *I*. portio ad digitum tertium pertinens, *I*. *I*. tendo ejus: *K*. *L*. portio ad digitum auricularem pertinens, *L*. tendo ejus: *M*. *N*. *N*. portio ad digitum medium pertinens, *N*. *N*. tendo ejus: *O.O*. *P*. *Q.Q*. portio ad indicem pertinens, *P*. tendo ejus; *Q.Q*. cornua duo, in quae se tendo findit, inserta ossi secundi ordinis indicis. Eodem modo in cornua se dividunt, inseruntque tendines *I*. *L*. *N*.

R. Profundi tendo ad indicem pertinens.

S.T.V.W. Flexores longi pollicum: *T*. *V*. tendo, *V*. hac parte per longitudinem quodammodo fissus, *W*. insertusque ossi ultimo pollicis.

X. *X*. Supinatorum longorum truncati tendines.

Y. Pronator quadratus.

Z.a.b.c.d. Abductores longi pollicum manuum: *a*. pars superior: *b*. tendo partis superioris, cujus *c*. portio truncata, quam dat Abductori brevi pollicis: *d*. tendo partis inferioris.

e. *f*. Extensores minores pollicum manuum: *f*. tendo.

g. *g*. Extensor major pollicis manus.

h. i. Communes tendines pollicum Extensorum majorum et minorum: *i.* tendo communis insertus ossi ultimo pollicis.

In manu dextera.

k. Extremum recisi Abductoris brevis pollicis manus.

l. m. n. o. p. Ligamentum carpi, quod cum sinu carpi canalem efficit, qui continet et cocrcet tendines a cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis: *m.* ortus ejus ab osse subrotundo carpi, *n.* a multangulo majore, *o.* a naviculari: *p.* canalis, per quem penetrat tendo Radialis interni.

q. r. s. t. Opponens pollicis: *r.* ortus ab osse multangulo majore, *s.* a ligamento carpi, *t.* extremum ossi metacarpi pollicis insertum.

u. v. w. Pars Flexoris brevis pollicis manus, quae pro pollicis Abductore brevi altero haberi potest: *v.* ortus ejus a ligamento carpi: *w.* extremum tendinosum insertum ossi primo pollicis.

x. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis manus.

y. Adductor pollicis manus.

z. Interosseus prior indicis.

α. β. Abductor indicis: *β.* extremum tendineum, quo insertus ossi primo indicis.

γ. δ. ε. Lumbricalis primus: *δ.* ortus ejus a tendine Profundi ad indicem pertinente: *ε.* tendo qui se conjungit cum communi tendine Extensorum indicis, et dein ad indicis os tertium pertinet.

ζ. η. θ. Lumbricales: *ζ.* secundus, *η.* tertius, *θ.* quartus. In tendines abeunt ut primus, quibus notas ob angustiam locorum non iscripsi. Conjungunt se tendines cum tendinibus Interosseorum priorum.

ι. ι. κ. Tendines profundi, per longitudinem quodammodo fissi: *κ.* inserti ossibus tertii ordinis.

λ. Interosseus posterior indicis cum tendine suo.

μ. Interosseus prior digiti medii.

ν. Tendo communis Lumbricalis secundi et interossei prioris digiti medii.

ξ. Interosseus posterior digiti medii cum tendine suo.

ο. Interosseus prior digiti annularis.

π. Tendo communis Lumbricalis tertii, et Interossei prioris digiti annularis.

ρ. Tendo Interossei posterioris digiti annularis.

σ. - - - - - - - - - prioris digiti minimi.

ς. Tendo communis Lumbricalis quarti et Interossei prioris digiti minimi.

τ. υ. Flexor parvus digiti minimi manus: υ. ortus a ligamento carpi.

φ. Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejusdem.

χ. χ. Adductor ossis metacarpi digiti minimi.

ψ. ω. Abductor digiti minimi manus: ω. oriens ab osse subrotundo et a ligamento carpi.

In manu sinistra. Γ. Opponens pollicis manus.

Δ. Aponeurosis ambiens capsam articuli pollicis cum metacarpo, innexaque capsae illi, et adjuncta tendini communi Extensorum pollicis.

Θ. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis manus.

Λ. Aponeurosis, quam cauda posterior Flexoris brevis pollicis dat tendini communi Extensorum pollicis.

Ξ. Π. Adductor pollicis manus: Π. extremum tendineum, insertum ossi primo pollicis.

Σ. Abductor indicis.

Φ. Interosseus prior indicis.

Ψ. Ψ. Tendo Indicatoris.

Ω. Interossei prioris digiti medii caput ab osse metacarpi medii oriens.

1. Interossei posterioris digiti medii caput ab osse metacarpi annularis oriens.

2. Interossei posterioris annularis caput ab osse metacarpi auricularis oriens.

3. Recisus tendo communis Extensorum digiti minimi manus, per dorsum ejus incedens.

4. 5. Recisi Extensoris communis digitorum tendines, qui ad

digitum *4.* annularem, et *5.* medium, pertinent, ac deinde *6. 6.* per dorsum digitorum illorum decurrunt cum aponeurosibus, quas accipiunt.

7. Recisus Extensoris communis digitorum manus tendo ad indicem pertinens.

8. 9. Communis Indicatoris et Extensoris communis digitorum manus tendo, ad indicem pertinens: *9.* extremum ejus, insertum ossi secundo indicis.

10. Aponeurosis quae partim orta a Lumbricali primo, partim ab Abductore indicis, adjungit se communi tendini Extensorum indicis.

11. Tendo Lumbricalis primi.

12. Tendo Lumbricalis primi, accepta a tendine communi Extensorum indicis portione auctus, decurrens ad os tertium indicis.

13. Tendo interossei posterioris indicis, qui accepta a tendine communi Extensorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

14. Extremum tendineum commune, insertum ossi tertio indicis. Quod extremum fit ex tendinibus *12.* et *13.* confluentibus in unum.

15. Tendo interosseo priori digiti medii et Lumbricali secundo communis: qui tendo accepta portione ab Extensoris communis tendine auctus, decurrit ad os tertium digiti medii.

In interiore parte digitorum indicati tendines Sublimis et Profundi.

TABULA LIV.

Ex eodem Opere.

Rursus remotis plerisque partibus primis, quae Tabula LIII. continentur, proximus musculorum ordo, cum quibusdam ligamentis hac Tabula exhibetur, et Sceleti quoque, magis autem denudati, partes.

In capite, et collo. *a. a.* Oculorum globi.

b. Cartilago orbiculi, per quem tendo Obliqui superioris oculi transit: quae cartilago tendinem illum sustinet et continet.

c. d. Tendo Obliqui superioris oculi: *c.* pars ejus, secundum internum latus foraminis oculi ad orbiculum incedens: *d.* pars, quae, postquam ex orbiculo exiit, recurrit ad globum oculi.

e. e. Recti attollentes oculorum, scleroticis innexi.

f. Rectus adductor oculi, scleroticae innexus.

g. - - - abductor oculi, scleroticae innexus.

h. h. Recti depressores oculorum, scleroticis innexi.

i. i. k. Obliqui inferiores oculorum: *k.* origo ab osse maxillari superiore in fundo foraminis oculi, juxta oram ejus, inter suturam illius propriam et os unguis.

l. l. m. Depressores alarum nasi: *m.* extremum circum radicem alae insertum.

n. o. p. p. Orbicularis oris pars, quae in labio superiore est: *o.* pars, quae in rubro margine labii: *p. p.* hinc resecti Depressores angulorum oris, quâ abeunt in exteriorem partem Orbicularis oris, quâ is labium superius ab angulis oris juxta os ambit.

q. r. s. t. t. Orbicularis oris pars, quae est in labio inferiore: *q.* pars, quae in rubro margine labii est: *s.* hîc subit fasciculum *z.*, et continuatur Buccinatori partique Levatoris anguli oris et Zygomatici majoris, ad eum accedentibus: *t. t.* portiones, quae ad Orbicularem oris accedunt, procedentes a maxilla inferiore, et se cum Orbiculari conjungentes: post subeunt Buccinatorum portiones *z.*, et cum Buccinatoribus se conjungunt.

u. Sinulus, sive spatium inter Buccinatoris fasciculum *z.*, et portionem *t.*, quae ad Orbicularem oris accedit: in quo spatio aliquot glandulae collocatae.

v. w. x. y. z. α. Buccinatores: *w.* pars, quae abit in Orbicularis oris partem quae est in labio superiore: *x.* hîc adjungit se ci Levatoris anguli oris pars una cum parte Zygomatici majoris: *y.* pars, quae abit in Orbicularis partem, quae est in labio inferiore: *z.* fasciculus, qui ad labium superius procedit, acceditque ibi ad interiorem partem Orbicularis oris: *α.* hîc continuat se portioni *t.* ad Orbicularem oris accedenti.

β. γ. δ. Levatores menti: *γ.* hac parte continuati inter se: *δ.* fasciculi, quos pingui menti immiscent.

ε. ε. Pterygoideus externus, extremum tendinosum habens.

ζ. - - - - - - - internus.

η. Mylohyoidei, inserti ossis hyoïdis basi.

θ. Basioglossus, oriens a basi et a cornu hyoïdis.

ι. Ceratoglossus, oriens a cornu hyoïdis.

κ. λ. λ. Os hyoïdes: *κ.* basis: *λ. λ.* cornua.

μ. ν. Larynx: *μ.* cartilago thyreoïdea: inter *χ. ψ.* et *ω.* processus ejus superior: *ν.* cartilago cricoïdea.

ξ. Aspera arteria.

o. o. Cricothyroïdei: *o.* pars prior, oriens a cartilagine cricoïdea.

π. π. ρ. σ. ς. Sternothyreoïdei: *ρ.* portio accedens separata: *σ* extremi pars inserta eminentiae cartilaginis thyreoïdeae: *ς.* pars, quae se jungit posteriori margini Hyothyreoïdei, et cum eo pertinet ad cornu hyoïdis.

ς. τ. υ. φ. Hyothyreoïdei: τ. ortus a cornu et a basi hyoïdis: υ. φ. extremum, insertum υ. imo margini cartilaginis thyreoïdeae; φ. eminentiae illi.

χ. Communis extremi, in quod se conjungunt Stylopharyngeus et Palatopharyngeus cum Salpingopharyngeo, pars a Stylopharyngeo producta.

ψ. Ligamentum quod a processu superiore cartilaginis thyreoïdeae pertinet ad extremum cornu hyoïdis.

ω. Constrictor inferior pharyngis.

Γ. Recti interni majores capitis.

Δ. Θ. Longus colli: Θ. extremum, ad processum transversum vertebrae colli secundae a dorso pertinens; cujus extremi pars tendinosa est: vide Tab. LV.

Λ. Intertransversarii colli priores primi.

Ξ. Levatores costarum primarum.

Π. Σ. Φ. Ψ. Ω. Scaleni priores: Σ. ortus a costa prima: Φ. Ψ. Ω. extrema tria, quorum Φ. pertinet ad processum transversum vertebrae colli a dorso secundae; Ψ. ad tertiae; Ω. ad quartae.

A. B. C. D. E. Scaleni medii: *B.* origo a costa prima: *C. D. E.* extrema, quorum *C.* pertinet ad processum transversum vertebrae colli a dorso primae; *D.* ad quintae; *E.* ad sextae et septimae.

Ê. Trachelomastoïdeus.

É. Complexus.

Æ. Obliquus superior capitis.

F. F. Et inter π. et ρ. Pleurae.

G. H. I. K. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. Intercostales externi: *G. H. I. K. K.* primus, *L.* secundus, *M.* tertius, *N.* quartus, *O.* quintus, *P.* sextus, *Q.* septimus, *R.* octavus, *S.* nonus. Primus oritur *I.* a cartilagineo extremo costae primae, *H.* ab ossea parte: *K. K.* inseritur osseae parti secundae. Sic sequentes ab ossea parte costae superioris oriuntur, et osseae inferioris inseruntur.

T. U. V. W. X. Y. Z. a. b. c. d. e. f. Intercostales interni: *T. U. V. W. X.* primus, *Y.* secundus, *Z.* tertius, *a.* quartus, *b.* quin-

tus, *c.* sextus, *d.* septimus, *e.* octavus, *f.* nonus. Primus oritur *U.* a cartilagineo extremo costae primae; *V.* a sterno: insertus *W.* osseae parti costae secundae, *X.* extremo cartilagineo. Sic apparet in sequentibus *g. h. i. k.*: *h.* Intercostalium illorum partes extremis cartilaginibus harum costarum insertae, ultra conjunctiones illarum cartilaginum.

l. m. n. o. p. p. q. q. r. Transversi abdominis: *l.* pars carnea: *m.* aponeurosis: *n.* ortus a cartilagineo extremo costae undecimae: *o.* ortus a crista iliûm: *p. p.* margo, qui procedit a margine tendineo Obliqui externi abdominis: *q. q.* hinc rescissa aponeurosis pars illa, quae ante Rectum et Pyramidalem abdominis incedit: *r.* imus margo aponeurosis partis superioris, quae pone Rectum incedit, ac peritonaeum proxime complectitur.

s. t. t. t. Lamellae posteriores aponeurosium Obliquorum internorum abdominis, Transversorum aponeurosibus superinductae: *t. t. t.* hinc resectae, qua se primum cum aponeurosibus Transversorum conjungunt.

u. v. w. Hîc aponeuroses Transversorum, cum superinductis lamellis posterioribus aponeurosium Obliquorum internorum se inserunt, *u.* priori parti cartilaginis mucronatae non longe ab ipsius mucrone: *v.* marginibus cartilaginis illius: *w.* osseae partis.

x. Triangularis sterni cum Transverso abdominis conjunctus, et cum eo insertus.

y. y. Linea alba: *z.* foramen in ea, per quod in embryone exibant arteriae umbilicales, vena umbilicalis, urachus.

α. α. Hinc rescissae aponeuroses Obliquorum externorum abdominis, una cum lamellis prioribus aponeurosium Obliquorum internorum.

β. β. β. γ. δ. δ. Peritonaeum: *γ. δ. δ.* vestigia, *γ.* ligamenti, quod urachus fuerat; *δ. δ.* ligamentorum, quae fuerant arteriae umbilicales.

ε. ζ. η. θ. Funiculi vasorum spermaticorum: *ε. ζ.* duae venae: *η.* arteria: venae cum arteria infra Transversum abdominis

per peritonaeum procedunt ad superiorem partem ossis pubis: ad eas adjungit se *θ.* vas deferens, ex pelvi veniens; unaque deinde per inguen ad scrotum delabuntur.

ι. Synchondrosis ossium pubis, ligamentis suis constricta.

κ. Penis truncatus. Vide Tab. LV.

λ. Sphincter ani externus.

μ. Accelerator.

ν. Erector penis.

ξ. ο. π. ρ. σ. Glutei minores: ο. ortus ab osse ilium: π. tendo: ρ insertus radici trochanteris majoris: σ. pars musculi prior.

ς. ς. Iliaci interni: ς. origo a crista ilium.

τ. υ. Psoae magni: υ. tendo, cui se adjungit caro Iliaci interni.

φ. χ. Obturatores externi: χ. ortus ab osse pubis.

ψ. ω. Γ. Adductores breves femorum; quibus vestigia ab adductoribus longis, et a Pectineis impressa; confer Tab. LIII. ω. caput extrinsecus tendinosum, oriens ab osse pubis, juxta synchondrosim: Γ. extremum tendinosum ab hac parte.

Δ. Θ. Λ. Ξ. Adductores magni femorum: Δ. Δ. pars spinae ossis femoris inserta: Θ. Λ. Ξ. pars altera, ad condylum ossis femoris pertinens: Λ. superficies tendinosa, in Ξ. tendinem abeuns.

Π. Σ. Φ. Semimembranosi: Σ. superficies tendinosa, in tendinem abeuns: Φ. portio tenuior, quam tendo emittit, pertinens ad marginem internum tibiae.

Ψ. Ω. *A.* *B.* Graciles; quibus vestigia ab Adductoribus longis femorum impressa: confer Tab. LIII. Ω. Origo a ligamento synchondrosim pubis constringente: *A.* tendo, *B.* tibiae insertus.

C. D. E. F. Bicipitum crurum capita breviora: *D. E. F.* tendo extremus, cujus *E.* pars praecipua, fibulae capiti inserta; *F.* pars ad tibiam pertinens.

G. H. I. K. K. L. Peronei longi quibus ab Extensoribus longis digito-

In cruribus, et pedibus extremis.

torum pedum vestigia impressa: confer Tab. LIII.: *H.* principii superioris ortus a capite fibulae, *I.* a tibia: *K. K.* principii inferioris ortus a spina fibulae: *L.* tendo, e carnis parte exteriore nascens.

M.N.N.O. Peronei breves; quibus vestigia ad Extensoribus longis digitorum pedum impressa. Confer Tab. LIII.: *N. N.* ortus a fibula: *O.* tendo.

P.Q.R.S.T.U. Tibiales postici: *Q.Q.* ortus a tibia: *R.R.* a spina fibulae: *S.S.T.U.* tendo, qui partim insertus *T.* ossi naviculari, partim *U.* procurrit ad os cuneiforme majus.

V. W. Flexores longi pollicum pedum: *W.* tendo.

X.Y.Z.a. Flexores longi digitorum pedum: *Y. Y.* ortus a tibia: *Z.* tendinis principium: *a.* tendo.

b. c. Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt: *c.* ortus a calcaneo.

d. Flexoris brevis pollicis pedis cauda interior.

e.f.g.h.i.k.l. Extensores breves digitorum pedum, qui se in quinque portiones dividunt: *f.* portionis ad pollicem pertinentis tendo, *g.* insertus ossi primo: *h.* tendo portionis, quae aliquando invenitur, decurrens ad digiti primi parvorum latus illud, quod pollici obvertit: *i.* tendo portionis ad digitum primum parvorum pertinentis: *k.* ad secundum: *l.* ad tertium.

m. m. Interossei primi digitorum pedum parvorum primorum.

Inter *i.* et *k.* Interosseus secundus digitorum pedum parvorum primi. In sinistro latere.

Inter *k.* et *l.* Interosseus secundus digitorum pedum parvorum secundi. In sinistro latere.

n. o. p. Extensorum longorum digitorum pedum tendines rescissi: *n.* qui ad digitum primum parvorum pertinet: *o.* qui ad secundum: *p.* qui ad tertium.

q. Tendo communis Extensoris longi et brevis digitorum pedis, insertus ossi secundi ordinis: *r.* ejusdem portio, ad os tertium procurrens: *s.* tendo ad os tertium procurrens, qui procedit a tendine Extensoris brevis digitorum pedis: *t.* duarum ad os tertium pertinentium

portionum commune extremum, ossi tertio insertum

u. aponeurosis ad tendinem q accedens, procedensque partim a capsa articuli digiti hujus cum metatarso, partim ab Interosseo hujus lateris, partim a Lumbricali, partim a latere ossis primi ordinis.

In scapulis, humeris, cubitis, manibus.

$v.v.w.x.y$. Subscapulares: w. x. extremi pars tendinea, x. inserta tuberi inaequabili minori capitis superioris ossis humeri: y. extremi pars carnea, inserta ipsi humero, infra tuber illud.

z. α. Teretes majores: α. extremum tendineum ossi humeri insertum.

$\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.\varepsilon$. Capitum breviorum Bicipitum brachiorum partes, extrinsecus tendinosae; γ. hîc resectae; $\delta.\delta$. hîc communem ortum cum Coracobrachialibus habentes a processibus coracoïdeis scapularum; ε. ε. hîc conjunctae cum Coracobrachialibus.

ζ. η. Coracobrachiales: η. hac parte divisi sunt, penetrante nervo.

θ. ι. Brachiales externi: ι. tendo, qui ex ejus superficie ortus, ad humeri condylum posteriorem pertinet.

$\kappa.\lambda.\mu.\nu.\xi.o$. Brachiales interni: λ. μ. bicorne principium, quo ab osse humeri oritur: ν. ortus a margine ossis humeri: ξ. pars depressior, cui Supinator longus adjacet: o. superficies tendinosa.

π. ρ. Radialis externus longior dexter: ρ. tendo.

$\sigma.\varsigma.\varsigma.\tau.\upsilon$. Radialis externus longior sinister, qui hîc se in duos dividit: ς. tendo partis praecipuae, qui praecipuus et ipse: ς. tendo partis minoris, qui se cum altero conjungit, ex quo fit tendo τ. communis, υ. insertus ossi metacarpi indicis.

ϕ. χ. ψ. Radiales externi breviores: $\chi.\chi$. tendo, ψ. insertus ossibus metacarpi duobus, indicis et medii.

$\omega.\Gamma.\Delta.\Theta$. Supinatores breves: Γ. Δ. extremum, quod insertum Γ. radici tuberculi radii, Δ. radio infra illud tuberculum: Θ. pars posterior.

Λ. Pronatoris teretis rescissi extremum.

Ξ. Ξ. Pronator quadratus.

Π. Σ. Φ. Ψ. Ω. *A. B.* Flexores longi pollicum manuum: Σ. Σ. origo a radio: Φ. Ψ. portio, quae ad eum accedit, oriens a condylo majore humeri, rarius occurrens: quae in Ψ. tendinem abit; qui ad carnem Flexoris se adjungit, efficitque primum initium tendinis ejus Ω. *A. B.*, cujus Ω. pars carni Flexoris inhaerens, *A.* pars secundum metacarpum pollicis, pollicemque incedens, ubi per longitudinem quodammodo fissus est; *B.* extremum ossi ultimo pollicis insertum.

C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. Profundi: *D.* ortus ab ulna: *E. F. G.* tres tendines ex carne orientes, inter quos caro. Quorum primus *E.* abit in *H. H.* tendinem indicis; secundus *F.* in *I. I.* tendinem medii; tertius *G.* in duos *K. L.*, quorum alter *K. K.* digiti annularis est, alter *L. L.* auricularis: ad postremum *M. M. M. M.* inserti ossibus tertii ordinis.

In manu dextera. *N. O. P. Q. R.* Ligamentum carpi, quod cum sinu carpi canalem efficit, qui continet et coercet tendines a cubito ad digitos pollicemque procedentes, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis: *O.* ortus ejus a carpi osse naviculari, *P.* ab eminentia interna ossis multanguli majoris, *Q.* a subrotundo, *R.* a processu incurvo cuneiformis: *S.* canalis, per quem tendo Radialis interni penetrat.

T. Ligamentum quod ab osse subrotundo pertinet ad os metacarpi manus quartum.

U. V. W. X. Y. Adductor ossis metacarpi digiti minimi: *V.* origo ejus a processu incurvo ossis cuneiformis, *W.* a ligamento carpi: *X. Y.* his partibus insertus ossi metacarpi minimi.

Z. Z. a. Flexor brevis pollicis manus: *a.* extremum tendineum, insertum pollicis sesamoïdeo illi, quod ab indice remotius.

b. b. Adductor pollicis manus.

c. d. d. e. f. Lumbricalis primus: *d. d.* ortus ejus a tendine Profundi

ad indicem pertinente, et quidem a crassiore parte duarum illarum, in quas per longitudinem fissus quodammodo est: *e.* aponeurosis, quam conjungit cum aponeurosi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit communi tendini Extensorum indicis: *f.* tendo, qui se conjungit cum communi tendine Extensorum indicis, et deinde ad indicis os tertium pervenit.

g. h. i. Lumbricalis secundus: *h. i.* origo ejus, *h.* a tendine Profundi ad digitum medium pertinente, et quidem crassiore parte earum, in quas per longitudinem fissus est: *i.* a tendine Profundi ad indicem pertinente, tenuiore autem parte. Tendinem suum adjungit tendini Interossei prioris digiti medii.

k. l. m. Lumbricalis tertius: *l. m.* origo ejus, *l.* a tendine Profundi ad digitum medium pertinente, et quidem a tenuiore parte earum, in quas fissus est: *m.* a tendine Profundi ad digitum annularem pertinente, crassiore autem parte ejus. Tendinem suum adjungit tendini Interossei prioris digiti annularis.

n. o. Lumbricalis quartus: *o.* origo ab ejusdem Profundi tendine ad auricularem pertinente, et a crassiore ejus parte. Tendinem addit tendini Interossei prioris auricularis.

p. Tendo communis Lumbricali quarto cum Interosseo priore digiti auricularis: qui tendo se conjungit cum tendine Extensoris communis, pertinetque ad os tertium digiti hujus.

q. Tendo Interossei posterioris digiti annularis, quo is se conjungit cum tendine Extensoris communis, pertinetque ad os tertium digiti hujus.

r. Interosseus prior digiti annularis.

s. Tendo communis Lumbricali tertio cum Interosseo priore digiti annularis: qui tendo se conjungit cum tendine Extensoris communis, pertinetque ad os tertium hujus digiti.

t. u. Interosseus posterior digiti medii: *u.* tendo, quo se con-

jungit cum tendine Extensoris communis, pertinetque ad tertium os digiti hujus.

v. Interosseus prior digiti medii.

w. Tendo communis Lumbricali secundo cum Interosseo priore digiti medii: qui tendo conjungit se cum tendine Extensoris communis, pertinetque ad os tertium digiti medii.

x. y. Interosseus posterior indicis: *y.* tendo, quo se conjungit cum tendine communi Extensorum indicis, ac deinde ad os indicis tertium pertinet.

z. Interosseus prior indicis, extremo tendineo insertus ossi primo indicis.

In manu sinistra. *a. b.* Flexor brevis pollicis manus: *b.* aponeurosis quam emittit, conjungitque cum aponeurosi, quae ambit capsam articuli pollicis cum metacarpo suo; unaque cum ea adjungit tendini communi Extensorum pollicis.

c. d. Adductor pollicis manus: *d.* extremum tendineum, insertum ossi primo pollicis.

e. f. Interosseus prior indicis, oriens ab osse metacarpi indicis, et *f.* extremo tendineo insertus ossi primo indicis.

g. Interossei prioris digiti medii caput ab osse metacarpi medii oriens.

h. Interossei posterioris digiti medii caput ab osse metacarpi annularis oriens.

i. Interossei posterioris annularis caput ab osse metacarpi auricularis oriens.

k. Recisus tendo Indicatoris.

l. Recisus tendo Extensoris communis digitorum ad indicem pertinens.

m. Communis Indicatoris et Extensoris communis digitorum manus tendo, ad indicem pertinens; *n.* extremo suo insertus ossi secundi ordinis indicis.

o. p. q. Lumbricalis primus: *p.* tendo: *q.* aponeurosis, quam tendo ille producit, conjungitque cum aponeurosi Abductoris indicis, unaque cum ea adjungit tendini communi Extensorum indicis: *r.* tendo hujus Lumbricalis con-

junctus cum tendine communi Extensorum indicis, acceptaque ab eo portione auctus, *s.* decurrens ad os tertium indicis.

t. Tendo interossei posterioris indicis, qui accepta a tendine communi Extensorum indicis portione auctus, decurrit ad os tertium indicis.

u. Extremum tendineum commune, factum e tendinibus *s.* et *t.* confluentibus in unum; insertumque indicis ossi tertio.

v. w. Recisi Extensoris communis digitorum tendines, qui ad digitos *v.* medium et *w.* annularem pertinent; ac deinde per dorsum digitorum illorum decurrunt cum aponeurosibus quas accipiunt.

x. Recisus tendo communis Extensorum auricularis, per dorsum ejus incedens.

y. Tendo Interosseo priori digiti medii et Lumbricali secundo communis: qui tendo accepta portione ab Extensoris communis digitorum manus tendine, qui digiti medii est, auctus, conjungit se cum *z.* tendine Interossei posterioris digiti ejusdem, aucto pariter portione, quam ab Extensoris communis digitorum manus tendine, qui ejusdem illius digiti est, accipit: ex qua conjunctione natum extremum tendineum commune, ad os tertium digiti illius pertinet.

TABULA LV.

Ex eodem Opere.

In hac figura, quarti musculorum ordinis exhibendi causa, non modo remotae Tabulae proxime superioris partes exteriores pleraeque; sed etiam ex cavis oculorum osseis quaecunque in iis praeter musculos sunt; a collo cum larynge et aspera arteria pharynx tota et stomachus; e thorace aperto, quaecunque supra Diaphragma sunt, Pulmones, Cor, pericardium, pleurae; praeterea peritonaeum totum cum visceribus abdominis quae continet, et quicquid etiam lumbis ab hac parte praeter musculos adjacet.

In capite, collo, trunco.

a. b. b. Levatores palpebrarum superiorum: *b. b.* extremum truncatum.

c. d. Obliquus superior oculi: *c.* origo ejus ab interno latere marginis foraminis optici: *d.* hîc, ubi orbiculum suum intraret, truncatus.

e. f. Recti attollentes oculorum: *e.* origo, partim a superiore parte marginis foraminis optici, partim inter idem illud foramen, et quod infra illud sequitur: *f.* extremum truncatum.

g. h. Rectus adductor oculi: *g.* origo a margine foraminis optici, a parte nasi: *h.* extremum truncatum.

i. k. l. Recti abductores oculorum: *i.* origo ab inferiore parte marginis foraminis illius, quod infra opticum sequitur; quâ foramen illud rotundum est, juxta rimae, in quam abit, initium: *l.* extremum truncatum.

m. n. Recti depressores oculorum: *m.* origo ab inferiore parte portionis osseae, quae foramen opticum illudque quod mox infra sequitur, discriminat.

o. p. q. Obliqui inferiores oculorum, ibi ubi se globis inserunt, rescissi: *p.* origo a margine orbis oculi: *q.* pars interior.

r. Pterygoïdeus internus.

s. Obliquus superior capitis.

t.u.v.w.x.y.z.α. Longi colli: *t.u.v.w.x.* pars praecipua, quae ad corpora vertebrarum pertinet; cujus haec *u.* pars tendinosa: *v. w. x.* capita, a principio tendinea, quae oriuntur a processibus transversis vertebrarum colli: *v.* quod a quartae, *w.* a tertiae, *x.* a secundae: *y. z. α.* pars, quae ad processus transversos pertinet; cujus *z. α.* cauda pertinens ad processum transversum vertebrae colli secundae, *α.* hac parte tendinea.

β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν. Scaleni medii: *γ.* origo a costa prima: *δ. ε.* cauda pertinens ad processum transversum vertebrae colli primae, *ε.* extremo tendinoso: *ζ. η.* cauda, ad secundae, *η.* extremo tendineo: *θ. ι.* cauda, ad tertiae, *ι.* extremo tendineo: *κ. λ.* cauda, ad quartae, *λ.* extremo tendinoso: *μ.* cauda, ad quintae: *ν.* haec pars abit in caudas duas postremas.

ξ. ο. π. ρ. Intertransversarii colli priores: *ξ.* quartus, *ο.* tertius, *π.* secundus, *ρ.* primus.

σ. σ. Levatores costarum primarum, costis illis inserti.

ς.ς.τ.υ.φ.χ.ψ.ω.A. Intercostales externi: *ς.* primus, etc. Sinistri remoti.

B.C.C.D.E.F.G.H.I.K.L.L. Intercostales interni: *B.B.* primi, etc. *L. L.* undecimi.

*M.N.O.P.Q.R.S.T.U.V.W.X.Y.Z.*Γ.Δ.Θ.Λ.Ξ.Π.Σ.Φ.Ψ.Ω.*a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.* Diaphragma: *M.N.O.P. Q.R.S.T.U. V.X.Y.Z.*Γ.Δ.Θ.Λ.Ξ.Π.Σ.Φ.Ψ.Ω.*a.b.c.* pars, quae abdomen respicit: *d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.* pars, quae thoracem respicit: *M. N. O. P.* capita prima: *M.* tenuitates tendineae, quae nascentes e ligamentis, quae per superficiem corporum vertebrarum lumborum excurrunt, ad haec capita extrinsecus accedunt: *N.* hic subtus ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae oriuntur, tendine *O.* crasso: *P.* carnes, in quas

tendines illi abeunt: *Q.* capita secunda: *R.* capita tertia: *S.* caput quartum sinistrum: *T.* principium, quod aliquoties inveni, enascens e superficie Quadrati lumborum: *U.* Diaphragmatis carneae partes primae e capitum conjunctione natae: *V.* capitis primi sinistri portio accedens ad carneam partem primam dextram, posteaque excurrens per marginem dextrum foraminis, quo stomachus exit: *W.* capitis primi dextri pars, quae post portionem *V.* incedens, eam decussat, et ultra eam abit in carnem primam sinistram: *X.* foramen, quo stomachus exit: *Y. Z.* Γ. Δ. tendinis medii pars sinistra: cujus *Y.* pars e carne prima nata, abit *Z.* in carneam partem secundam sinistram: Γ. pars quae superscandit praecedentem, decussans eam: Δ. pars proximam Γ. superscandit, decussans eam, et abit in carnis sinistrae secundae inferiorem partem: Θ. pars carnea sinistra secunda: Λ. Ξ. ejus extremum, quod insertum costae duodecimae, Λ. osseae parti, Ξ. cartilagineae: Π. ejusdem truncatus margo, ubi continuabatur Transverso abdominis, inter costas duas postremas: Σ. Φ. pars carnea secunda dextra, Φ. hîc primam superscandens, et decussans eam, mox tendinea: Ψ. Ω. portio, qualis aliquando in uno, aliquando in utroque latere invenitur, faciens inferiorem Diaphragmatis ab hac parte marginem; quae hîc (alias autem aliter) oritur a processu transverso quartae lumborum vertebrae, itemque a quintae, et primum Ψ. tendinea, (pariter autem alio alioque in aliis modo) deinde Ω. carnea, adjungit se carneae parti secundae Σ., post *a.* conjungit cum ea; inseritque *b.* cartilagini costae duodecimae: *c.* truncatus margo, qui continuatus erat Transverso abdominis inter costas duas postremas: *d.* tendo medius, in quo fasciculi tendinei se decussant: *e. f.* partes carneae, dextra et sinistra: *g.* extremum carneum medium, quod ad cartilaginem mucronatam pertinet, a qua *h.* rescissum: *i.* extrema, quae se perito-

naeo innectunt: *k.* extrema, quae rescissa ab interiore parte costarum septimarum: *l.* quae ab octavarum: *m.* quae a nonarum: *n.* quae a decimarum: *o.* quae inserta undecimis.

p. q. q. Quadrati lumborum: *q. q.* origo a crista ossis iliûm, principio extrinsecus tendinoso.

r. s. Psoas parvus: *s.* tendo. Sinister non exhibitus.

t. u. v. w. x. Psoae magni: *u.* caput tertium, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum quartae, et a ligamento, quod inter corpus illud corpusque tertiae intercedit: *v.* caput quartum, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae, et a ligamento inter corpus illud corpusque secundae intercedens: *w.* caput quintum, ejusque origo ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum secundae, et a ligamento inter corpus illud et corpus primae intercedens: *x.* tendo, ad quem se caro Iliaci interni adjungit.

y. z. Iliaci interni: *z.* origo a crista ossis iliûm.

α. β. Obturatores externi: *β.* origo ab osse pubis.

γ. δ. ε. Penis truncatus: *δ.* corpora spongiosa majora: *ε.* corpus spongiosum minus cum urethra.

ζ. Erectores penis.

η. Acceleratores.

θ. Sphincter externus ani.

ι. Transversi perinaei.

κ. λ. μ. ν. ξ. ο. Adductores magni femorum: *κ.* origo ab osse pubis: *λ. μ. ν.* partes leviter, et maxime fibrarum decursu distinctae inter se; quae simul efficiunt extremum superius, femoris lineae posteriori per longitudinem insertum: *ξ. ο.* pars magis distincta, abeuns deinde in extremum inferius, quod ad condylum interiorem pertinet: *ο.* tendo, e carne nascens.

π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. Tibiales postici: *ρ.* principium quod a tibia oritur: *σ.* origo a tibia: *τ.* principium quod a fibula oritur: *υ.* origo a fibula: *φ. χ. ψ.* tendo, *χ.* insertus ossi

naviculari, et ψ. excurrens etiam portione tenuiore, ad os cuneiforme magnum.

ω. Γ. Δ. Peronei breves: Γ. origo a fibula: Δ. tendo.

Θ. Interossei primi pedum digitorum secundorum, orientes ab ossibus metatarsi digitorum illorum.

Λ. Interosseorum secundorum pedum digitorum secundorum capita, quae oriuntur ab ossibus metatarsi digitorum tertiorum.

Ξ. Interosseorum secundorum pedum digitorum tertiorum capita, quae oriuntur ab ossibus metatarsi digitorum quartorum.

Π. Interosseorum secundorum pedum digitorum quartorum capita, quae oriuntur ab ossibus metatarsi digitorum quintorum.

Σ. Adductor pollicis pedis.

Φ. Ψ. Ω. *a.* Subscapulares: Ψ. extremi pars tendinea, Ω. inserta tuberi inaequabili minori capitis superioris ossis humeri: *a.* pars carneà inserta ossi humeri infra tuber modo dictum.

b. c. d. e. f. Supinatores breves: *c.* tendo quo incipit: *d.* insertio circum tuberculum radii, et *e.* radio infra tuberculum: *f.* pars posterior, inter ulnam et radium conspicua.

g. h. i. k. Pronatores quadrati: *h.* superficies tendinosa: *i.* ortus ab ulna: *k.* insertio radio.

l. m. n. o. p. q. r. Flexores breves pollicum manuum: *m.* origo ab osse multangulo minore, *n.* a capitato, *o.* a cuneiformi: *p.* cauda altera, extremo tendineo inserta sesamoïdeo, quod ab indice remotius: *q.* altera, extremo pariter tendineo inserta, et sesamoïdeo quod indici propius, et proximae parti ossis primi pollicis: *r.* aponeurosis, quam Flexor brevis producit, quae se cum aponeurosi ambiente capsam articuli pollicis cum metacarpo suo conjungit, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extensorum pollicis; a quo extremo resecta.

s. t. u. Adductores pollicum manuum: *t.* origo ab osse metacarpi digiti medii: *u.* extremum tendineum, ossi primo pollicis insertum.

υ. ω. Interosseus prior indicis, ω. extremo tendineo insertus ossi ejus primo.

x. y. Interosseus posterior indicis: y. tendo ejus, qui accepta a tendine extensorum indicis portione auctus, decurrit ad indicis os tertium.

z. Interosseus prior digiti medii.

α. Lumbricalis secundi tendo, truncatus.

β. Tendo Lumbricali secundo, et Interosseo priori digiti medii communis, qui tendo accepta a tendine Extensoris communis, ad digitum medium pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius medii.

γ. δ. Interosseus posterior digiti medii: δ. tendo ejus, qui accepta a tendine Extensoris communis, ad digitum medium pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius medii.

ε. ζ. Interosseus prior digiti annularis: ζ. origo ab osse metacarpi digiti illius.

η. Lumbricalis tertii tendo, truncatus.

θ. Tendo Lumbricali tertio, et Interosseo priori digiti annularis communis, qui tendo accepta ab Extensoris communis tendine, ad digitum annularem pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius annularis.

ι. κ. λ. Interosseus posterior digiti annularis: κ. origo ab osse metacarpi hujus digiti: λ. tendo ejus, qui accepta ab Extensoris communis tendine, ad digitum annularem pertinente, portione auctus, decurrit ad os tertium digiti illius annularis.

μ. ν. Interosseus digiti auricularis: ν. origo ejus ab osse metacarpi digiti illius.

ξ. Tendo Lumbricalis quarti truncatus.

ο. Tendo Lumbricali quarto et Interosseo digiti auricularis communis, qui auctus portione accepta a tendine Extensorum digiti auricularis ad os tertium digiti illius decurrit.

TABULA LVI.

Ex eodem Opere.

Tabulae hujus figura est pars aversa illius, quae Tab. LII. continetur. Exhibet quoque syntaxin totam Musculorum primorum post integumenta communia vaginasque tendinosas: praetereaque ligamenta ad musculos pertinentia, auresque et scroti partem, nudasque partes Sceleti.

In capite, collo, dorso, natibus, femoribus.

a. b. c. d. e. Epicranius: *a. b.* Occipitalis; *a.* ejus principium tendineum: *b.* pars carnea: *c. d. d.* aponeurosis inter Occipitalem et Frontalem intercedens: *d. d.* hîc per eam Temporalis apparet, eminetque: *e.* pars membranacea, qua Occipitales, eorumque aponeuroses conjunctae inter se; oriens supra Cucullarium ab osse occipitis ortum.

f. g. Attollens auriculam: *f.* ejus tendinosum principium, quo ab Epicranio abscedit: *g.* pars carnea.

h. Frontalis.

i. Orbicularis palpebrarum.

k. Anterior auriculae.

l. Helicis minor.

m. n. o. Tres Retrahentes auriculae.

p. q. Masseter: *p.* portionis interioris pars posterior, quae nuda a portione exteriore: *q.* portio exterior.

r. Zygomaticus major.

ſ. Pterygoïdeus internus.

s. Mylohyoïdeus.

t. Latissimus colli.

u. w. x. Sternomastoïdeus cum Cleidomastoïdeo, conjuncti in u-

num: *w*. extremum tendineum, *x*. insertum ossi occipitis.

y. *y*. Biventres cervicis, inserti ossi occipitis.

z. *z*. Splenii capitis.

A. Levator scapulae.

B. *C*. *D*. *E*. *F*. *G*. *H*. Cucullares: *B*. pars carnea: *C*. *D*. *E*. *F*. principium tendineum: *C*. pars ejus ab osse occipitis oriens: *D*. *E*. *F*. per hunc tractum cum pare sui extrinsecus cohaeret, subtus oriens a spinis dorsi omnium, duarum inferiorum colli, ligamentoque cervicis: *E*. principii plaga tendinea amplior juxta imam cervicem summumque dorsum: *F*. ejusdem alia in infimo angulo: *G*. Extremi pars tendinea, qua spinae scapulae non longe a basi insertum: *H*. *H*. extremi pars tendinosa, inserta spinae scapulae et processui superiori.

I. *K*. Infraspinati: *K*. ortus a basi scapulae.

L. *L*. Rhomboidei majores, inserti basibus scapularum.

M. *M*. Sacrolumbales.

N. *N*. Teretes minores.

O. *O*. - - - - majores.

P. *Q*. *R*. *S*. *T*. *V*. Latissimi dorsi: *P*. pars carnea: *Q*. latus tendo, quo incipit: *R*. ortus ejus a spinis vertebrarum lumborum, et ossis sacri: *S*. ortus a processibus obliquis, qui sunt a latere hiatus ossis sacri: *T*. cohaesio cum Gluteo magno: *V*. ortus a crista iliûm.

W. *X*. Obliquorum externorum abdominis partes carneae, *X*. *X*. cristis iliûm insertae.

Y. *Z*. *α*. Glutei medii: *Z*. ortus ab osse iliûm: *α*. tendo.

β. *β*. Tensores vaginarum femorum.

γ. *δ*. *δ*. Glutei magni: *δ*. *δ*. hac parte oritur a crista iliûm et a sacro, cohaeretque cum Latissimo dorsi.

ε. Levator ani. Dextri quoque parva pars in latere dextro. Inter *ζ*. et *η*. Transversus perinaei.

η. Sphincter ani externus.

θ. *θ*. Adductores magni femorum.

ι. *κ*. Graciles: *κ*. tendo.

λ. λ. Sartorii.

μ. μ. Vasti interni.

ν. ν. ξ. o. Semimembranosi: ξ. tendinis ex carne ortus: *o.* tendo.

π. ρ. Semitendinosi: ρ. tendo.

σ. τ. υ. φ. χ. Bicipites crurum: σ. caput longius: τ. τ. caput brevius: υ. φ. χ. tendo, υ. primum oriens e superficie carnis capitis longioris, accessione deinde brevioris auctus φ., χ. extremoque insertus capiti superiori fibulae.

ψ. ω. Vasti externi: ψ. superficies tendinosa.

In cruribus, pedibus extremis, humeris.

Γ. *c.* Plantares.

Δ. Δ. Poplitei.

Θ. *l.* Etc. Peronei longi.

Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Gemelli: Λ. Ξ. Ξ. caput exterius: Ξ. Ξ. superficies tendinosa: Π. Σ. Σ. caput interius: Σ. Σ. superficies tendinosa: Φ. tendo.

Ψ. Ω. Tendines achillis, Ω. Ω. inserti calcaneis.

a. a. b. Solei: *b.* superficies tendinosa.

c. c. Plantarium tendines.

d. d. Tendines Tibialium posticorum.

Inter tendines *d.* et ψ. in sinistro pede, et inter *d.* et tendinem Plantaris in pede dextro, tendines sunt Flexorum longorum digitorum pedum.

e. e. Ligamenta, quibus retinentur tendines juxta malleolos internos, quâ secundum eos incedunt.

f. f. Flexores longi pollicum pedum.

g. h. i. k. Peronei breves: *h.* tendinis e carne ortus: *i. i.* tendo, insertus *k.* ossi metatarsi quinto.

l. m. m. m. Peronei longi: *m. m. m.* tendo.

n. n. Ligamenta, quibus tendines Peroneorum longorum et brevium retinentur ad malleolos externos.

o. o. Ligamenta Peroneis brevibus propria.

p. p. - - - - - propria Peroneorum longorum.

q. q. - - - - - quibus tendines in confinio crurum dorsorumque pedum retinentur.

r. r. Tendines Extensorum longorum digitorum pedum.

s. s. Tendines Peroneorum tertiorum, inserti ossibus metatarsi digitorum minimorum.

t. t. Extensores breves digitorum pedum.

u.w.x.y.z. Abductores digitorum minimorum pedum: *u.* hac parte tectus aponeurosi: *w.* ortus a calcaneo: *x.* aponeurosis, qua intectus est, pars ossi metatarsi digiti minimi inserta: *y.* tendo Abductoris, insertus ossi primo minimi: *z.* aponeurosis ad Extensoris longi digitorum pedum tendinem illum accedens, qui digiti minimi est.

α. β. Flexores breves digitorum minimorum pedum: *α.* pars, quae inserta ossi metatarsi minimi: *β.* pars, quae ossi primo minimi adhaeret, extremo tendineo.

γ. γ. Tendo Flexoris longi pollicis pedis, inter ossa sesamoidea incedens.

δ. Abductor pollicis pedis.

ε. Flexor brevis digitorum pedis.

ζ.η.θ.ι.κ.λ.μ.ν. Deltoïdei: *ζ.η.η.* primi ordinis portionum, e quibus constat, secunda eademque posterior, *η. η.* oriens a spina et processu superiore scapulae: *θ. ι.* secundi ordinis portio posterior, *ι.* oriens a processu superiore: *κ. λ.* primi ordinis portio quarta, *λ.* oriens a cubito flectentis se processus superioris: *μ. ν.* secundi ordinis portio media, *ν.* oriens a processu superiore.

ξ.ο.π.ρ.σ.τ.υ.φ.χ. Tricipites brachiorum: *ξ.* Brevis: *ο.* Longus: *π.* Brachialis externus: *ρ.* tendo communis trium horum capitum: *σ.* pars tendinea, quam Longus efficit, et tendini communi adjungit: *τ.* (dextri brachii) pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, adjungitque tendini communi: *τ.* (in sinistro) apposita ad exortum partis illius e carne: *υ.* pars tendinea e superficie Brachialis externi oriens, et ad condylum humeri majorem pertinens: *φ.* tendo communis olecrano insertus: *χ.* ejusdem tendinis mucro tenuior, priori parti olecrani proximaeque spinae ulnae insertus.

ψ. ψ. Brachiales interni.

ω. ω. Supinatores longi.

A.B.C.D. Radiales externi longiores: *B.* ortus a condylo minore humeri: *C.* conjunctio ortusque communis cum Exten-

In cubitis, manuque dextera.

sore communi digitorum et Ulnari externo: *D. D. D. D.* tendo insertus ossi metacarpi indicis.

E. E. Brachiales externi, orientes a radicibus condylorum minorum.

F. G. Anconei: *G.* tendo, oriens a condylo minore humeri.

H. I. Radiales externi breviores: *I. I. I.* tendo.

K. K. Profundi, ab ulnis orientes.

L. L. Palmares longi.

M. N. O. P. Q. Sublimes: *N.* portio ad digitum medium pertinens, *O.* ad indicem, *P.* ad annularem, *Q.* ad auricularem.

R. S. T. V. Ulnares interni: *S. T.* principia, *S.* alterum oriens a condylo majore humeri, cohaerensque cum capite tendineo communi musculorum a condylo illo orientium: *T.* alterum, ab olecrano oriens: *V.* tendo, insertus ossi subrotundo carpi.

W. X. Y. Z. Ulnares externi: *X.* principium conjunctum cum principio Extensoris communis digitorum: *Y. Z.* tendo, *Z.* pertinens ad os quartum metacarpi manus. Inter tendinem *Z.* et tendinem *c.* in dorso manus dextrae, tendo exilis ab hoc Ulnari externo ad digitum minimum pertinens.

a. b. c. c. Extensores proprii digitorum auricularium: *b.* principium conjunctum cum principio Extensoris communis digitorum: *c. c.* tendo, quâ per dorsum manus decurrit, leviter fissus.

d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. Extensores communes digitorum manuum: *e. f. f. g. h. i. k. l. m. n. o.* portio ad annularem pertinens, *f. f.* tendo, qui ad annularem decurrit, in progressu per dorsum manus incisuras habens: *g.* tendinis hujus ramus, qui se deinde findit in duos, quorum alter *h.* adjungit se tendini *c.* auricularis, non tamen semper inventus; alter *i.* rursus in duos se dividit, alteroque *k.* pariter accedit ad tendinem *c.* auricularis, altero (inter *k.* et *f.* inferius) ad truncum *f.* tendinis annularis: *l.* portio a tendine *f.* abscedens, accedensque ad tendinem *c.* auricularis: *m.* portio tendinea,

qua truncus tendinis *f.* ad annularem decurrentis cum tendine *c.* auricularis conjunctus ad initia digitorum; quae portio fit ex portionibus *k. l.*, et infra hanc aponeurosi a tendine *f.* abscedente confluentibus in unum: *n.* ramus adjungens se tendini *p.* digiti medii: *o.* portio tendinea, qua truncus tendinis *f.* ad annularem decurrentis, cum tendine *p.* medii juxta digitorum radices conjunctus; fitque haec portio ex tendine *n.* confluente cum aponeurosi, quae a trunco *f.* tendinis annularis juxta radicem digiti illius abscedit: *p. p.* tendo ad digitum medium, in quo incisura, quâ per manum incedit: *q. r. r.* portio ad indicem pertinens, *r. r.* tendo: *s.* aponeurosis, quae a tendine *p.* medii orta, ad tendinem *r.* indicis accedit, eosque juxta digitorum initia connectit inter se.

t. Tendo Indicatoris.

u. Tendo per indicem deinde procedens, factus ex tendine *t.* Indicatoris cum tendine *r.* Extensoris communis qui ad indicem pertinet, confluente in unum communem.

v. w. x. y. z. Tendines Extensorum digitorum, quâ per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus et aponeurosibus Interosseorum, Lumbricalium etc.: *v.* indicis, factus ex tendine *t.* Indicatoris conjuncto cum tendine *r.* ab Extensore communi: *w.* medii, *x.* annularis; qui duo sunt Extensoris communis: *y.* auricularis, qui fit ex tendine *c.* Extensoris auricularis proprii, conjuncto cum portionibus *h.* et *k. l. m.* ab Extensore communi accedentibus, portioneque ab Ulnari externo: *z. z. z. z.* extrema horum tendinum, inserta ossibus secundi ordinis.

α. Aponeurosis, quae a capsa articuli digiti hujus cum metacarpo suo, pertinet ad tendinem extensorem *y.*

β. γ. Abductor digiti auricularis: *γ.* tendo.

δ. ε. Communis tendo Abductoris Flexorisque parvi digiti minimi manus, *δ.* conjunctus cum tendine *y.*, acceptaque ab eodem portione auctus: *ε.* decurrens ad os tertium.

ζ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem γ., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo, inferiore producta a tendine η. Interossei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

η. Tendo Interossei auricularis, cui se adjungit tendo Lumbricalis quarti.

θ. ι. Tendo, qui Interosseo auricularis et Lumbricali quarto communis, θ. conjunctus cum tendine γ. acceptaque ab eo portione auctus, ι. decurrens ad os tertium.

κ. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines ε. ι. pertinens ad os tertium.

λ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem χ. superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta a tendine ν. Interossei posterioris digiti annularis.

μ. ν. ξ. ο. Interosseus posterior digiti annularis: ν. tendo, qui se deinde ξ. conjungit cum tendine χ., acceptaque ab eo portione auctus, ο. decurrit ad os tertium.

π. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem χ., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta a tendine ρ. Interossei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis tertii.

ρ. Tendo Interossei prioris digiti annularis, cui se adjungit tendo Lumbricalis tertii.

σ. τ. Tendo, qui Interosseo priori annularis et Lumbricali tertio communis est, σ. conjunctus cum tendine χ., acceptaque ab eo portione auctus, decurrit τ. ad os tertium.

υ. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines ο. τ. pertinens ad os tertium.

φ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem ω., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo suo; inferiore producta a tendine ψ. Interossei posterioris digiti hujus medii.

χ. ψ. ω. Γ. Interosseus posterior digiti medii: ψ. tendo, qui se dein-

de ω. conjungit cum tendine ψ., acceptaque ab eo portione auctus, Γ. decurrit ad os tertium.

Δ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem ψ., superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus cum metacarpo suo: inferiore producta a tendine Ξ. Interossei prioris digiti hujus medii, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis secundi.

Θ. Λ. Ξ. Interosseus prior digiti medii: Θ. Θ. Θ. Λ. capita, orientia, Θ. Θ. Θ. ab osse metacarpi indicis, Λ. a medii: Ξ. tendo, cum quo conjunctus tendo Lumbricalis secundi.

Π. Σ. Tendo, qui Interosseo priori digiti medii communis est cum Lumbricali secundo, Π. conjunctus cum tendine ψ., acceptaque ab eo portione auctus, Σ. decurrit ad os tertium.

Φ. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines Γ. Σ., pertinens ad os tertium.

Ψ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem υ., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus cum metacarpo suo: inferiore producta a tendine 2. Interossei posterioris digiti hujus indicis.

1. 2. 3. 4. Interosseus posterior indicis: 2. tendo, qui se deinde 3. conjungit cum tendine υ., acceptaque ab eo portione auctus, 4. decurrit ad os tertium.

5. 6. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem υ., superiore parte sui 5. producta ab Abductore indicis, inferiore 6. a Lumbricali primo.

7. Lumbricalis primi tendo, qui se deinde 8. conjungit cum tendine υ., acceptaque ab eo portione auctus, 9. decurrit ad os tertium.

10. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines 4. 9., pertinens ad os tertium.

11. Interosseus prior indicis.

12. Abductor indicis.

13. Tendo Extensoris majoris pollicis manus.

14. 15. Ligamentum, quod coercet tendinem Ulnaris externi, oriens a radio inter Ulnarem illum et Extensorem auricularis, desinens ad tendinem Ulnaris interni: 15. hac

parte conjunctum cum Ligamento 16.

16. 17. 18. 19. Ligamentum armillare exterius, ortum *17.* ab osse subrotundo, *18.* triquetro, *19.* eminentia radii, quae sinum, per quem tendines Radialium externorum incedunt, a priori parte terminat.

20. Ligamentum, quo continentur tendines Abductoris longi et Extensoris minoris pollicis manus, una parte oriens ab eminentia radii, a qua et Ligamentum *16.*

21. 22. 23. Abductor longus pollicis manus: *22.* tendo partis superioris: *23. 23.* tendo partis inferioris.

24. 25. Extensor minor pollicis manus: *25.* tendo.

26. Commune extremum, in quod confluunt tendines *13.* Extensoris majoris pollicis, et *25.* minoris, pertinens ad os tertium.

27. 28. Aponeurosis, quae se adjungit extremo communi *26.* tendinum Extensorum pollicis: cujus aponeurosis pars *27.* ambit capsam articuli pollicis cum metacarpo suo, innexaque capsae illi; pars *28.* procedit a Flexoris pollicis brevis cauda posteriore.

Inter *27.* et *29.* Cauda posterior Flexoris brevis pollicis manus.

29. 30. Adductor pollicis manus: *30.* extremum tendineum, insertum ossi primo pollicis.

In extrema parte cubiti sinistri manuque sinistra.

α. β. Ligamentum armillare exterius, *β.* insertum ossi subrotundo, et continuatum Ligamento *γ. δ.*

γ. δ. Ligamentum, quod continet tendinem Ulnaris externi, *δ.* desinens ad tendinem Ulnaris interni.

ε. Pronator quadratus.

ζ. Ligamentum, quod cum sinu carpi canalem efficit, quo coercentur tendines qui a cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.

η. Tendinis Abductoris longi pollicis manus portio, quam dat Abductori brevi.

θ. ι. κ. Abductor brevis pollicis manus: *ι.* hic partem accipit ab aponeurosi Palmaris longi: *κ.* extremum tendineum, una cum aponeurosi, quam dat tendini Extensorum pollicis.

λ. Pollicis manus Flexoris brevis pars, quae pro Abductore ejus brevi altero haberi potest: extremo tendineo inserta ossi primo pollicis.

μ. Duo ligamenta, quibus coercetur tendo Flexoris longi pollicis: alterum superius ad locum articuli pollicis cum metacarpo suo: alterum mox infra superius, ossis primi marginibus affixum, primo simplex, dein fissum in cornua duo.

ν. ν. Tendo Flexoris longi pollicis manus, insertus ossi ultimo pollicis.

ξ. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis manus, inserta ossi primo, et sesamoideo posteriori.

ο. Lumbricalis primus.

π. Adductor pollicis.

ρ. Aponeurosis Palmaris longi.

σ. σ. Palmaris brevis.

τ. υ. φ. Abductor digiti minimi manus: υ. φ. ortus, υ. ab osse subrotundo, φ. a ligamento carpi interiore.

χ. Flexor parvus digiti minimi manus.

ψ. Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejusdem, adjunctus tendini Extensoris digiti illius.

ω. Tendinis Extensoris digiti minimi extremum ad os secundum pertinens.

Γ. Tendo ad os tertium decurrens, factus ex tendine ψ., accedenteque ad eum portione tendinis Extensoris minimi.

Δ. Δ. Tendines iidem qui ο. τ. υ., 4. 9. 10., in manu dextra.

Θ. Ligamentum, quo coercetur tendo Sublimis et Profundi, quâ secundum os primi ordinis incedunt.

Λ. Tria ligamenta, quibus coercentur tendines Sublimis et Profundi, circa articulum digiti cum metacarpo. Littera soli medio inscripta est, cui ab utraque parte unum adstat.

Ξ. Sublimis et Profundi tendines.

Π. Tendo Profundi cum cornu uno Sublimis.

Σ. Tendo Profundi.

Eadem, Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. in reliquis digitis indicata.

TABULA LVII.

Ex eodem Opere.

Secundum ab hac parte ordinem Musculorum haec Figura exprimit, una cum aliquot ligamentis, Sceletique partibus nudis et parte scroti. Respondet Figurae Tabulae LIII., cujus est facies posterior: a qua tamen Figura hoc differt, quod Sternomastoidei cum Cleidomastoideis in hac remoti sunt; quos nempe Tabula LVI. satis ab hac parte exhibuit.

In capite, cervice, dorso.

A, B. C. D. Temporalis: *B. B. B. C.* primum originis initium, *B. B. B.* ab eminentia ossis verticis, *C.* mammillaris: *D.* tendo.

E. F. G. H. Masseter: *E. F.* portio exterior, *F.* extremum, maxillae insertum: *G. H.* portionis interioris pars posterior, quae nuda a portione exteriore; *H.* ortus ejus a processu zygomatico ossis temporis et ab osse jugali.

I. Pterygoïdeus internus, maxillae insertus.

K. Mylohyoideus a maxilla oriens.

L. Biventris maxillae venter primus.

M. N. Biventres cervicis: *N.* extremum tendineum ossi occipitis insertum.

Mox infra *O.* Interspinales colli duo, qui sunt inter spinam colli sextae et quintae.

P. Q. R. S. Splenii capitis: *Q.* principium a ligamento cervicis oriens: *R. S.* extremum tendinosum, insertum *R.* ossi occipitis, *S.* ossi mammillari et processui mammillari.

T. U. V. Splenii colli: *U. V.* principia, quorum alterum *U.* oritur a spina vertebrae decimae dorsi, *V.* alterum a nonae.

W. Trachelomastoïdei.

X. Longissimorum dorsi portiones ad collum excurrentes.

Y. Transversales cervicis.

Z. a. Levatores scapularum: *a.* principium a scapula oriens.

æ.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l. Serrati postici superiores: *æ.* pars tendinea, *b.* carnea: *c.* origo a ligamento cervicis, *d.* a spina imae vertebrae colli, *e.* a summae dorsi spina, *f.* ab undecimae dorsi: *g.h.i.k.l.* quatuor extrema, quorum *g.* pertinet ad costam secundam, *h.* ad tertiam, *i.* ad quartam, *k. l.* ad quintam; hac *l.* parte insertum quintae.

m. n. o. Rhomboideus minor: *n.* principium tendineum, oriens a ligamento cervicis: *o.* extremum scapulae insertum. Sinister remotus.

p.q.r.s.t.u.v.w.x. Rhomboideus major: *p. p.* principium tendineum: *q.* pars carnea: *r.s.t.u.v.* origo a spinis vertebrarum, *r.* colli imae, *s.* dorsi duodecimae, *t.* undecimae, *u.* decimae, *v.* nonae: *w.* hac parte se secundum basim scapulae curvat, non inserit: *x.x.* hac se inserit. Sinister remotus.

y. Biventer cervicis.

z. Semispinalis dorsi.

$\alpha.\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.\zeta.\eta.\theta.\iota.$ Spinales dorsi: $\beta.$ cauda, qua pertinet ad spinam vertebrae dorsi undecimae: $\gamma.$ qua ad decimae: $\delta.$ qua ad nonae: $\varepsilon.$ qua ad octavae: $\zeta.$ qua ad septimae: $\eta.$ qua ad sextae: $\theta.$ qua ad quintae: $\iota.$ caput, quo oritur a spina tertiae.

$\varkappa.$ $\lambda.$ Longissimi dorsi: $\lambda.$ pars tendinea.

$\mu.\nu.\xi.o.\pi.\rho.\sigma.\varsigma.\tau.\upsilon.$ Sacrolumbales: $\mu.$ pars carnea: $\nu.$ cauda tendinea, quae pertinet ad costam nonam: $\xi.$ quae ad octavam: $o.$ quae ad septimam: $\pi.$ quae ad sextam: $\rho.$ quae ad quintam: $\sigma.$ quae ad quartam: $\varsigma.$ quae ad tertiam: $\tau.$ quae ad secundam: $\upsilon.$ quae ad primam.

$\varphi.\chi.\psi.\omega.\Gamma.\Delta.\Theta.\Lambda.$ Intercostales externi: $\varphi.$ quartus cum Levatore costae quintae, $\chi.$ quintus, $\psi.$ sextus, $\omega.$ septimus, $\Gamma.$ octavus, $\Delta.$ $\Delta.$ nonus, $\Theta.$ decimus, $\Lambda.$ undecimus.

$\Xi.$ $\Xi.$ Intercostales interni undecimi.

In latere thoracis, et inferiore trunci parte.

$\Pi.\Sigma.\Phi.\Psi.\Omega.$*A.B.* Serrati magni: $\Sigma.$ caput, quod oritur a costa quinta: $\Phi.$ quod a sexta: $\Psi.$ quod a septima: $\Omega.$ quod ab octava: *A.* quod a nona: *B.* quod a decima.

C.D.E.F.G.H.I.K.L. Serrati postici inferiores: *C.* pars tendinea: *D.F.H.K.* pars carnea: *D.* extremum primum, *E.E.* insertum costae nonae: *F.* secundum, *G.G.* insertum decimae: *H.* tertium, *I.* insertum undecimae: *K.* quartum, *L.* insertum duodecimae.

M.N.O.P.Q.R.S.T. Obliqui interni abdominis: *M.* pars carnea: *N.* pars tendinea: *O. O.* principium tendineum, oriens a crista iliûm: *P. Q.* extremum insertum costae duodecimae, *P.* parti osseae, *Q.* cartilagineae: *R. S.* extremum insertum costae undecimae, *R.* parti osseae, *S.* cartilagineae: *T.* extremum, quod ad costam decimam pertinet.

U.V.W.X.Y.Z.a.b. Lati tendines, quibus Latissimi dorsi incipiunt: *V. W.* ortus ejus a spinis vertebrarum dorsi duarum inferiorum, omniumque lumborum et ossis sacri: *X. Y.* ortus a processibus duobus obliquis, qui sunt a latere hiatus, in quem canalis ossis sacri ab inferiore parte exit: *Y. Z.* hac parte cohaerebat cum Gluteo magno: *a.* ortus a crista iliûm: *b. b. b.* hinc rescissus latus ille tendo, ubi subtus non amplius cohaeret cum lato tendine, quo incipiunt Serratus posticus inferior, et Obliquus internus abdominis.

c. c. Multifidi spinae.

d. d. Coccygei.

e. e. Levatores ani.

f. Sphincter externus ani.

g. g. Transversi alteri perinaei, orientes ab ossibus pubis.

h. h. Transversi perinaei, orientes ab ischiorum tuberibus.

i.k.k.l. Glutei medii, in quibus vestigia a magnis impressa. Confer Tab. LVI. *k. k. k.* origo ab osse iliûm: *l.* tendo, trochanteri majori insertus.

m. Psoas magnus.

n. o. p. Pyriformes: *o.* ortus ab osse iliûm: *p.* tendo.

q. r. Geminorum superiores: *r.* tendineum extremum.

s. t. u. Geminorum inferiores: *t.* ortus ab ischii tubere: *u.* extremum tendineum.

v. v. Obturatores externi.

$w. x. y.$ Obturatores interni: $w.$ pars in pelvi sita; cujus ibi $x.$ origo a priore parte ambitus foraminis magni ossis coxarum: $y.$ pars quae per dorsum iliûm inter Geminos incedit.

$z. \alpha. \alpha.$ Quadrati femorum: $\alpha. \alpha.$ extremum ossi femoris insertum.

In femoribus, cruribus, et pedibus extremis. $\beta. \gamma. \delta.$ Vasti externi: $\beta.$ pars tendinosa: $\delta. \delta.$ ortus ab osse femoris.

$\varepsilon. \zeta. \eta.$ *. Adductores magni femorum: $\zeta. \zeta.$ origo ab ischii tubere: $\eta.$ principii pars tendinosa: *. *. pars externi, ossi femoris inserta.

$\theta. \iota. \varkappa. \lambda. \mu. \nu. \xi.$ Bicipites crurum: $\theta. \iota. \varkappa.$ caput longius: $\iota. \varkappa.$ tendo, quo incipit, oriturque $\varkappa.$ a dorso tuberis ischii, a principio conjunctus cum principio Semitendinosi: $\lambda. \lambda.$ caput brevius: $\mu. \nu. \xi.$ tendo communis, in quem desinunt duo capita; $\mu.$ oriens primum e superficie carnis capitis longioris, $\nu.$ auctus deinde accessione capitis brevioris, $\xi.$ posteaque brevi extremo pertinens ad caput superius fibulae.

$o. \pi. \rho. \sigma. \varsigma.$ Semitendinosi: $\pi.$ principii pars tendinea, $\rho.$ oriens a dorso tuberis ischii, et deinde conjuncta cum principio tendineo capitis longioris Bicipitis cruris, a quo principio abscedit: $\sigma.$ carneae principii partis, quae aliis tendinea est, ortus a dorso tuberis ischii: $\varsigma.$ tendo.

$\varsigma. \tau.$ Graciles: $\tau.$ tendo.

$v. v.$ Vasti interni.

$\phi. \chi. \psi. \omega. \Gamma.$ Semimembranosi: $\chi.$ tendinis ex carne ortus: $\psi.$ tendo: $\omega.$ pars tendinis insignior, inserta eminentiae obliquae et inaequabili, quae est infra posteriorem partem radicis capitis superioris tibiae, qua illud condylum interiorem femoris sustinet: $\Gamma.$ portio tenuior, quam tendo emittit, pertinens ad marginem internum tibiae.

$\Delta. \Delta.$ Gemellorum crurum capita interiora: $\Theta. \Theta.$ exteriora, recisa.

Λ. Ξ. Π. Poplitei: Ξ. tendo, quo incipit: Π. superficies tendinosa.

Σ. Φ. Plantares: Φ. tendo.

Ψ. Ω. *A*. *B*. Solei: Ω. Ω. Ω. superficies tendinosa, qua tendo in posteriore parte incipit: *A*. ortus a capite superiore fibulae: *B*. *B*. nota incisurae similis, ubi intus in carne pars tendinea, carnem illam septi tendinei modo distinguens.

C. *C*. Rescissi Gemellorum tendines.

D. *E*. Tendines achillis, *E*. *E*. inserti calcaneis.

F. *F*. Tendines Flexorum longorum digitorum pedis.

G. *G*. Tendines Tibialium posticorum.

H. *H*. Flexores longi pollicum pedum.

I. *K*. *L*. *M*. Peronei breves: *K*. tendinis ortus ex carne: *L*. tendo, insertus *M*. ossi metatarsi digiti minimi.

N. *O*. *P*. *Q*. *R*. *S*. *T*. Peronei longi: *O*. ortus a radice capitis superioris fibulae: *P*. tendinis ex carne ortus: *Q*. *R*. *S*. *T*. tendo: *R*. *S*. *T*. nodi, *R*. unus, quâ se ad malleolum externum inflectit; *S*. alter, quâ ad eminentiam calcanei; *T*. tertius, quâ ad os cubiforme.

U. *U*. Tendines Extensorum longorum digitorum pedum.

V. *V*. - - - - Peroneorum tertiorum, inserti ossibus metatarsi digitorum minimorum.

W. *W*. Extensores breves digitorum pedum.

Infra *X*. Caput ad Flexorem longum digitorum pedum in plantâ accedens.

Y. *Y*. Flexores breves digitorum pedum: Sinistri quatuor caudae apparent.

In pedibus extremis. *Z*. α. β. γ. Flexores breves digitorum minimorum pedum, orientes ab ossibus metatarsi digitorum illorum: α. pars adnexa ossi metatarsi digiti minimi: β. γ. pars pertinens ad os primum digiti illius, extremo γ. tendineo.

δ. δ. Flexorum brevium digitorum pedum tendines una cum tendinibus Flexorum longorum, ad digitos minimos pertinentes.

ε. ε. Tendo Flexoris longi pollicis pedis, inter ossa sesamoidea incedens.

Circa humeros, in scapulis, brach. ζ. Serratus magnus.

η. Coracohyoidei.

θ. Subclavius.

ι. κ. λ. Supraspinati: κ. origo a scapula: λ. extremum tendineum, insertum tuberi inaequabili majori capitis superioris ossis humeri.

μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. Infraspinati: ν. ξ. origo a basi scapulae, ξ. ο. a spina: π. tendo, ubi primum incipit apparere: ρ. σ. portiones carneae ad tendinem illum accedentes: ρ. superior, quae a spina procedit; inferior, quae ab angulo inferiore: ς. extremum tendineum insertum tuberi inaequabili majori capitis superioris ossis humeri.

τ. υ. φ. χ. Teretes minores: υ. tendo ossi humeri insertus: φ. χ. portiones carneae cum tendine insertae, φ. altera a parte superiore, χ. altera ab inferiore. Insertus tuberi inaequabili majori capitis superioris ossis humeri, finitimaeque parti cervicis.

ψ. ψ. Teretes majores.

ω. *A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N.* Tricipites brachiorum: ω *A. B.* Brevis, cujus superiori parti sinus a Deltoide impressus: confer Tab. LVI. *A.* pars tendinosa; *B. B.* origo ab osse humeri: *C. D.* Longus, cujus superiori parti sinus impressus a Deltoide: confer Tab. LVI. *D.* pars tendinosa: *E.* Brachialis externus: *F.* tendo communis trium horum capitum: *G.* pars tendinea, quam Longus efficit, adjungitque tendini communi: *H.* pars tendinea, quam Brachialis externus efficit et tendini communi adjungit: *I.* pars tendinea, quae a superficie Brachialis externi oriens, ad condylum humeri majorem pertinet: *K.* tendo communis olecrano insertus: *L. L.* hinc rescissus tendinis hujus mucro tenuior, quem priori parti olecrani proximaeque spinae ulnae inserit: *M. N. N.* Brachialis externi pars, quae *N. N.* a radice condyli minoris, et supra eum a margine ossis humeri oritur.

O. O. Bicipites brachiorum.

P. P. Brachiales interni.

Q. R. S. T. U. Radiales externi longiores: *R.* ortus a condylo minore, et supra eum a margine humeri: *S.* hac parte conjunctus fuerat cum Extensore communi digitorum manus et Ulnari interno: *T. T. U.* tendo insertus *U.* ossi metacarpi indicis.

V. W. X. Radiales externi breviores: *W. W.* tendo, insertus *X.* ossi metacarpi digiti medii et indicis.

Y. Z. Γ. Γ. Anconei: *Z.* tendo oriens a condylo minori humeri: Γ. Γ. extremum, insertum priori parti olecrani, marginique ulnae infra partem illam olecrani.

Δ. Θ. Supinatores breves: Θ. tendineum principium oriens a condylo minore ossis humeri.

Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Abductores longi pollicum manuum: Ξ. pars ab ulna oriens, Π. pars a radio: Σ. tendo partis superioris: Φ. Φ. tendo inferioris.

Ψ. Ω. Extensores minores pollicum manuum: Ω. tendo.

a. b. c. - - - - - majores pollicum manuum: *b.* ortus ab ulna: *c.* tendo.

d. e. Commune extremum, in quod confluunt tendines *c.* Extensoris majoris pollicis, et Ω. minoris; insertum *e.* ossi tertio pollicis.

f. g. h. Indicatores: *g.* ortus ab ulna: *h.* tendo.

i. k. k. Profundi: *k. k.* ortus ab ulna.

l. m. n. o. p. q. Ulnares interni: *m.* principium oriens a condylo majore humeri, et cohaerens cum capite tendineo communi musculorum, qui a condylo illo oriuntur: *n.* principium oriens ab olecrano: *n. o. p.* pars lata, *n. o.* abscedens a vagina tendinea cubiti, et oriens quoque *p.* ab ulna: *q.* tendo, ossi subrotundo insertus.

r. Pronator quadratus.

In manu sinistra. *s. t. u. v. w. x. y. z. α.* Sublimes: *t.* portio, quae ad digitum medium pertinet; *u.* quae ad indicem; *v.* quae ad annularem; *w.* quae ad auricularem: *x. y. z. α.* tendines, *x.* indicis, *y.* medii, *z.* annularis, *α.* auricularis.

β. γ. δ. ε. Lumbricales manus: *β.* indicis, *γ.* medii, *δ.* annularis, *ε.* auricularis.

ζ. η. Flexor parvus digiti minimi manus: η. ortus a ligamento carpi interiore.

θ. ι. κ. Abductor digiti minimi manus: ι. κ. ortus, ι. ab osse carpi subrotundo, κ. a ligamento carpi interiore.

λ. Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus, cum Abductore ejusdem, adjunctus tendini extensori digiti illius.

μ. Tendinis extensoris digiti minimi extremum ad os secundum pertinens.

ν. Tendo ad os tertium decurrens, factus ex tendine λ., et accedente ad eum portione tendinis extensoris minimi.

ξ. ξ. Tendines iidem, qui ς.χ.ψ.t.x.y. in manu dextra.

ο. ο. Profundi tendines.

π. Ligamentum, quod cum sinu carpi canalem efficit, quo tendines coercentur, qui a cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis.

ρ. σ. ς. Opponens pollicis manus: σ. ortus a ligamento carpi interiore: ς. extremum ossi metacarpi pollicis insertum.

τ. υ. φ. Flexoris brevis pollicis manus pars, quae pro Abductore pollicis brevi altero haberi potest: υ. ortus a ligamento carpi interiore: φ. extremum tendineum, ossi primo pollicis insertum.

χ. ψ. Flexoris brevis pollicis manus cauda posterior, ψ. inserta ossi primo pollicis et sesamoideo posteriori.

ω. Adductor pollicis manus.

Γ. Δ. Tendo Flexoris longi pollicis manus, veluti in duos fissus, Δ. insertus ossi ultimo pollicis.

In manu dextra. α.β.γ.δ. Tendines Extensorum digitorum, quâ per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus et aponeurosibus Interosseorum, Lumbricalium etc. ε.ε.ε.ε. horum tendinum extrema, quae ossibus secundi ordinis inserta.

ζ. η. Adductor digiti minimi manus: η. tendo.

θ. Communis tendo Abductoris Flexorisque parvi digiti minimi manus, conjunctus cum tendine α., acceptaque ab eo portione auctus, decurrit ι. ad os tertium digiti minimi.

$\varkappa$. Aponeurosis, quae a capsa articuli digiti hujus cum suo metacarpi osse, pertinet ad tendinem α.

λ. Interossei auricularis tendo, cui se adjungit tendo Lumbricalis quarti.

μ. Tendo, qui Interosseo auricularis et Lumbricali quarto communis, conjunctus cum tendine α., acceptaque ab eo portione auctus, decurrit ν. ad os tertium.

ξ. Commune extremum tendinum ι. ν. pertinens ad os tertium.

o. Aponeurosis, quae ad tendinem α. accedit, superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum suo metacarpo: inferiore producta a tendine λ. Interossei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

π. ρ. σ. Interosseus posterior digiti annularis: π. caput alterum, oriens ab osse metacarpi digiti minimi: ρ. alterum ab annularis: σ. tendo qui se deinde conjungit cum tendine β. acceptaque ab eo portione pergit ad os tertium ς.

τ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem β., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo; inferiore producta a tendine σ. Interossei posterioris annularis.

υ. Tendo Interossei prioris digiti annularis, cui se adjungit tendo Lumbricalis tertii.

φ. Tendo, qui communis Interosseo priori annularis et Lumbricali tertio, conjunctus cum tendine β. acceptaque ab eo portione auctus, decurrit χ. ad os tertium.

ψ. Commune extremum tendinum ς. χ., pertinens ad os tertium.

ω. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem β., superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta a tendine υ. Interossei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjungitur tendo Lumbricalis tertii.

a. *b*. *c*. Interosseus posterior digiti medii: *a*. caput alterum ori-

ens ab osse metacarpi annularis: *b.* alterum a medii: *c.* tendo, qui se deinde conjungit *f.* cum tendine *γ.* acceptaque portione auctus, decurrit *g.* ad os tertium.

h. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *γ.*, superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta a tendine *c.* Interossei posterioris digiti hujus medii.

i. k. l. Interosseus prior digiti medii: *i. i.* caput alterum, oriens ab osse metacarpi medii: *k.k.* alterum, ab indicis: *l.* tendo, cum quo se conjungit Lumbricalis secundi tendo.

m. Tendo, qui communis Interosseo priori digiti medii cum Lumbricali secundo, conjunctus cum tendine *γ.*, acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *n.* ad os tertium.

o. Commune extremum tendinum *g. n.* pertinens ad os tertium.

p. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *γ.*, superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta a tendine *l.* Interossei prioris digiti hujus medii, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis secundi.

q. r. Interosseus posterior indicis: *r.* tendo, qui se deinde *s.* conjungit cum tendine *δ.*, acceptaque ab eo portione auctus decurrit *t.* ad os tertium.

u. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *δ.*, superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus indicis cum metacarpo: inferiore producta a tendine *r.* Interossei posterioris digiti hujus indicis.

v. Tendo Lumbricalis primi, qui se deinde conjungit *w.* cum tendine *δ.*, acceptaque ab eo portione auctus, *x.* decurrit ad os tertium.

y. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *t. x.*, pertinens ad os tertium.

z. 1. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *δ.*, superiore parte sui *z.* producta ab Abductore indicis; inferiore *1.* a Lumbricali primo.

2. Interosseus prior indicis.

3. Abductor indicis.

4. 5. Aponeurosis, quae se adjungit extremo communi *d.* tendinum Extensorum pollicis. Ejus pars *4.* ambit capsam articuli pollicis cum metacarpo suo, innexaque capsae illi: pars *5.* procedit a cauda posteriore Flexoris brevis pollicis manus.

6. Cauda posterior Flexoris brevis pollicis manus.

7. 8. Adductor pollicis manus, *8.* extremo tendinco insertus ossi ejus primo.

TABULA LVIII.

Ex eodem Opere.

Tertius ab hac parte musculorum ordo sequitur, una cum aliquot ligamentis, sceletique partibus nudis. Haec figura respondet figurae Tabulae LIV., cjusque posterior facies est.

In capite, cervice, trunco.

a. Buccinator.

b. Portio ad Orbicularem oris accedens, orta a maxilla inferiore.

c. Pterygoïdeus internus, maxillae insertus.

d. e. Mylohyoïdeus: *e.* origo a maxilla.

f.g.h.i.k.l.m.n. Biventres cervicis: *f.* venter primus: *g.* tendo inter ventres medius: *h.* portio a spina vertebrae summae dorsi oriens, quae portio accedit partim *i.* ad tendinem medium, partim *k.* ad ventrem secundum: *l.l.* venter secundus, insertus extremo tendineo *m.m.* ossi occipitis: *n.* plaga tendinea ventris secundi.

o. o. Spinales cervicis.

p.q.r.s.t. Interspinales cervicis sinistri. His proximi dextri: *p.* qui inter spinas vertebrae colli primae et secundae: *q.* secundae et tertiae: *r.* tertiae et quartae: *s.* quartae et quintae: *t.* quintae et sextae.

u. v. Complexi: *v.* plaga tendinosa.

w. x. Obliqui superiores capitis: *x.* hac parte insertus ossi occipitis.

y. y. Obliqui inferiores capitis.

z. A. B. Trachelomastoïdei: *A.* pars tendinea: *B.* extremum tendinosum, processui mammillari insertum.

C. C. Transversales cervicis.

D. D. Cervicales descendentes.

E. E. Scaleni medii.

F. G. H. Scaleni postici: *F.* principium a costa secunda: *G.* cauda pertinens ad processum transversum vertebrae colli tertiae, *H.* ad secundae.

I.K.L.M. Levatores costarum: *I.* secundae, *K.* tertiae, *L.* quartae, *M.* quintae.

N.O.P.Q.R.S.T.U.V.W. Intercostales externi: *N.* secundus, *O.* tertius etc.

X. X. Intercostales interni undecimi.

Y.Z.α.β. Transversi abdominis: *Y.* pars carnea: *Z.* latus tendo, quo incipit; *α. β.* adhaerens imo margini costae duodecimae, *α.* parti osseae, *β.* cartilagineae ad mucronem usque.

γ. γ. Lamellae interiores aponeurosium communium Serratorum posticorum inferiorum et Obliquorum internorum abdominis; ibi rescissae, ubi cum latis tendinibus, quibus Transversi abdominis incipiunt, non amplius cohaerent.

δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Ψ. Ω. Sacrolumbales cum Longissimis dorsi: δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. caput commune, quo incipiunt: δ. pars tendinea, ε. carnea: ζ. η. θ. hac parte caput illud oritur a crista ossis iliûm, ζ. parte carnea, η. θ. tendinea: θ. ι. hac parte cum Gluteo magno cohaeret: ι. κ. pars tendinea, oriens a tuberculis duobus superioribus, quae sunt juxta hiatum extremi canalis ossis sacri: κ. κ. pars tendinea interrupta, constans e tendinibus a spinis vertebrarum lumborum duarum inferiorum, omnibusque ossis sacri orientibus: λ. tendo oriens a spina vertebrae lumborum tertiae: μ. capitis hujus communis divisio in Sacrolumbalem et Longissimum dorsi.

ν. ξ. ο. π. ρ. σ. ς. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Π. Sacrolumbales: ν. ξ. etc. caudae ad costas pertinentes: ν. ξ. ad undecimam, ο. π. decimam, ρ. σ. nonam, ς. ς. octavam, τ. υ. septimam, φ. χ. sextam, ψ. ω. quintam, Γ. Δ. quartam, Θ. Λ. tertiam, Ξ. secundam, Π. primam: ν. ο. ρ. ς. τ. φ. ψ. Γ. Θ. earum

carneae partes, ξ. π. σ. ς. υ. χ. ω. Δ. Λ. Ξ. Π. tendineae.

Σ. Φ. Ψ. Ω. Longissimi dorsi: Φ. pars tendinea capitis communis, per Longissimum excurrens: Ψ. cauda per cervicem adscendens, ubi portionem tendineam Ω. dat Trachelomastoïdeo, et ad postremum se cum Cervicali descendente conjungit.

In trunco. *a.b.c.d.e.g.h.* Semispinales dorsi: *b.* caput a processu transverso vertebrae dorsi a lumbis sextae oriens: *c.* extremum tendineum, quod insertum spinae vertebrae colli a dorso secundae; *d.* quod primae; *e.* quod summae dorsi; *g.* quod undecimae dorsi; *h.* quod decimae.

i.k.l.m.n.p.q.r.s.t.u.v.w. Spinales dorsi: *k.* caput, tendineo principio oriens a spina vertebrae dorsi a lumbis tertiae; *l.* caput a secundae; *m.* a primae; *n.* a quintae lumborum; *p.* a quartae: *q.* extremum, tendine suo, in quem abit, pertinens ad spinam vertebrae dorsi quintae; *r.* extremum ad sextae; *s.* ad septimae; *t.* ad octavae; *u.* ad nonae; *v.* ad decimae; *w.* ad undecimae.

Inter capita Spinalium dorsi juxta spinas, et inter Longissimorum dorsi partes λ. ϰ., Multifidi spinae.

Inter spinas vertebrarum dorsi trium inferiorum, Interspinales dorsi.

Inter spinam vertebrae imae dorsi summaeque lumborum, interque spinas vertebrarum lumborum, et inter spinam imae lumborum summaeque ossis sacri, Interspinales lumborum. Litterae inscribi illis omnibus ob loci angustiam non potuerunt: ad cognoscendos tamen juvabit Tabula LIX.

x. x. Multifidi spinae.

In coxis, femoribus, cruribus, pedibus extremis. *y. y.* Psoae magni.

z. Γ. Δ. Glutei minores: Γ. Γ. Γ. origo a dorso ossis iliûm: Δ. pars tendinea, quo extremum tendineum ab exteriore parte carnis incipit.

Θ. Λ. Ξ. Π. Obturatores interni: Θ. pars in pelvi sita, ibique Λ. Λ. Λ. oriens ab ambitu foraminis magni ossis coxae: Ξ. Π. pars, quae per ischii dorsum ad os femoris incedit; Π. tendo in quem abit.

Σ. Φ. Obturatores externi: *Φ.* extremum tendineum.

Ψ. Ψ. Iliaci interni.

Ω. Ω. Tendines communes Psois magnis et Iliacis internis, inserti trochanteribus minoribus.

A. B. C. D. E. F. G. Semimembranosi: *A.* tendo, quo incipit, oriturque *B.* a dorso tuberis ischii: *C.* venter carneus: *D.* caudae tendineae ortus a carne: *E.* pars caudae illius praecipua, pertinens ad caput superius tibiae: *F.* ejusdem aponeurosis posterior, quam tibiae infra radicem capitis ejus superioris inserit: *G.* aponeurosis prior, quam inserit margini interno tibiae. Capiti ejus ventrique a Semitendinoso sinus impressus: confer Tabulam LVII.

H. I. Graciles: *I.* tendo.

K. L. M. N. O. Adductores magni femorum, quibus vestigia a Gluteis magnis impressa: confer Tab. LVI.: *L.* pars ab osse pubis oriens: *M.* ortus ab ischii tubere, parte extrinsecus tendinea: *N. O. O.* extremum superius, *O. O.* ossi femoris insertum.

P. Q. R. S. Bicipitum crurum capita breviora: *Q.* rescissa pars tendinis, quae a capite longiore oritur: *R.* pars tendinis, quae augetur accessione carnis capitis brevioris: *S.* extremus tendo, insertus capiti superiori fibulae.

T. T. Gemellorum crurum capita exteriora: *U. U.* interiora; recisa.

V. V. Plantares, recisi.

W. X. Y. Poplitei: *X* tendo, quo incipit: *Y.* pars tendinosa.

Z. a. b. c. d. e. Tibiales postici: *a.* pars quae a tibia oritur: *b.* pars quae a fibula: *c. d.* superficies tendinosae: *e.* tendo.

f. g. Flexores longi digitorum pedum: *g.* tendo.

h. i. k. l. Flexores longi pollicum pedum: *i.* origo a tibia: *k.* tendo procedens parte *l. l.* per plantam et pollicem.

m. n. o. p. q. r. s. t. Peronei longi: *n.* principium alterum, a capite fibulae oriens: *o. o.* alterum a spina fibulae: *p. q. r. s. t.* tendo, parte *p.* ex carne oriens: *r. s. t.* nodi tendinis, *r.* primus quâ se ad malleolum externum flectit, *s.* secundus quâ ad eminentiam quae est in latere exter-

no calcanei, t. tertius quâ ad cubiforme.

$u. v. w. x.$ Peronei breves: v. tendinis pars ex carne oriens: w. tendo insertus x. ossi metatarsi digiti minimi.

$y. z. \alpha. \beta.$ Extensores breves digitorum pedum: z. cauda pertinens ad digitorum parvorum tertium, α. ad secundum, β. ad primum.

$\gamma. \gamma.$ Tendines per dorsum horum digitorum porrecti.

$\delta. \delta.$ Capita, quae ad Flexores longos digitorum pedum in plantis accedunt.

$\varepsilon. \varepsilon.$ Interossei digitorum minimorum.

$\zeta.$ Tendines Flexorum longorum digitorum pedum, una cum Lumbricalibus; obiter.

$\eta.$ Flexoris brevis pollicis pedis cauda, quae pertinet ad os sesamoïdeum, quod proximum est digito primo parvorum.

$\theta. \theta.$ Tendines Flexorum longorum digitorum pedum, ad hos digitos pertinentes.

In scapulis, brachiis, cubitis, manu sinistra.

$\iota. \iota.$ Subscapulares.

$\varkappa. \lambda. \mu.$ Teretes majores: λ. ortus ab angulo scapulae: μ. pars tendinosa.

$\nu. \nu.$ Coracobrachiales.

$\xi. o. \pi. \rho. \sigma.$ Brachiales externi; quibus vestigia a Longis et Brevibus impressa: confer Tab. LVII.: $o. o. o.$ ortus ab osse humeri, π. a radice condyli prioris; ρ. pars tendinosa: σ. pars tendinea e superficie Brachialis externi oriens, et ad condylum humeri majorem pertinens.

$\varsigma. *. \tau. \upsilon. \varphi. \chi. \psi$: ς. Carnea pars Longi recisa: *. Brevis rescissa pars, quae extus tendinea, intus carnea: τ. hinc rescissa est pars tendinis communis trium capitum Tricipitis brachii: $\upsilon. \varphi. \chi. \psi$. Tendo communis Tricipitis brachii, φ. olecrano insertus: χ. pars tendinea, quam Longus efficit et tendini communi adjungit: ψ. pars tendinea, quam Brachialis externus efficit, tendinique communi adjungit.

$\omega. A.$ Brachiales interni, quibus sinus a Supinatoribus longis impressi: confer Tab. LVII.: A. cornu exterioris ortus ab osse humeri.

B. C. D. E. F. Radiales externi longiores: *C. C.* ortus a margine priore ossis humeri, et a condylo priore; *D.* hac parte conjunctus est communemque ortum habet cum Extensore communi digitorum manus et Ulnari externo: *E.* tendo insertus *F.* ossi metacarpi indicis.

G. H. I. Radiales externi breviores. Sinus eis ab Extensoribus digitorum communibus impressi: confer Tab. LVII.: *H.* tendo insertus *I.* ossi metacarpi digiti medii, itemque indicis.

K. L. M. N. Supinatores breves: *L. M.* tendinea principii pars, *L.* a condylo priore ossis humeri oriens, et *M.* connexa cum capsa articuli cubiti: *N. N.* pars principii ab ulnae eminentia oriens, extrinsecus tendinosa.

O. O. Flexores longi pollicum manuum.

P. P. Pronatores quadrati.

Q. R. S. T. U. V. W. Profundi: *S. S.* ortus ab ulna: *T. T.* tendo ad digitum minimum pertinens: *U. U. U.* tendo ad annularem, *V. V.* ad medium, *W. W.* ad indicem.

X. X. Y. Tendo Flexoris longi pollicis manus, insertus *Y.* ossi ultimo pollicis.

Z. Γ. Δ. Θ. Ligamentum quod cum sinu carpi canalem efficit, quo tendines coercentur, qui a cubito ad manum procedunt, Sublimis, Profundi, Flexoris longi pollicis: Γ. ortus ejus ab osse subrotundo; Δ. a processu incurvo cuneiformis; Θ. a multangulo majore.

Λ. Ligamentum, quod ab osse subrotundo ad os quartum metacarpi pertinet.

Ξ. Π. Σ. Adductor ossis metacarpi quarti: Π. hac parte oriens a ligamento carpi: Σ. hac insertus ossi metacarpi quarto.

Φ. Ψ. Flexor brevis pollicis manus: Φ. cauda altera, extremo tendineo inserta pollicis ossi sesamoïdeo, quod ab indice remotius: Ψ. altera, extremo tendineo inserta ossi primo pollicis, et sesamoïdeo, quod indici propius.

Ω. Adductor pollicis manus.

1. 2. 3. 4. Lumbricales manus: *1.* indicis, *2.* medii, *3.* annularis, *4.* auricularis.

5. Tendo Extensorum digiti minimi, 6. pertinens ad os primum minimi.

7. Tendo communis Flexori parvo digiti minimi manus cum Abductore ejusdem, adjunctus tendini extensori digiti illius.

8. Tendo ad os tertium digiti minimi decurrens, factus ex tendine 7., accedente ad eum portione tendinis extensoris minimi.

9. 10. Tendines iidem, qui $w.\beta.\gamma.\tau.\psi.\omega.$ in manu dextra.

In manu dextra. a. Adductor ossis metacarpi quarti.

b.c.d.e. Tendines Extensorum digitorum, quâ tendines illi per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus et aponeurosibus Interosseorum, Lumbricalium, etc. Ad radices digitorum truncati sunt: f. f. f. f. extrema illorum tendinum, quae ossibus secundi ordinis inserta.

g. Hinc rescissus Abductor minimi digiti manus: h. tendo ejus.

i. Communis tendo Abductoris Flexorisque parvi digiti minimi manus, conjunctus cum tendine b. acceptaque ab eo portione auctus, decurrens k. ad os tertium digiti minimi.

l. Aponeurosis, quae a capsa articuli digiti hujus cum suo metacarpi osse, pertinet ad tendinem b.

m. n. Interosseus auricularis, oriens m. ab osse metacarpi digiti illius: n. tendo ejus, cui se adjungit tendo Lumbricalis quarti.

o. Tendo qui Interosseo auricularis et Lumbricali quarto communis, conjunctus cum tendine b. acceptaque ab eo portione decurrit p. ad os tertium auricularis.

q. Commune extremum tendinum k. p. pertinens ad os tertium auricularis.

r. Aponeurosis, quae ad tendinem b. accedit, superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum suo metacarpo: inferiore producta a tendine n. Interossei auricularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis quarti.

s. Interossei posterioris digiti annularis caput oriens ab os-

se metacarpi annularis: *t.* capitis alterius, quod ab osse metacarpi auricularis oritur, truncati extremum: *u.* tendo qui se deinde *v.* conjungit cum tendine *c.* acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *w.* ad os tertium annularis.

x. Aponeurosis quae accedit ad tendinem *c.* superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo, inferiore producta a tendine *u.* Interossei posterioris annularis.

y. z. Interosseus prior annularis, oriens *y.* ab osse metacarpi digiti illius: *z.* tendo ejus, cui se adjungit tendo Lumbricalis tertii.

α. Tendo, qui communis est Interosseo priori annularis et Lumbricali tertio, conjunctus cum tendine *c.* acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *β.* ad os tertium annularis.

γ. Commune extremum tendinum *w. β.* pertinens ad os tertium annularis.

δ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *c.*, superiore parte sui veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo: inferiore producta a tendine *z.* Interossei prioris digiti annularis, cum quo tendine conjunctus tendo Lumbricalis tertii.

ε. Interossei posterioris digiti medii caput oriens ab osse metacarpi digiti illius: *ζ.* capitis alterius, quod ab osse metacarpi annularis oritur, truncati extremum: *η.* tendo qui se deinde *θ.* conjungit cum tendine *d.* et decurrit ad os tertium medii.

κ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *d.* superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta a tendine *η.* Interossei posterioris digiti hujus medii.

λ. Interossei prioris digiti medii caput oriens ab osse metacarpi medii illius: *μ.* capitis alterius, quod ab osse metacarpi indicis oritur, truncati extremum: *ν.* tendo, cum quo se conjungit tendo Lumbricalis secundi.

ξ. Tendo, qui communis est Interosseo priori digiti medii

cum Lumbricali secundo, et conjungit se cum tendine *d.* acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *o.* ad os tertium medii.

π. Commune extremum tendinum *ι. o.* pertinens ad os tertium medii.

ρ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *d.* superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus medii cum metacarpo: inferiore producta a tendine *ν.* Interossei prioris digiti medii, cum quo tendine conjungitur tendo Lumbricalis secundi.

σ. ς. Interosseus posterior indicis, oriens *σ.* ab osse metacarpi indicis: *ς.* tendo ejus qui se deinde conjungit cum tendine *e.* acceptaque ab eo portione auctus, pergit *τ.* ad os tertium indicis.

υ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem *e.* superiore parte sui veniens e capsa articuli digiti hujus indicis cum metacarpo: inferiore producta a tendine *ς.* Interossei posterioris digiti hujus indicis.

φ. Tendo Lumbricalis primi, qui se deinde *χ.* conjungit cum tendine *e.* acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *ψ.* ad os tertium indicis.

ω. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *τ. ψ.* pertinens ad os tertium indicis.

1. Aponeurosis, quae producta a Lumbricali primo, conjungit se cum simili aponeurosi producta ab Abductore indicis, unaque cum ea adjungit tendini *e.*

2. 3. Interosseus prior indicis, oriens *2.* ab osse metacarpi indicis: *3.* tendineum extremum, insertum ossi primo indicis.

4. 5. Flexor brevis pollicis manus: *5.* aponeurosis, quam producit, quae conjungit se cum aponeurosi ambiente capsam articuli pollicis cum metacarpo suo, unaque cum ea adjungit extremo communi tendinum Extensorum pollicis.

6. 7. Adductor pollicis manus, insertus *7.* extremo tendineo ossi ejus primo.

TABULA LIX.

Ex eodem Opere.

Quartus ab hac parte musculorum ordo, una cum Sceleto magis denudato, ob remotas partes primas plerasque Tabulae proxime superioris. Haec figura facies est posterior Tabulae LV.

In capite, et collo. *a. b. c.* Recti capitis postici minores: *b.* origo ab eminentia atlantis, quae spinae loco est, a qua origine extrinsecus tendinosus est: *c. c.* extremum, ossi occipitis insertum.

d. e. f. Recti capitis postici majores: *e.* origo a spina epistrophaei: *f.* extremum ossi occipitis insertum.

g. h. i. Obliqui superiores capitis: *h.* origo a processu transverso epistrophaei: *i. i.* extremum ossi occipitis insertum juxta additamentum suturae lambdiformis.

k. l. m. Obliqui inferiores capitis: *l.* origo a spina epistrophaei: *m.* extremum insertum processui transverso atlantis.

n. n. Interspinales cervicis quinti: *o. o.* quarti: *p. p.* tertii: *q. q.* secundi: *r. r.* primi.

s. t. u. v. w. x. y. z. α. β. γ. Scaleni medii: *t.* origo a costa prima: *u.* caput ad eum accedens a processu transverso vertebrae colli primae: *v.* a secundae: *w. x. y. z. α. β. γ.* extrema, inserta processibus transversis vertebrarum colli, *w.* primae, *x.* secundae, *y.* tertiae, *z.* quartae, *α.* quintae, *β.* sextae, *γ.* septimae.

δ. Intertransversarius colli posterior sextus: *ε.* quintus, qui et in sinistro latere: *ζ. ζ.* quarti: *η.* tertius, qui in dextro quoque latere: *θ. θ.* secundi: *ι.* primus.

In dorso. *κ. κ.* etc. Levatores breviores costarum: *κ. κ.* primae, *λ.* se-

cundae, μ. tertiae, ν. quartae, ξ. quintae, o. sextae, π. septimae, ρ. octavae, σ. nonae, ς. decimae, τ. undecimae, υ. duodecimae: ϕ. duodecimae principium tendinosum, χ. tendinosa extremi pars; qualia et in undecimae, decimae, nonae indicata: ψ. ω. ω. in sextae indicata, ψ. origo a processu transverso vertebrae dorsi octavae, ω. ω. extremum costae insertum; ex quo etiam reliquorum ortus insertioque intelligentur.

A.B.C.D.E. Levator longior costae decimae: *B.* origo a processu transverso vertebrae dorsi octavae: *C.* principii pars extrinsecus tendinosa: *D.* extremum costae decimae insertum, cujus *E.* pars tendinosa: *F.* Levator longior costae undecimae, *G.* duodecimae.

H. I. etc. Intercostales externi: *H.* primus, *I.* secundus, *K.* tertius, *L.* quartus, *M.* quintus, *N.* sextus, *O.* septimus, *P.* octavus, *Q.* nonus, *R.* decimus, *S.* undecimus. Apparet quomodo a costa superiore oriantur, et inferiori inserantur. Sinistri remoti.

T. etc. Intercostales interni: *T.* primus, *U.* secundus, *V.* tertius, *W.* quartus, *X.* quintus, *Y.* sextus, *Z.* septimus, *a.* octavus, *æ.æ.* noni, *b.* decimus, *c.c.* undecimi: *d.d.* origo a costa, ac sic in decimo, nono, octavo etc.

e. e. Pleura.

f. etc. Intertransversarii dorsi: *f.f.* primi, *g.g.* secundi, *h.h.* tertii, *i.i.* quarti, *k.k.* quinti, *l.l.* sexti, *m.m.* septimi, *n.n.* octavi, *o.o.* noni.

p.q.r.s.t.u.v.w.x.y.z.1. Semispinalis dorsi: *q.r.s.t.* quatuor capita, a principio tendinea, orientia *q.* a processu transverso vertebrae dorsi tertiae a lumbis, *r.* quartae, *s.* quintae, *t.* sextae: *u.v.w.x.y.z.1.* septem caudae in tendines abeuntes, pertinentes, *u.* ad spinam vertebrae dorsi octavae a lumbis, *v.* nonae, *w.* decimae, *x.* undecimae, *y.* duodecimae, *z.* colli primae, *1.* secundae. Sinister remotus.

In dorso, et cervice. *2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.* Spinalis cervicis: *3.4.5.6.7.8.* sex capita, a principio tendinea; oriunda *3.* a pro-

cessu transverso dorsi vertebrae septimae a lumbis, 4. octavae, 5. nonae, 6. decimae, 7. undecimae, 8. duodecimae: 9. 10. 11. 12. 13. caudae pertinentes 9. ad spinam colli vertebrae a dorso secundae, 10. tertiae, 11. quartae, 12. quintae, 13. sextae.

Secundum spinam.

14.-62. Multifidi spinae: 15. caput tendinosum, quod oritur a processu obliquo descendente colli vertebrae quartae: 16. simile quod a tertiae: 17. quod a secundae: 18. quod a processu transverso duodecimae dorsi: 19. quod ab undecimae: 20. quod a decimae: 21. nonae: 22. octavae: 23. septimae: 24. sextae: 25. quintae: 26. quartae: 27. tertiae: 28. secundae: 29. tendinosus excursus capitis, quod oritur a processu transverso primae dorsi: 30. similis illius, quod a processu obliquo adscendente vertebrae quintae lumborum: 31. similis illius, quod ab obliquo adscendente quartae lumborum: 32. illius, quod ab obliquo adscendente tertiae lumborum: 33. illius, quod a secundae lumborum: 34. illius, quod a primae: 35. illius, quod a primae ossis sacri: 36. 37. caput, quod oritur partim 36. a ligamento, quod ab eminentia, quam os sacrum in dorso habet ad externum latus foraminis secundi et tertii, ad finitimam ossis ilium partem deductum; partim 37. ab ipsa eminentia: 38. caput, quod oritur inde a spina tertia sacri usque ad tuberculum ossis ipsius, quod fit ex concretione processus obliqui descendentis quartae ipsius vertebrae cum obliquo adscendente quintae, et ab illo ipso tuberculo: 39. etc. extrema tendinosa, inserta spinis vertebrarum; 39. primae lumborum, 40. secundae, 41. tertiae, 42. quartae, 43. quintae, 44. dorsi primae, 45. secundae, 46. tertiae, 47. quartae, 48. quintae, 49. sextae, 50. septimae, 51. octavae, 52. nonae, 53. decimae, 54. undecimae, 55. duodecimae, 56. primae colli, 57. secundae, 58. tertiae, 59. quartae, 60. quintae, 61. sextae, et 62. processui obliquo descendenti ejusdem.

Γ. Δ. Interspinales dorsi: Γ. Γ. secundi: Δ. Δ. primi.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Interspinales lumborum: Θ. Θ. sexti, Λ. Λ. quinti, Ξ. Ξ. quarti, Π. Π. tertii, Σ. Σ. secundi, Φ. Φ. primi.

In lumbis, coxis, femoribus, cruribus, pedibus extremis.

Ψ. Ω. α. β. γ. Intertransversarii lumborum: Ψ. Ψ. quinti, Ω. Ω. quarti, α. α. tertii, β. β. secundi, γ. γ. primi. Apparet, quomodo a processu transverso inferiore oriantur, superiori inserantur.

δ. ε. η. θ. ι. κ. λ. Quadrati lumborum: ε. origo a ligamento ζ., quod a processu transverso vertebrae lumborum primae ad os iliûm pertinet: η. θ. ι. κ. portiones tendinosae pertinentes ad processus transversos vertebrarum lumborum, η. secundae, θ. tertiae, ι. quartae, κ. quintae: λ. extremum ad costam duodecimam pertinens.

μ. Diaphragmatis pars.

ν. ν. Psoae magni.

ξ. ο. Iliaci interni.

π. π. Tendines communes Psois magnis cum Iliacis internis, inserti trochanteribus minoribus.

ρ. σ. τ. Obturatores externi: σ. originis pars ab interiore margine foraminis magni ossis coxae: τ. extremi pars tendinea.

ς. υ. φ. χ. ψ. ω. *A. B. C. D.* Adductores magni femorum: quorum superiori parti juxta internum latus vestigia impressa tum a Gluteis magnis (confer Tab. LVI.), tum a Semitendinosis (confer Tab. LVII.): υ. tota haec pars concava, ob vestigium impressum a Semimembranoso: φ. χ. origo a dorso tuberis ischii, φ. parte tendinosa, χ. tendinea, quae ψ. per carnem excurrit: ω. pars e priore parte veniens, ubi per altitudinem ossis pubis oritur: *A. A. A.* extremum latum ossi femoris insertum: *B. C. D.* extremum inferius, quod in tendinem *C.* abit, insertum *D.* condylo interiori femoris.

E. F. G. H. I. K. L. Tibiales postici: *F.* principium a tibia oriens: *G.* alterum a fibula: *H. H.* origo a tibia, unde extrinsecus tendinosus: *I. I.* pars, quae a fibula oritur, extrinse-

cus tendinosa: *K. L.* tendo, parte *K.* e carne oriens, et procedens parte *L.* pone malleolum internum.

M. N. O. P. Q. R. Peronei breves: *N.* origo a fibula: *O. P. Q. R.* tendo, parte *O.* oriens e carne; hac *P.*, qua se ad malleolum inflectit, latior et crassior; hac *Q.*, ubi per ligamentum secundum juxta superiorem partem eminentiae calcanei incedit; *R.* insertus ossi metatarsi quinto.

S. Caput musculi Interossei, ad quartum pedis digitum pertinentis, quod caput ab osse oritur metatarsi digiti illius.

T. Interossei secundi digiti tertii pedis caput, quod ab osse nascitur metatarsi illius digiti.

V. Interossei secundi digiti secundi pedis caput ab osse metatarsi digiti illius oriens.

W. X. Flexoris brevis pollicis pedis caudae duae, sesamoïdeis insertae.

Y. Interosseus secundus digiti quarti pedis.

Z. Transversalis pedis.

Γ. Adductor pollicis pedis.

In scapulis, brachiis, manibus. Δ. Δ. Subscapulares.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Supinatores breves: Λ. tendo a condylo minore oriens: Ξ. Ξ. Π. Π. pars extrinsecus tendinosa, oriens Ξ. Ξ. a capsa articulum cubiti continente, Π. Π. ab ulna: Σ. extremum radio insertum.

Φ. Φ. Pronatores quadrati.

Ψ. Ω. *a. b. c. d. e. f.* Flexores breves pollicum manuum: Ω. ortus ab eminentia interiore ossis multanguli majoris, *a.* a multangulo minore: *b.* cauda prior, *c.* extremo tendineo inserta ossi sesamoïdeo pollicis illi, quod ab indice remotius: *d.* cauda posterior, *e.* extremo tendineo inserta ossi sesamoïdeo pollicis illi, quod indici propius; itemque ossi primo pollicis: *f.* aponeurosis, quae procedit a cauda posteriore, adjungitque se extremo communi tendinum Extensorum pollicis.

g. g. h. Adductores pollicum manuum: *h.* extremum tendineum, insertum ossi primo pollicis.

i. Interosseus posterior indicis.
Iuxta *k.* - - - - - - - prior digiti medii.
l. l. - - - - - - - posterior digiti medii.
m. - - - - - - - prior digiti annularis.
n. n. - - - - - - - posterior digiti annularis.
o. - - - - - - - digiti auricularis.

p. Tendo Interossei posterioris indicis, qui accepta portione a tendine extensorum indicis auctus, decurrit ad os tertium indicis, conjungens se in extremum commune cum tendine Lumbricalis primi, aucto pariter portione a tendine extensorum indicis accedente.

q. Tendo Interosseo priori annularis et Lumbricali tertio communis, qui accepta portione ab Extensoris communis tendine, qui ad hunc digitum pertinet, auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti.

r. Tendo Interossei posterioris digiti annularis, qui accepta portione ab Extensoris communis tendine, qui ad digitum hunc pertinet, auctus, decurrit ad os tertium hujus digiti, conjungens se cum tendine *q.* in commune extremum.

TABULA LX.

Ex eodem Opere.

Ut Tabula LII., sic hac, primus musculorum ordo post remota integumenta communia, vaginasque tendinosas expressus, una pariter cum quibusdam ligamentis ad eos pertinentibus, Sceletique Tabulae VI. quae hujus figurae fundamentum est, partibus.

In capite, collo, trunco.

a. b. c. d. e. f. Epicranius: *a. b.* Occipitalis: *a.* ejus principium tendineum: *b.* pars carnea: *c. d.* aponeurosis inter Occipitalem et Frontalem intercedens: *d.* per quam Temporalis hîc apparet, eminetque: *e.* pars membranacea, qua Occipitales, eorumque aponeuroses conjunctae inter se; oriens supra Cucullarium ab osse occipitis ortum: *f.* Frontalis.

g. h. Attollens auriculam: *g* principium tendineum, quo ab Epicranio abscedit: *h.* pars carnea.

i. Anterior auriculae.

k. l. m. Retrahentes auriculae tres.

n. Helicis major.

o. Helicis minor.

p. Tragicus.

q. Antitragicus.

r. s. t. Orbicularis palpebrarum: *r.* pars per ambitum foraminis oculi ducta: *s.* pars a Corrugatore supercilii accedens: *t. t.* pars, qua palpebrae obductae.

u. Compressor naris.

v. Nasalis labii superioris.

w. x. Orbicularis oris: *x.* pars, quae est in rubro margine labii.

y. z. Zygomaticus major: z. ejus origo ab osse jugali.

α. β. Depressor anguli oris: β. ejus origo a maxilla inferiore.

γ. Buccinator.

δ. ε. ζ. η. θ. Masseter: δ. ε. pars prior eademque exterior; ε. ortus ejus ab osse jugali, unde extrinsecus diu tendinosa: ζ. η. θ. pars posterior, quae nuda a priore: η. θ. ortus ejus, η. ab osse jugali, θ. a processu zygomatico ossis temporis.

ι. $\varkappa$. Pterygoïdeus internus, $\varkappa$. maxillae insertus.

λ. Stylohyoïdeus.

Inter $\varkappa$. et λ. Styloglossus. Confer Tab. LXI. Fig. 2. *m*.

Mox infra Styloglossum Basioglossus. Confer Tab. LXI. Fig. 1. *k*. Fig. 2. *o*.

μ. ν. ξ. o. π. Latissimus colli: ν. ν. etc. Fasciculi qui ad eum in quibusdam hominibus in latere colli accedunt: ξ. fasciculi sparsi, quibus in mala evanescentibus desinit: o. fasciculus, qui per priorem partem Depressoris anguli oris porrectus angulum illum versus: π. eminens sub Latissimo maxilla inferior.

ρ. σ. Sternomastoïdeus cum Cleidomastoïdeo, conjuncti in unum: σ. extremum tendineum.

τ. Biventer cervicis, extremo tendineo insertus ossi occipitis.

υ. Splenius capitis.

φ. Splenius colli.

χ. Scalenus medius.

ψ. Levator scapulae.

ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Cucullares: Γ. Δ. principium tendineum: Γ. pars ejus ab osse occipitis oriens: Θ. principii tendinei plaga amplior, juxta imam cervicem summumque dorsum: Λ. Λ. extremi pars tendinosa, inserta spinae scapulae et processui superiori, proximaeque claviculae parti: Ξ. extremi pars tendinea, qua spinae scapulae non longe a basi insertum.

Π. Σ. Infraspinati: Σ. ortus a basi scapulae.

Φ. Teres minor.

Ψ. Teres major.

Ω. A. B. C. D. E. F. Latissimi dorsi: *Ω.* pars carnea: *A.* latus tendo, quo incipit: *B.* hîc cum Gluteo magno cohaeret: *C.* ortus a crista iliûm: *D. E. F.* capita, quae a costis oriuntur: *D.* quod ab undecima, *E.* quod a decima, *F.* quod a nona.

G. Serratus anticus.

H. I. Pectoralis: *I.* portio ab aponeurosi Obliqui externi abdominis accedens.

K. L. M. N. O. P. Q. R. etc. Serratus magnus: *K.* caput, quod oritur a costa tertia, *L.* quod a quarta, *M.* quod a quinta, *N.* quod a sexta, *O.* quod a septima, *P.* quod ab octava, *Q.* quod a nona: *R.* etc. ipsa capitum a costis origo.

S. T. U. V. W. X. Y. Z. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Obliquus externus abdominis: *S.* pars carnea: *T. U. V. W. X. Y. Z.* capita, quorum *T.* oritur a costa quinta, *U.* a sexta, *V.* a septima, *W.* ab octava, *X.* a nona, *Y.* a decima, *Z.* ab undecima: *a.* etc. principii capitum pars tendinea: *b.* etc. ipsa capitum origo a costis: *c. c.* carneae partis insertio cristae iliûm: *d. e. f. g. h. i. k.* aponeurosis, *e.* inserta cristae iliûm: *f. f.* hîc sub ea eminet caro Obliqui interni: *g.* hîc sub eadem, simul et sub aponeurosi Obliqui interni, eminet caro Transversi: *h. h. h. h.* hîc Recti caro: *i. i. i.* hîc per aponeuroses illas apparent lineae tendineae Recti: *k.* hîc sub iisdem eminet Pyramidalis.

In sinistra coxa pedeque. *l.* Cremaster.

m. Adductor longus femoris.

n. Pectineus.

o. Psoas magnus.

p. Sartorius.

q. r. s. Tensor vaginae femoris: *r.* ortus a crista iliûm: *s.* extremum, unde rescissa pars tendinea, quam adjungit vaginae femoris.

t. u. v. Gluteus medius, *u. u.* ortus ab osse iliûm: *v.* tendo.

w. x. y. Gluteus magnus: *x.* hac parte oritur a crista iliûm, cohaeretque cum Latissimo dorsi: *y.* tendo.

z. Semitendinosus.

$\alpha.\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.\zeta.$ Biceps cruris: α. caput longius: β. β. caput brevius: $\gamma.\delta.\varepsilon.\zeta$. tendo, γ. primum oriens a superficie carnis capitis longioris, accessione deinde brevioris auctus δ., ε. extremoque praecipuo insertus capiti superiori fibulae, ζ. ac portione aliqua ad tibiam pertinet.

$\eta.\theta.\iota.\varkappa.$ Vastus externus: θ. superficies tendinosa: ι. tendo, $\varkappa$. insertus patellae.

$\lambda.\mu.\nu.\xi.o.$ Rectus cruris: μ. pars tendinea principii: ν. tendo: ξ. locus ubi se patellae inserit: o. aponeurosis, quae a tendine Recti excurrit per priora patellae, posteaque se priori parti ligamenti adjungit, quod a patella ad tibiam pertinet.

$\pi.\rho.$ Vastus internus: ρ. tendo.

$\sigma.\tau.\upsilon.$ Ligamentum a patella ad tibiam pertinens: τ. locus ubi a patella oritur: υ. tota hac parte subtus tibiae insertum.

$\varphi.\chi.\psi.$ Gemelli caput exterius: χ. superficies tendinosa: ψ. tendo.

$\omega.\Gamma.\Delta.$ Soleus: Γ. ortus a capite superiore fibulae: Δ. superficies tendinosa.

$\Theta.\Lambda.\Xi.$ Tendo Achillis: Λ. pars interior: Ξ. hîc insertus calcaneo.

Π. Plantaris tendo.

$\Sigma.\Phi.\Psi.\Omega.$ Peroneus longus: Φ. ortus ejus a capite fibulae: Ψ. Ω. tendo, Ψ. hac parte ex carne oriens.

A. Ligamentum proprium Peronei longi.

B.C.D.E. Peroneus brevis: *C. C.* tendinis ex carne ortus: *D. D.* tendo, *E.* insertus ossi metatarsi quinto.

F. Ligamentum Peroneo brevi proprium.

G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R. Extensor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio: *G.* communis caro Extensoris et Peronei: *H.* ortus ejus a tibia: *I.* Peroneus tertius: *K. L. M.* tendo ejus, *K.* hîc ex carne oriens, *M.* insertus ossi metatarsi digiti minimi: *N.* tendo Extensoris longi digitorum, qui se in quatuor tendines *O. P. Q. R.* findit, per dorsum pedis decurrentes.

S. T. Tendo Extensoris proprii pollicis pedis, *T.* insertus ossi ultimo pollicis.

U. V. W. Tibialis anticus: *V.* ortus a tibia: *W.* tendo.

X. Y. Z. Ligamentum, quo tendines in confinio cruris et dorsi pedis obducti: *Y.* cornu superius: *Z.* cornu inferius.

a. b. c. d. e. Extensor brevis digitorum pedis: *b. c. d. e.* ejus tendines, *b.* ad pollicem pertinens, *c.* ad primum parvorum, *d.* ad secundum, *e.* ad tertium.

f. g. h. i. k. l. Tendo communis Extensoris longi et brevis digitorum pedis: *f.* pars a longo producta, *g.* pars a brevi: intermedia est divisionis nota: *h.* extremum ossi secundi ordinis insertum: *i.* tendinis communis portio ad os tertium procurrens: *k.* tendo ab altero latere ad os tertium procurrens, qui procedit a tendine Extensoris brevis: *l.* duarum ad os tertium pertinentium portionum commune extremum, ossi tertio insertum. Eadem in reliquis digitis parvis pedis hujus: nisi quod per dorsum minimi tendo Extensoris longi solus decurrat, producatque utramque portionem ad os tertium pertinentem.

m. Aponeurosis, quae ab hoc latere ad tendinem Extensoris brevis digitorum pedis accedit. Tales etiam in reliquis digitis: in minimo autem accedit ad tendinem Extensoris longi: in pollice, ad tendinem Extensoris ejus proprii.

n. Interosseus primus digiti pedis secundi.

o. Caput crassius Interossei secundi digiti pedis secundi.

p. - - - - - - - - - - - - - - - - - - tertii.

q. - - - - - - - - - - - - - - - - - - quarti.

r. s. t. u. v. Abductor digiti minimi pedis: *s.* hac parte tectus aponeurosi: *t.* ortus a calcaneo: *u.* pars aponeurosis, qua intectus est, ossi metatarsi digiti minimi inserta: *v.* tendo Abductoris, insertus ossi primo minimi.

w. x. Flexor brevis digiti minimi pedis: *w.* pars inserta ossi metatarsi minimi: *x.* pars extremo tendineo inserta ossi primo digiti minimi.

y. z. Tendines Flexoris digitorum brevis et longi. Qui et in proximo digito.

In pede dextro. *A. B. C.* Rectus cruris: *B.* tendo patellae insertus: *C.* aponeurosis a tendine ante patellam excurrens, et adjungens se priori parti ligamenti, quod a patella ad tibiam pertinet.

D. E. F. G. Ligamentum a patella ad tibiam pertinens: *E.* locus, ubi subtus a patella oritur: *F.* tota hac parte subtus tibiae insertum: *G.* pars ejus interior.

H. I. Vastus internus: *I.* tendo extremus, lateri patellae insertus.

K. L. M. Sartorius: *L.* tendo insertus *M.* tibiae.

N. O. Gracilis: *O.* tendo.

P. Q. R. S. Semimembranosus: *Q. R.* tendo, parte *Q.* ex carne oriens: *S.* aponeurosis prior, inserta margini interno tibiae.

T. U. Semitendinosus: *U.* tendo.

V. W. X. Gemelli caput interius: *W.* superficies tendinosa: *X.* tendo, quem exteriori parti tendinis Solei adjungit: *Y.* tendo Achillis insertus *Z.* calcaneo.

Γ. Δ. Θ. Soleus: Δ. superficies tendinosa: Θ. Θ. ortus a tibia.

Λ. Ξ. Tendo Plantaris, insertus Ξ. calcaneo.

Π. Σ. Flexor longus pollicis pedis: Σ. tendo.

Φ. Ligamentum, quo tendo Flexoris longi pollicis pedis retinetur.

Ψ. Ω. *α.* Flexor longus digitorum pedis: Ω. Ω. ortus ejus a tibia: *α.* tendo ex carne oriens.

β. β. γ. Tibialis postici tendo: *γ.* extremum insertum tuberi interno ossis navicularis.

δ. ε. ε. Ligamentum, quod superinductum est tendini Flexoris longi digitorum pedis et Tibialis postici: *ε. ε.* hîc affixum malleolo interno.

ζ. Ligamentum, quo retinetur tendo Tibialis postici.

η. θ. θ. θ. Tibialis anticus: *θ. θ. θ.* tendo.

ι. Ligamenti, quo tendines in confinio cruris ac pedis extremi a priori parte retinentur, cornu superius, affi-

xum tibiae : $\varkappa$. ejusdem ligamenti cornu inferius.

λ. λ. μ. Tendo Extensoris proprii pollicis pedis, insertus μ. ossi ultimo pollicis.

ν. Tendinis Extensoris proprii pollicis pedis ramus, insertus ossi ejus primo, aliquoties inventus.

ξ. Aponeurosis accedens ad tendinem Extensoris proprii pollicis pedis.

o. Super hos digitos tendines communes extensorum.

π. π. Cornua duo ligamenti, quo tendo Flexoris longi pollicis pedis hîc loci coercetur.

ρ. Tendo Flexoris longi pollicis pedis, sub pollice decurrens.

σ. ς. *. τ. Abductor pollicis pedis: ς. origo a calcaneo: *. tendo, insertus τ. ossi primo pollicis pedis.

υ. υ. φ. Flexor brevis pollicis pedis, φ. hîc adjungens se tendini Abductoris.

χ. ψ. Flexor brevis digitorum pedis: ψ. ortus ejus a calcaneo.

ω. Caput, quod ad Flexorem longum digitorum pedis in planta accedit, oriens a calcaneo.

In brachio sinistro, manuque.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. Deltoides: *A. B. B.* Portionum, e quibus constat, primi ordinis secunda eademque posterior, oriens *B. B.* a spina et processu superiore scapulae: *C. D.* secundi ordinis portio posterior, oriens *D.* a processu superiore: *E. F.* primi ordinis portio quarta, oriens *F.* a cubito flectentis se processus superioris: *G. H.* secundi ordinis portio media, oriens *H.* a processu superiore: *I. K.* primi ordinis portio tertia, oriens *K.* a processu superiore: *L. M.* secundi ordinis portio prior, oriens *M.* a processu superiore: *N. O.* primi ordinis portio prima eademque prior; *O.* ortus ejus a processu superiore.

P. Q. R. Biceps: Q. tendo: *R.* aponeurosis truncata.

S. Brachialis internus.

T. U. V. W. X. Triceps: *T.* pars ejus, quae Longus vocatur: *U.* pars quae Brevis: *V.* tendo, insertus *W.* olecrano: *X.* tendinis mucro tenuior, priori parti olecrani, proximaeque spinae ulnae insertus.

Y. Ulnaris internus.

Z. a. Supinator longus: *a.* tendo.

b. Pronator teres.

c. d. Radialis internus: *d.* tendo.

e. e. Sublimis.

f. f. Flexor longus pollicis.

g. Tendo Radialis externi longioris alterius.

h. i. k. Radialis externus longior: *i. i. i. k.* tendo: insertus *k.* ossi metacarpi indicis.

l. m. Radialis externus brevior: *m. m. m.* tendo.

n. o. Ulnaris externus: *o.* tendo.

p. q. r. s. t. Extensor communis digitorum manus: *q.* tendo ad indicem pertinens: *r.* tendo ad medium pertinens: qui duo tendines non longe a digitis conjuncti portione *s* accedente a tendine medii ad tendinem indicis: tendo ad digitum tertium pertinens.

u. Indicatoris tendo.

v. w. Extensor proprius digiti auricularis: *w.* tendo.

x. y. z. Abductor longus pollicis manus: *y. y.* tendo portionis superioris, qui in fine fissus, altera parte pertinet ad Abductorem brevem pollicis, altera ad os metacarpi pollicis: *z. z.* tendo portionis inferioris.

α. β. Extensor minor pollicis manus: *β.* tendo.

γ. γ. Tendo Extensoris majoris pollicis manus.

δ. ε. Communis tendo Extensoris majoris et minoris pollicis, *ε.* ad os ultimum pollicis pertinens.

ζ. ζ. Ligamentum armillare exterius.

η. Ligamentum, quo coercentur tendines Abductoris longi et Extensoris minoris pollicis manus.

θ. Ligamentum carpi interius.

ι. ϰ. Abductor brevis pollicis manus: *ϰ.* aponeurosis, quam adjungit tendini communi Extensorum pollicis manus.

λ. Opponens pollicis manus, insertus margini externo ossis metacarpi pollicis.

μ. Aponeurosis, quae se adjungit ad tendinem Extensoris majoris pollicis manus, partim oriens a capsa articu-

lum pollicis cum metacarpo suo continente, partim a Flexore brevi pollicis.

ν. ξ. Adductor pollicis manus, ξ. extremo tendineo insertus ossi primo pollicis.

ο. Interosseus prior indicis, oriens ab osse ejus metacarpi.

π. Abductor indicis.

ρ. Lumbricalis primus.

σ. Aponeurosis, quae partim ab Abductore indicis procedit, partim ab ejus Lumbricali, et accedit ad tendinem Extensorum indicis.

ς. *. Communis tendo Extensorum indicis: *. ejus extremum ossi secundo indicis insertum.

τ. Tendo Lumbricalis primi, qui accepta a communi Extensorum tendine portione auctus, υ. decurrit ad os tertium indicis.

φ. Tendo Interossei secundi indicis, una cum portione quam accepit a communi Extensorum tendine, decurrens ad os tertium indicis.

χ. Extremum commune tendinum υ. et φ., pertinens ad indicis os tertium, eique insertum.

ψ. Tendo communis Lumbricali secundo et Interosseo priori digiti medii: qui tendo accepta portione a tendine extensore digiti medii auctus, decurrit ad os tertium medii illius, in fine cum simili tendine ex altero digiti hujus latere veniente conjunctus in extremum commune, quod ossi tertio mododicti digiti insertum.

ω. Tendo communis Lumbricali quarto cum Interosseo priore digiti auricularis: qui tendo accepta portione a tendine extensore digiti illius auctus, decurrit ad ejus os tertium.

Per internam digitorum partem decurrunt tendines Sublimis et Profundi, ligamentis suis coerciti. Quae melius cognosci possunt ex Tab. LII.

In brachio dextro. α. β. γ. δ. ε. Triceps brachii: α. pars quae Longus vocatur, β. pars quae Brachialis externus vocatur: γ. tendo Tricipitis, δ. insertus olecrano: ε. Tendo tenuis, e

superficie Brachialis externi oriens, et ad superiorem partem condyli majoris ossis humeri pertinens.

ζ. Brachialis internus.

η. θ. ι. Biceps brachii: θ. aponeurosis, truncata. Juxta ι. tendo.

κ. Supinator longus.

λ. Pronator teres.

μ. Radialis internus.

ν. ξ. Palmaris longus. Mox infra ξ. tendinis principium.

ο. Sublimis.

π. ρ. σ. Ulnaris internus: ρ. principium alterum, oriens a condylo majore ossis humeri: σ. principium alterum, ab olecrano oriens.

τ. Ulnaris externus.

In manu dextra. *a.* Abductor brevis pollicis manus: *b.* aponeurosis, quae a tendine ejus abscedens, adjungit se tendini communi Extensorum pollicis.

c. Pars Flexoris brevis pollicis manus, quae pro Abductore ejus brevi altero haberi potest, extremo tendineo inserta ossi primo pollicis.

d. Flexoris brevis pollicis manus pars, quae inserta ossi sesamoïdeo, quod indici propius, et proximae parti ossis primi pollicis.

e. Adductor pollicis manus.

f. f. Tendo Flexoris longi pollicis manus.

g. Duo ligamenta, quae coercent tendinem pollicis Flexoris longi, μ. in manu sinistra Tab. LVI.

h. Palmaris brevis.

i. Flexor brevis digiti minimi manus.

k. Abductor digiti minimi manus.

l. Adductor ossis metacarpi manus quarti, insertus ossi illi.

Caeterum tendinibus et aponeurosibus per dorsum manus et digitorum porrectis, notae non inscriptae, cum ex Tab. LVI. facile cognosci possint.

TABULA LXI.

Ex eodem Opere (a).

FIGURA I.

Exhibet musculos, qui ante vertebras colli infra caput sequuntur, una cum osse hyoide, larynge et stomachi parte. Nulli autem neque capiti neque vertebris inscripti; ne illi quidem, qui vertebris a priori parte adhaerent, ne iis obscurarentur reliqua.

a. Pterygoideus externus.
b. c. - - - - - - - - internus, insertus *c.* maxillae.
d. Mylohyoideus: cujus extremum basi ossis hyoidis insertum apparet mox infra Biventris maxillae tendinem *i.*
e. f. Stylohyoideus, tendine suo *f.* insertus basi ossis hyoidis.
g. h. i. Biventer maxillae: *g.* venter primus: *h.* venter secundus: *i. i.* tendo medius.
k. l. Basioglossus: *l.* pars principii, quae oritur a cornu hyoidis.
Mox supra *k.* Styloglossi pars. Confer Fig. II. *m.*
m. Ceratoglossus, oriens a cornu hyoidis.
n. o. Os hyoides: *n.* cornu: *o.* basis.
p. Commune extremum Stylopharyngei et Palatopharyngei. Ejus etiam extremi pars inter Ceratoglossum et capita Constrictoris medii pharyngis. Conf. figuras sequentes.

(a) Figurae omnes, quas *Albinus* Tabula X. complexus est (ut in programmate et in praefatione monuimus) ea a nobis symmetria exhibitae fuerunt, ut non ad syntaxeos Tabulas referantur, verum ad eas, quibus unusquisque musculus seorsim repraesentatur. Quì enim musculi mole parvi, et quibus neque unus incessus, neque eadem origo, minima forma delineati percipi potuissent?

Juxta *p*. Ligamentum a cornu hyoidis pertinens ad processum superiorem cartilaginis thyreoideae. Confer Fig. IV. *x*.

q. r. s. t. Hyothyreoideus: *r. s.* origo ejus, *r.* a cornu hyoidis, *s.* a basi: *t.* insertio thyreoideae.

u. Cartilago thyreoidea.

v. w. x. y. Cricothyreoideus: *v.* pars ejus prior, inserta thyreoideae: *w. x. y.* pars posterior, *x.* hîc portionem adjungens ad Constrictorem pharyngis inferiorem, *y.* hîc inserta thyreoideae.

z. Cartilago cricoidea.

α. Stomachus truncatus.

β. γ. Pharyngis Constrictor inferior: *γ.* origo ejus a cricoidea.

δ. ε. ζ. - - - - - - - - - - - medius: *ε.* caput, quod ab ossiculo graniformi hyoidis oritur: *ζ.* caput, quod oritur ab extremo cornu hyoidis.

η. Pharyngis Constrictor superior.

FIG. II.

Remotis Musculis primis figurae primae, una cum sinistra parte maxillae inferioris, proxime insequentem ordinem Musculorum exhibet, simulque cum eis, praeter os hyoides, laryngem, stomachum, etiam linguam.

a. Os maxillare superius.

b. Processus pterygoidei ala exterior.

c. d. Ossis palati portio, quae interserta processui pterygoideo et ossi maxillari superiori, connectit ea inter se: *c.* pars ejus, ad cavum processus pterygoidei pertinens.

e. e. Ala interior processus pterygoidei, in cujus imo hamulus.

f. Circumflexus palati mollis

g. Levator palati mollis.

h. Lingua.

Juxta *i.* Constrictor isthmi faucium. Confer Fig. IV. *l.*

k. l. m. Styloglossus: *l.* hîc se continuat Ceratoglosso: *m.* hinc secundum linguam decurrit, adnexus ei.

n. Ceratoglossus, oriens a cornu hyoidis.
o. Basioglossus, cujus apparet ortus a cornu hyoidis.
p. Lingualis.
q. Genioglossus oriens a maxilla.
r. s. Geniohyoideus: *s.* principium tendinosum, quo a maxilla oritur. Caeterum basi se ossis hyoidis atque etiam cornu inserit: parte quoque extremi sui decurrit pone Basioglossum.
t. Maxilla inferior dissecta.
u. v. Os hyoides: *u.* basis, *v.* cornu.
Juxta inferiorem partem extremi cornu hyoidis, pars ligamenti, quod inde pertinet ad cartilaginis thyreoideae processum superiorem. Confer Fig. IV. *x.*
w. Stylopharyngeus.
x. Commune extremum Stylopharyngei et Palatopharyngei: cujus etiam extremi pars apparet inter Ceratoglossum et capita duo Constrictoris medii pharyngis. Confer Fig. IV. *g.*
y. y. z. Constrictor pharyngis superior: *z.* pars ejus, quae ex parte a maxilla inferiore oritur, ex parte continuata est Buccinatori; a quibus rescissa.
α. β. γ. Constrictor medius pharyngis: *β.* caput quod ab ossiculo graniformi hyoidis oritur: *γ.* caput quod oritur ab extremo cornu hyoidis.
δ. ε. ζ. η. θ. Constrictor inferior pharyngis: *ε. ζ. η.* caput ejus, quo oritur a cartilagine thyreoidea et quidem ab *ε.* ad *ζ.*, a latere cartilaginis illius, *ζ.* ab ejusdem ora inferiore, *η.* a processu inferiore: *θ.* caput, quo oritur a cartilagine cricoidea.
ι. κ. Cartilago thyreoidea: *κ.* eminentia a qua oritur Constrictor medius.
λ. Ligamentum cartilaginem cricoideam thyreoideae alligans.
μ. Cartilago cricoidea.
ν. Stomachus, truncatus.

FIG. III.

Remotis Musculis primis figurae secundae, proximus ordo hîc exhibitus.

Ossi maxillari superiori, processui pterygoideo, ejusque alis, hamulo, cavo, itemque ossi palati, maxillae inferiori dissectae, litterae inscriptae non sunt, quippe ex secunda figura cognoscuntur.

a. Circumflexus palati mollis.

b. Levator palati mollis.

Juxta *c.*, Constrictoris isthmi faucium pars. Confer Figura IV. *l.*

d. Lingua.

e.f. Styloglossus, *e.* hîc truncatus, *f.* hac parte secundum linguam decurrens, eique adnexus.

g. Truncatus Ceratoglossus cum Basioglosso.

h. Lingualis.

i.k.l.m.n.o. Genioglossus: *k.* origo ejus a maxilla inferiore: *l.* hîc tenues fasciculos per latus pharyngis curvat, quorum alii *m.* accedunt ad Ceratoglossum et Styloglossum, alii *n.* ad Constrictorem superiorem pharyngis, alii *o.* in membrana pharyngis evanescunt.

p.q.r.s.t.u. Constrictor superior pharyngis: *q.* summa pars, quae exit ex tendine Circumflexi palati mollis: *r.* pars, quae oritur a lamella interna processus pterygoidei, et ab hamulo ejus: *s.* pars, quae rescissa est a Buccinatore: *t.* pars, quae oritur a maxilla inferiore: *u.* pars, quae procedit a lingua: infra quam pars *n.* accedit a Genioglossi fibris quas ille per latus pharyngis curvat.

v. Hîc spatiolum est inter Constrictorem superiorem et medium, per quod demittit se Stylopharyngeus, Constrictorem medium subeuns.

w. x. y. Constrictor medius pharyngis: *x.* caput alterum, oriens ab ossiculo graniformi ossis hyoidis: *y.* alterum, oriens ab extremo cornu hyoidis.

z.α.β.γ.δ. Constrictor pharyngis inferior: *α. β. γ.* caput, quod a

thyreoidea oritur: ejus, ab α. ad β., origo a latere thyreoideae, β. a margine ejusdem inferiore, et γ. a processu inferiore: δ. caput oriens a cricoidea.

ε. Commune Stylopharyngei et Palatopharyngei extremum: cujus etiam pars inter Constrictoris medii pharyngis capita x. y.: confer Fig. IV. *g*.

ζ. η. θ. Os hyoides: ζ. basis, η. ossiculum graniforme, θ. cornu. Mox supra η. exigua pars Chondroglossi: Fig. IV. *t*. Mox infra ι. Ligamentum quod ab extremo cornu hyoidis pertinet ad processum superiorem thyreoideae: Fig. IV. *x*.

$\varkappa$. Cartilago thyreoidea: cujus processus inferior juxta λ. Fig. IV. α.

μ. Ligamentum, quo thyreoidea et cricoidea colligatae inter se.

ν. Cartilago cricoidea.

ξ. Stomachus, truncatus.

FIG. IV.

Remotis Musculis primis figurae tertiae, proximus ordo hic exhibitus.

a. Circumflexus palati mollis.

b. Levator palati mollis.

c. c. c. Membrana pharyngis nuda.

d. e. Stylopharyngeus: *e* portio ejus, quae se ad superiorem partem Palatopharyngei adjungit: Fig. XI. *i*.

f. f. Palatopharyngeus.

g. h. i. k. Commune extremum Stylopharyngei et Palatopharyngei: *h*. pars ejus, inserta lateri externo marginis cartilaginis thyreoideae, ad radicem processus superioris: *i. k*. pars, inserta *i*. reliquo margini, et *k*. infra in membranam pharyngis evanescens.

l. Constrictor isthmi faucium.

m. Tonsilla.

n. Lingua.

o. p. Styloglossus, qua ad linguam applicatus: *p.* hîc truncatus. Confer *k. m.* Fig. II.

q. Basioglossus et Ceratoglossus, truncati.

r. Lingualis.

ſ. s. Genioglossus: *s.* origo à maxilla inferiore. Remotus contextus fibrarum, quas per latus pharyngis curvat, *l.* Fig. III.

t. Chondroglossus oriens ab ossiculo graniformi hyoidis.

u. v. w. Os hyoides: *u.* basis. Mox supra *v.* ossiculum graniforme: *w.* cornu.

x. Ligamentum, quod ab extremo cornu hyoidis pertinet ad processum superiorem cartilaginis thyreoideae.

y. z. α. Cartilago thyreoidea: *z.* ejus processus superior: *α.* inferior.

β. Ligamentum, quo cartilago thyreoidea et cricoidea hîc loci colligatae inter se.

γ. Cartilago cricoidea.

Juxta *δ.*, Cricoarytaenoideus posticus. Conf. *a.* Fig. VII.

ε. Stomachus, truncatus.

FIG. V.

Hîc non modo aliquot Musculi primi figurae quartae remoti, sed etiam pharynx per longitudinem incisa, rescissaque sinistra ejus parte, aperta, ut praeter concavum ejus, etiam palatum molle cum uvula, linguae radix et epiglottis, appareant.

a. Circumflexus palati mollis.

b. Levator palati mollis.

c. Palatum molle: *d.* uvula: *e.* palati mollis margo truncatus.

f. Tonsilla.

g. Constrictor isthmi faucium.

h. i. Lingua: *h.* hac parte in ore est: *i.* hac se deorsum curvat intra fauces, basem versus ossis hyoidis.

k. l. Styloglossus, *l.* hîc truncatus.

m. Basioglossus et Ceratoglossus, truncati.

n. Lingualis.

o. p. q. Genioglossus: *p.* origo a maxilla inferiore: *q.* hîc ad linguam pertinet.

r. s. Epiglottis: *r.* pars gibba, *s.* concava.

t. u. v. Os hyoides: *t.* basis: *u.* cornu: *v.* ossiculum graniforme.

w. Membrana interior laryngis.

x. Ligamentum ab extremo cornu hyoidis pertinens ad processum superiorem cartilaginis thyreoideae.

y. z. α. Cartilago thyreoidea: *z.* processus superior, *α.* inferior.

β. Ligamentum quo cartilago thyreoidea et cricoidea colligatae inter se.

γ. Cartilago cricoidea.

Juxta *δ.*, Cricoarytaenoideus posticus. Conf. *a.* Fig. VII.

ε. ε. Concavum pharyngis incisae.

ζ. Pharyngis membrana incisa.

η. Stomachus, truncatus.

FIG. VI.

Primum exhibet ordinem Musculorum, qui circa pharyngem collocati a posteriori parte apparent.

a. b. c. d. e. Pharyngis constrictores inferiores: *b.* origo a cartilagine cricoidea: *c.* mucro, in quem a superiore parte desinunt: a *c.* ad *d.*, hîc fibrae convenientes, angulos efficiunt: *e.* hîc dextrae sinistris incurvo ductu continuatae.

f. Stomachi fibrae interiores, transversae, hac parte nudae: *g. g.* exteriores ex lateribus oblique retrorsum descendentes.

h. Stomachus, truncatus.

Mox supra *i. i.* cartilago cricoidea. Conf. Fig. XIV. *ι. κ. κ.*

k. Arteria aspera, truncata.

l. Extrema cornua ossis hyoidis.

m. Ligamenta quae ab extremis cornubus hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae. Confer Fig. IX. *B. B.*

n. o. Pharyngis Constrictores medii: *o.* hîc fibrae eorum in angulos conveniunt.

p. q. r. Pharyngis Constrictores superiores: *q.* hîc oritur a maxilla inferiore juxta dentem molarem intimum: *r.* hîc rescissus a Buccinatore.

s. Pharyngis membrana nuda.

Mox infra *t. t.* Circumflexi palati mollis.

u. v. w. Stylopharyngei: *v.* pars superior et eadem minor: *w.* pars inferior et eadem major.

x. Processus styliformes ossium temporum. Conf. Fig. IX. *m. m.*

y. Processus pterygoidei ossis multiformis.

z. Os maxillare superius, qua gingivam efficit supra dentes molares intimos.

α. Dentes molares intimi, hoc est, quinti, superiores.

β. Dentes molares quinti inferiores.

FIG. VII.

Resecto sinistro latere cartilaginis thyreoideae, reliqua laryngis exhibet cum musculis, qui lateri thyreoideae subjecti sunt, itemque illis, qui in posteriore laryngis parte collocati.

Cartilaginibus litterae minime inscriptae fuerunt, utpote ex Fig. VIII. facile cognoscendis.

a. Cricoarytenoideus posticus, oriens a cartilagine cricoidea, et insertus basi arytenoideae:

b. Cricoarytenoideus lateralis, oriens a superiore margine cartilaginis cricoideae.

c. d. Fasciculus ab interiore eademque superiore parte thyreoideae, non longe a fissura ejus oriens, insertusque basi arytenoideae: *d.* principium, a thyreoidea rescissum.

e. Thyreoarytenoideus; una parte oriens a cartilagine thyreoidea; altera, a ligamento, quo cricoidea et thyreoidea colligatae inter se.

f. g. h. Fibrarum carnearum contextus tenuis, qui a cartilagine

thyreoidea, juxta exteriorem partem originis Thyreoarytenoidei ortus, *f.* adscendit per exteriorem partem Thyreoarytenoidei illius, post *g.* secundum latera glottidis, ad epiglottidem *h.*

i. Depressor epiglottidis.

k. Ligamentum, quo thyreoidea et cricoidea a priori parte colligatae inter se.

l. Arytenoideus obliquus sinister.

m. m. n. - - - - - - - - dexter, *n.* ejus pars, quae secundum glottidis marginem ad epiglottidem procedit: pars altera, inter *n.* et *m.* proxima, se continuat Thyreoarytenoideo.

o. Arytenoideus transversus.

p. Membrana quae lateralem partem glottidis efficit, a capitulo cartilaginis arytenoideae ad superiorem partem epiglottidis porrecta.

FIG. VIII.

Idem est Laryngis cartilaginum contextus, qui figurae VII. in totum autem nudus, remotis musculis et membranis.

a. b. c. Cartilaginis Thyreoideae pars dextra ex interiore parte: *b.* hîc resecta est pars sinistra, quae remota: *c.* processus superior.

d. e. Cartilago Cricoidea: *e.* tuberculum, cui alligatur processus inferior Thyreoideae.

f. g. h. Cartilagines Arytenoideae: *g. h.* basis; *g.* angulus posterior, tuberculi instar eminens; *h.* basis angulus prior, hac parte sinuatus.

i. i. Capitula, cartilaginibus Arytenoideis addita.

k. l. m. n. Epiglottis: *k.* dorsum; *l.* pars concava: *m.* teres corpus instar ligamenti in concava parte Epiglottidis eminens, et *n.* oriens ab interiore parte Thyreoideae, infra ejus fissuram.

FIG. IX.

Remoto pharyngis Constrictore inferiore (Fig. VII.) proximam faciem exhibet. Neque additum caput osseum, sed additi tantum processus styliformes, ut appareret Stylopharyngeorum origo.

a. b. c. Pharyngis Constrictores medii: *b.* mucro superior in quem conveniunt: *c.* mucro inferior. A *b.* ad *c.* fibrae in angulos conveniunt.

d. e. f. Pharyngis Constrictores superiores: *e.* hîc rescissus a Buccinatore: *f.* hac parte a maxilla inferiore oritur.

g. h. i. Pharyngis membrana nuda, *h. h.* hîc sinuata, qua adjacet eminentibus extremis Rectorum internorum majorum capitis: *i. i. i.* hîc rescissa a basi cranii, secundum superiorem partem tubarum Eustachii, foraminumque nasi.

k. k. Levatores palati mollis. Fig. XIII. et XIV. *g. g.*

l. l. Circumflexi palati mollis. Fig. XIV. *n. n.*, et XV. *h. h.*

m. n. Processus styliformes ossium temporum, *n. n.* hîc ad radices suas rescissi.

o. p. q. r. Stylopharyngei: *p.* principium tendineum, oriens a processu styliformi: *q.* pars inferior et eadem major: *r.* pars superior eademque minor.

s. t. u. v. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes a Palatopharyngeo imprimis ortae, atque hîc, a *t.* ad *u.* fibris convenientes inter se; hîc, ab *u.* ad *v.* in posticam partem membranae pharyngis evanescentes; hîc *v.* insertae cartilagini thyreoideae.

w. x. y. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae a Stylopharyngei oriuntur: *x.* earum portio, inserta lateri externo marginis cartilaginis thyreoideae, ad radicem processus superioris: *y.* portio, inserta subsequenti parti marginis usque ad radicem processus inferioris.

z. Pharyngis partis inferioris, eique continuatae partis stomachi, membrana nuda.

A. A. Cornua extrema ossis hyoidis.

B. B. Ligamenta quae a cornubus extremis hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.

C. D. E. F. Cartilago thyreoidea: *C. C.* processus superiores: *D. D.* tubercula, quae in lateribus externis sunt ad radices processuum superiorum: *E. E.* margines postici: *F. F.* processus inferiores.

G. G. Cartilago cricoidea.

H. H. Arteria aspera, truncata.

I. Cricoarytenoideus posticus. In altero latere sinister.

FIG. X.

Remoto pharyngis Constrictore medio, proximam faciem ostendit. Styliformes processus addere necessarium non visum, quod in nona extant.

a. b. c. d. e. f. g. Pharyngis Constrictores superiores: *a.* pars inferior, quae partem superiorem *b.* decussat: *c. d.* pars, quae parte *c.* rescissa est a Buccinatore, parte *d.* oritur a maxilla inferiore: *e. e.* portiones, quae inter Stylopharyngei partem superiorem et inferiorem, et per partis superioris portiones huc procedunt: *f.* mucro superior, in quem dexter sinisterque conveniunt. Ab *f.* ad *g.* ambo fibris suis in angulos conveniunt.

h. Membrana pharyngis nuda, ut Fig. IX. *g. h. h. i. i. i.*

i. i. Levatores palati mollis. Confer Fig. XIII. et XIV. *g. g.*

k. k. Circumflexi palati mollis: Fig. XIV. *n. n.*, et XV. *h. h.*

l. m. n. o. p. Stylopharyngei: *m.* principium tendineum rescissum in *n.* a processu styliformi: *o.* pars superior et eadem minor, quae in duos fasciculos abit, iisque, et utroque quidem separatim, subit Constrictoris superioris fibras: *p.* pars inferior et eadem major.

q. r. s. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae a Stylopharyngeo producuntur: *r.* portio inserta lateri externo marginis cartilaginis thy-

reoideae, ad radicem processus superioris: *s.* portio inserta subsequenti parti marginis usque ad radicem processus inferioris.

t. u. v. w. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae ab *u. v.* fibris suis conveniunt inter se; ab *v. w.* in posticam partem membranae pharyngis evanescunt, et ad *w.* inseruntur cartilagini thyreoideae.

x. Pharyngis partis inferioris, eique continuatae stomachi partis membrana nuda.

y. y. Cornua extrema ossis hyoidis.

z. z. Ligamenta, quae a cornubus extremis hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.

α. β. γ. δ. Cartilago thyreoidea: *α. α.* processus superiores: *β. β.* tubercula, quae sunt in lateribus externis ad radices processuum superiorum: *γ. γ.* margines postici: *δ. δ.* processus inferiores.

ε. ε. Cartilago cricoidea.

ζ. ζ. Arteria aspera, truncata.

η. Cricoarytaenoideus posticus. Sinister quoque indicatus.

FIG. XI.

Remoto pharyngis Constrictore superiore, proxima haec facies est.

a. Membrana pharyngis nuda: Fig. IX. *g. h. h. i. i. i.*

b. b. Levatores palati mollis: Fig. XIII. et XIV. *g. g.*

c. c. Circumflexi palati mollis: Fig. XIV. *n. n.* et XV. *h. h.*

d. d. Hamuli processuum pterygoideorum: Fig. XVI. *p. p.*

e. e. Palatopharyngei.

f. g. h. i. k. Stylopharyngei: *g.* principium tendineum, *h.* hîc rescissum a processu styliformi: *i.* pars superior et eadem minor: *k.* pars inferior et eadem major.

l. m. n. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae a Stylopharyngeo oriuntur: *m.* earum portio, inserta lateri externo marginis cartilagi-

nis thyreoideae, ad radicem processus superioris: *n.* portio, inserta subsequenti parti marginis usque ad radicem processus inferioris.

o. p. q. r. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae a *p.* ad *q.* fibris suis conveniunt inter se, a *q.* ad *r.* in posticam partem membranae pharyngis evanescunt, et ad *r.* inseruntur cartilagini thyreoideae.

s. Membrana nuda pharyngis partis inferioris, eique continuatae stomachi partis.

t. t. Cornua ossis hyoidis extrema.

u. u. Ligamenta, quae ab extremis cornubus ossis hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.

v. w. x. y. Cartilago thyreoidea: *v. v.* processus superiores: *w. w.* tubercula, quae in lateribus externis ad radices processuum superiorum sunt: *x. x.* margines postici: *y. y.* processus inferiores.

z. z. Cartilago cricoidea.

A. Cricoarytaenoideus posticus. Exhibitus etiam sinister.

B. B. Arteria aspera, truncata.

FIG. XII.

Posteriore pharyngis parte, una cum proxima stomachi, per laterum longitudinem rescissa remotaque, exhibentur interiora quae tunc apparent.

a. b. c. Hinc rescissa pharyngis et principii stomachi pars posterior.

d. e. Tubae Eustachianae eminentes: *e. e.* ostia, quibus ad latera narium foraminum posticorum patent.

f. Septum narium.

g. g. Cava narium; in iisque *h. h.* ossa spongiosa inferiora, tecta membrana mucipara.

i. k. l. Palatum molle cum uvula: *k.* hîc uvulae corpus eminet: *l.* uvulae propendens pars.

m. m. Arcus posteriores, qui se a palati mollis lateribus per pharyngis latera demittunt.
n. n. Tonsillae ultra arcus posteriores prominentes.
o. p. Lingua: *p.* fossula media, cui uvula incumbit.
q. Epiglottis.
r. r. Latera membranacea glottidis.
s. s. Hîc eminent capitula, quae cartilaginibus arytaenoideis insident.
Intra *q. r. r. s. s.* Glottis.
f. Rimula glottidis.
t. Quod vocatur ligamentum laterale epiglottidis, ubi sub membrana vestiente pars communis extremi Stylopharyngei et Palatopharyngei pertinet ad latus epiglottidis.
u. u. Concava, quae sunt a lateribus fistulae laryngis, inter eam et cartilaginem thyreoideam.
v. Fistulae laryngis pars posterior, intra pharyngem eminens.
w. w. Levatores palati mollis: Fig. XIII. et XIV. *g. g.*
x. x. Circumflexi palati mollis: Fig. XIV. *n. n.* et XV. *h. h.*
y. y. Hamuli processuum pterygoideorum: Fig. XVI. *p. p.*
z. z. Palatopharyngei, truncti.
$\alpha.\beta.\gamma.\delta.\varepsilon.$ Stylopharyngei: β. principium tendineum, γ. hîc rescissum a processu styliformi: δ. pars inferior et eadem major: ε. pars superior et minor.
$\zeta.\ \zeta.$ Extrema cornua ossis hyoidis.
$\eta.\ \eta.$ Ligamenta, quae ab extremis cornubus hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.
$\theta.\ \iota.\ \varkappa.$ Cartilago thyreoidea: $\theta.\ \theta.$ processus superiores: $\iota.\ \iota.$ tubercula, quae sunt in lateribus externis ad radices processuum superiorum: $\varkappa.\ \varkappa.$ processus inferiores.
$\lambda.\ \lambda.$ Cartilago cricoidea.
$\mu.\ \mu.$ Arteria aspera, truncata.

FIG. XIII.

Remota maximam partem membrana, qua obteguntur interiora illa, quae in Fig. XII. expressa sunt, illa ostendit, quae mox sub membrana ipsa occurrunt.

a. a. Hinc rescissa pharyngis pars posterior.

b. c. Tubae Eustachianae, adhuc tectae membrana, quae interiora faucium efficit, aut vestit: *c. c.* ostia, quibus ad latera narium foraminum posticorum pertinent.

d. Narium concava.

e. Ossa spongiosa inferiora, tecta membrana mucipara.

f. Septum narium.

g. h. i. Levatores palati mollis: *h.* principii pars tendinea: *i.* pars inferior, separatum lacertum efficiens.

k. k. Circumflexi palati mollis: Fig. XV. *h. h.*

l. l. Hamuli processuum pterygoideorum: Fig. XVI. *p. p.*

m. Azygus uvulae, a principio implicatus extremis tendineis Levatorum palati mollis, et membranae tendinosae, quae e naribus veniens, procedit per superiora palati mollis, *m.* Fig. XIV.

n. o. p. Palatopharyngei: *n.* pars quae per palatum molle incedit supra Levatorem palati illius, *o.* hîc exeuns ex membrana tendinosa, quae e naribus veniens, procedit per superiora palati mollis, *m.* Fig. XIV.: *p.* pars, quae deinde procedit sub Levatore palati.

q. q. Salpingopharyngei, ad Palatopharyngeos sese adjungentes.

r. s. t. u. v. Stylopharyngei: *s.* principium tendineum, *t.* hîc rescissum a processu styliformi: *u.* pars Stylopharyngei superior eademque minor: *v.* pars inferior eademque major.

w. w. Communium extremorum Palatopharyngei, Salpingopharyngei, et Stylopharyngei partes, quae se per latera pharyngis demittunt, eminentque intra eam, faciuntque arcus posteriores, qui per latera faucium a palato molli descendunt.

$x. y.$ Communium extremorum Stylopharyngei, et Palatopharyngei partes a Stylopharyngeis productae: quarum haec $x.$ pars decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad marginem epiglottidis lateralem; $y.$ haec inserta margini superiori cartilaginis thyreoideae, inter processum ejus superiorem et epiglottidem.

$z.$ Palati mollis margines postici.

$\alpha.$ Uvula.

$\beta.$ Tonsillae, qua ultra Palatopharyngeos eminent.

$\gamma.$ Lingua.

$\delta.$ Epiglottis.

$\varepsilon.$ Glottidis latera membranacea.

$\zeta.$ Capitula cartilaginibus arytaenoideis addita.

$\eta. \eta.$ Arytaenoidei obliqui, qui in duos fines abeunt; superiorem, per glottidis latera membranacea decurrentem ad epiglottidem: inferiorem, continuantem se Thyreoarytaenoideo.

$\theta. \theta.$ Arytaenoideus transversus.

$\iota. \varkappa.$ Cricoarytaenoidei postici, $\varkappa. \varkappa.$ orientes a cartilagine cricoidea.

$\lambda.$ Cartilago cricoidea.

$\mu. \mu.$ Cartilago thyreoidea.

$\nu. \nu.$ Ligamenta, quae ab extremis cornubus ossis hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.

$\xi.$ Cornua extrema ossis hyoidis.

FIG. XIV.

Remotis Salpingopharyngeis, Azygo uvulae, Palatopharyngei partibus, quae supra Levatorum palati mollis extrema decurrunt; membrana, quae latera glottidis inter cartilagines arytaenoideas et epiglottidem efficit; Arytaenoideis obliquis, et transverso; Cricoarytaenoideis posticis; proximam haec Figura faciem exhibet.

a. a. Hinc rescissa pharyngis pars posterior.

b. c. Tubae Eustachianae, adhuc tectae membrana, quae interiora faucium efficit, aut vestit: *c.c.* ostia, quibus ad latera narium foraminum posticorum pertinent.

d. d. Narium concava.

e. e. Ossa spongiosa inferiora, tecta membrana mucipara.

f. Septum narium.

g.h.i.k.l. Levatores palati mollis: *h.* principii pars tendinea: *i.* portio, quae se fine tendineo tenui innectit membranae tendinosae, quae incedit per superiora palati mollis, veniens e naribus: *k.* hîc dexter sinisterque se continuat inter se: *l.* pars inferior, separatum lacertum efficiens.

m. Membrana tendinosa, quae incedit per superiora palati mollis, veniens e naribus.

n. n. Circumflexi palati mollis: Fig. XV. *h. h.* et XVI. *i. f.*

o. o. Hamuli processuum pterygoideorum: Fig. XVI. *p. p.*

p.q. r.s.t. Stylopharyngei: *q.* principium tendineum, *r.* hîc rescissum a processu styliformi: *s.* pars superior eademque minor, *t.* inferior eademque major.

Ab *u.* ad *v.* Rescissae communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes, quae per posteriorem partem membranae pharyngis decurrunt.

w. Palatopharyngei pars, quae per palatum molle incedit sub extremis Levatoris palati illius. Remotae partes eorum, quae incedunt supra extrema illa modo dicta, *n. n.* Fig. XIII.

x. x. Communium extremorum Palatopharyngei, Salpingopharyngei, et Stylopharyngei partes, quae se per latera pharyngis demittunt, eminentque intra eam, ac faciunt arcus posteriores, qui per latera faucium a palato molli descendunt.

y. z. Communium extremorum Stylopharyngei et Palatopharyngei partes a Stylopharyngeis productae: quarum haec *y.* pars decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad lateralem epiglottidis marginem; *z.* haec inserta margini superiori cartilaginis thyreoideae, in-

ter processum ejus superiorem et epiglottidem.

$\alpha. \alpha.$ Palati mollis margines postici.

$\beta.$ Uvula.

$\gamma. \gamma.$ Tonsillae.

$\delta.$ Lingua.

$\varepsilon. \zeta.$ Epiglottis: $\zeta.$ corpus teres instar ligamenti.

$\eta. \eta.$ Capitula cartilaginibus arytaenoideis addita.

$\theta. \theta.$ Cartilagines arytaenoideae.

$\iota. \varkappa.$ Cartilago cricoidea: $\varkappa. \varkappa.$ superficies, a quibus oriuntur Cricoarytaenoidei postici.

$\lambda. \mu.$ Cartilago thyreoidea: $\lambda.$ pars interior.

$\nu. \nu.$ Ligamenta, quae ab extremis cornubus ossis hyoidis pertinent ad processus superiores cartilaginis thyreoideae.

$\xi. \xi.$ Extrema cornua ossis hyoidis.

FIG. XV.

Sequens in hac facies, postquam remoti Levatores palati mollis, et cartilago cricoidea cum arytaenoideis, et quae eis insident additamentis.

a. a. Hinc rescissa pharyngis pars posterior.

b. c. d. Tubae Eustachianae, *b.* hîc adhuc tectae membrana, quae interiora faucium efficit, aut vestit: *c.* hîc nudae, qua parte adjacebant Levatores palati mollis: *d. d.* ostia, quibus ad latera narium foraminum posticorum pertinent.

e. e. Ossa spongiosa inferiora, tecta membrana mucipara.

f. f. Narium concava.

g. Septum narium.

h. i. k. Circumflexi palati mollis: *i.* tendo, in quem abit: *k.* pars tendinea principii.

l. Paries externus processus pterygoidei: qui etiam in parte sinistra: *m.m.* hamuli processuum illorum: Fig. XVI. *p. p.*

n. Aponeurosis Circumflexi: Fig. XVI. *m. m. n.*

o. o. Constrictorum pharyngis superiorum partes, quae oriuntur ab aponeurosibus Circumflexorum palati mollis, truncatae.

p. q. r. Palatopharyngei partes, quae per palatum molle incedunt sub extremis Levatorum palati illius: *q. q. q.* hîc exeunt ex aponeurosibus Circumflexorum: *r.* hîc se continuant inter se.

Ab *s.* ad *s.* Vide Fig. XIV. ab *u.* ad *v.*

t. t. Vide Fig. XIV. *x. x.*

v. w. Communium extremorum Stylopharyngei, et Palatopharyngei partes a Stylopharyngeis productae: quarum haec *v.* pars decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad marginem epiglottidis lateralem; *w.* haec inserta margini superiori cartilaginis thyreoideae, inter processum ejus superiorem et epiglottidem.

x. y. z. α. β. Stylopharyngei. Vide Fig. XIV. *p. q. r. s. t.*

γ. Uvula.

δ. δ. Margines postici palati mollis.

ε. ε. Tonsillae.

ζ. Lingua.

η. θ. ι. Epiglottis: *θ.* corpus teres instar ligamenti: *ι.* origo ab interiore parte cartilaginis thyreoideae.

κ. λ. μ. ν. ξ. Cartilago thyreoidea: *κ.* latera interna: *λ.* tuberculum inaequabile: *μ.* processus inferiores: *ν.* processus superiores: *ξ.* tubercula, quae in lateribus externis ad radices processuum superiorum sunt.

o. o. Vide Fig. XIV. *v. v.*

π. π. Cornua extrema ossis hyoidis.

FIG. XVI.

Haec post superiorem partem proxime praecedentis sequitur, remotis portionibus Constrictorum pharyngis superiorum, proximisque partibus Palatopharyngeorum.

a. a. Hinc rescissa pharyngis pars posterior.

b. c. d. Fig. XV. *b. c. d.*

e. e. Ossa spongiosa inferiora, vestita membrana mucipara.

f. f. g. Fig. XV. *f. g.*

h. h. Hinc resecta membrana, quae narium concavum ex interiore parte vestit.

i. k. l. m. n. Circumflexi palati mollis: *k.* principii pars tendinea: *l.* tendo: *m.* aponeurosis ad posticum marginem palati ossei pertinens: *n.* hîc aponeuroses conjunctae inter se.

o. p. Parietes externi processuum pterygoideorum: *p. p.* hamuli.

FIG. XVII.

Rictum oris, faucesque exhibet, ad ostendendos musculos, qui, remota membrana vestiente, ad palatum molle ab hac parte apparent pertinere.

a. a. Gingivae.

b. b. Tonsillae.

c. c. Margines postici palati mollis: inter quos uvula.

d. d. Fauces.

e. Lingua.

f. g. h. i. Constrictores isthmi faucium: *f.* hac parte a lingua ad palatum ante tonsillas procedunt; *g.* hac per palatum molle: *h.* hîc conveniunt inter se, subtilibus praeterea portionibus in uvulam excurrentes, *i.*

k. l. Palatopharyngei partes, quae per palatum molle decurrunt supra Constrictores modo dictos, sub Levatoribus palati mollis.

TABULA LXII.

Ex eodem Opere, et ex *Descript. Anat. oculi humani I. G. Zinn.*

Sequentibus Tabulis singuli musculi separatim exhibiti sunt, una cum ossibus quibus affixi adjectique. Omnia duplo majora, quam in Tabulis Syntaxeos LII.-LX. eodem autem positu, et in quantum in iis extant, plane eadem: paucis exceptis, ad quae positus alius requirebatur, aut naturalis etiam magnitudo: de quibus suis in locis monitum.

FIGURA I.

Occipitalis cum Frontali, Attollens auriculam et Retrahentes.

a. b. b. c. d. e. e. *Occipitalis* (1): *a.* principium tendineum, oriens ab osse occipitis *b. b.* et temporis: *c.* pars carnea: *d. e. e.* Aponeurosis, in quam abit caro: *e. e.* hîc Temporalis, qui subjacet, eam aponeurosim attollit.

In Syntaxi, Tab. LVI. *a. b. c. d. d.* in capite: et Tab. LX. *a. b. c. d.* in capite.

f. *Frontalis* (2).

In Syntaxi, Tab. LVI. *h.* in capite. Vide Fig. II. *a. a. b.* etc.

g. h. *Attollens Auriculam* (3): *g.* principium tendineum, tenuibus sparsisque filis sensim abscedens ab Epicranio, rotundi ambitus initio: *h.* pars carnea, auriculam subeuns.

(1) Occipito-frontalis; supercilium trahens; occipitii musculi. *Douglas, Columbus, Falloppius.*

(2) Musculosa frontis cutem movens substantia; musculus frontis; fronto-superciliaris. *Vesalius, Falloppius, Dumas.*

(3) Portio musculi Frontalis supra Crotaphitam ad aurem producti; superior auriculae; *temporo-conchinien. Riolanus, Valsalva, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LVI. *f. g.* in capite, et Tab. LX. *g. h.* in capite. Adde Fig. II. *o. p. p. q.* et Fig. XIV. *a. b. c. c.*

i. k. l. *Retrahentes* (1), auriculam subeuntes: *i.* Superior, *k.* medius, principio tendineo orientes ab osse occipitis: *l.* Inferior, pariter ab osse occipitis oriens.

In Syntaxi, Tab. LVI. *m. n. o.* in capite, et Tab. LX. *k. l.* in capite. Adde Fig. XIV. *h.i.k.l.m.*

FIG. II.

Frontales cum Compressoribus narium. Auriculae Attollens, et Anterior.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k. *Frontales*: *a.a.* Frontalium aponeurosis, qua cum Occipitalibus conjuncti: *b. b.* partes carneae, ovato mucrone incipientes, et circa superiorem eamdemque mediam frontis partem se conjungentes in unum *c. d.* pars per glabellam excurrens, porroque per dorsum nasi, ubi ad postremum in tenuem abit aponeurosim, quae confluit cum simili tenuitate Compressorum narium; quibus parte *e.* implicata, *f.* continuata: *g.* portio, quae accedit ad exteriorem partem principii Levatoris labii superioris alaeque nasi, a quo rescissa: *h.* mucro, qui se ossi frontis in angulo majore oculi inserit, mox supra ligamentum, quo angulus major oculi alligatus ossi maxillari superiori (Fig. III. *n.*): *i* hîc fibrae se ex latere secundum supercilium flectunt ad angulum majorem: *k.* hac parte ad Orbicularem palpebrarum desinit.

In Syntaxi, Tab. LII. *a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l.* in capite.

l. m. n. n. *Compressores narium* (2): *l.* principium, oriens ab exteriore parte radicis alae nasi: *m.* hîc se in membranae spe-

(1) Auris musculus a mammillari processu proficiscens; proprius auris externae; posteriores auriculae; postici corrugatores seu occipitales minores; *masteideo - conchinien. Columbus, Riolanus, Valsalva, Santorini, Dumas.*

(2) Parvus nasi musculus; elevator alae nasi; transversus; inferior; maxillo-nasalis. *Casser, Cowper, Santorini, Winslow, Dumas.*

ciem extenuat, quae se cum simili membranaceo frontalium extremo conjungit *f.*, implicatque *e.*, ac fasciculis subtilibus dorsum nasi conscendit, donec eos dexter sinisterque commisceant, *n. n.*

In Syntaxi, Tab. LII. *t. u.* in capite, ubi ex parte tectus Levatore labii superioris alaeque nasi *x. y.*

o. *p. p. q.* *Attollens auriculam*: *o.* principium tendineum, *p. p.* tenuibus sparsisque filis sensim abscedens ab Epicranio: *q.* pars carnea, auriculam subeuns.

In Syntaxi, Tab. LII. Γ. Δ. in capite. Adde Fig. I. *g. h.* et Fig. XIV. *a. b. c. c.*

r. r. s. *Anterior auriculae*: *r. r.* principium tendineum, quod tenuibus sparsisque filis nascitur ex Epicranio, supra zygoma fere medium: *s.* pars carnea, auriculam subeuns.

In Syntaxi, Tab. LII. *Z.* in capite: Tab. LVI. *k.* in capite, et Tab. LX. *i.* in capite. Adde Fig. XIV. *e. f. g.*

t. Aponeurosis Occipitalis. *In Syntaxi*, Tab. LII. *a.*

FIG. III.

Orbicularis palpebrarum cum Corrugatore supercilii.

a. *Corrugator supercilii* (1), accedens ad superiorem et interiorem Orbicularis partem: *b.* Origo ejus ab osse frontis, in glabella et capite supercilii; principio uno, latiore.

In Syntaxi, Tab. LIII. *a. b.* in capite.

c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. *Orbicularis palpebrarum* (2): *c.* Principii superioris pars crassior, qua oritur tum ab osse frontis, statim supra priorem partem ossis unguis; tum a vicina parte ossis maxillaris superioris: *d.* Principii inferioris

(1) Supercilii musculus; musculus frontalis verus; superciliaris; cutaneus-superciliaris. *Fabricius, Douglas, Winslow, Dumas.*

(2) Duo palpebrarum musculi; palpebrarum primus; exterior; palpebrae musculus major; orbicularis latus; claudens palpebras; sphincter; orbicularis oculi; maxillo-palpebralis. *Vesalius, Columbus, Falloppius, Casserius, Riolanus, Spigelius, Molinettus, Santorinus, Dumas.*

pars crassior, qua in cantho majore oritur ab inferiore parte ligamenti *n.*: *e.f.g.* pars crassior ambitum oculi tenens, hoc est *e.* supercilium, *f.* magnam genae partem, et *g.* quod ab angulo minore usque in tempus est: *h.* pars tenuior principii superioris, qua oritur a superiore parte ligamenti *n.*: *i.* pars tenuior principii inferioris, oriens a parte inferiore ligamenti: *k. l.* partes tenuiores, quibus palpebrae obductae, et quae conveniunt in *m.*

In Syntaxi, Tab. LII. *m.m.n.o.o.p.q.r.* in capite.

n. Ligamentum quod ab osse maxillari superiore, e regione commissurae palpebrarum in cantho majore, ex transverso ad commissuram illam deductum.

In Syntaxi, Tab. LII. *s.* in capite: Tab. LIII. *g.* in capite.

o. Os frontis. Tab. IV.

p. Processus nasalis ossis maxillaris superioris. Tab. IV.

FIG. IV.

Ciliaris.

a. Pars quae marginem palpebrae superioris tenet, oriens *b.* a ligamento *f.*

c. Pars marginem tenens palpebrae inferioris, oriens *d.* a ligamento *f.*

e. Duae illae partes canthum minorem circumeunt continuae. *In Syntaxi,* Tab. LIII. *h. h.* in capite.

f. Vide *n.* Fig. III.

FIG. V.

Depressor alae nasi (1).

a. a. b. Principium quo oritur ab osse maxillari superiore, ex-

(1) Constrictor alae nasi ac Depressor labii superioris; Depressor labii superioris proprius; Constrictor alae nasi; musculus labii superioris arctandis naribus com-

trinsecus ubi gingiva, ab alveolis dentium incisorum *a. a.*, et canini *b.*

c. c. Hîc se inserit circum alae radicem: *d.* hîc subtus se inserit, a septo nasi secundum foramen nasi, quâ is cum labio cohaeret, usque ad alam.

In Syntaxi, Tab. LIV. *l. m.* in capite, Tab. LIII. *F.* in capite.

FIG. VI.

Depressor labii inferioris (1).

a. Origo ab exteriore parte maxillae inferioris, paullo supra imum ejus marginem a latere menti.

b. b. Extrema quae pertinent ad totam prope longitudinem labii inferioris, desinentia ubi labium incipit esse rubrum.

c. Hîc se decussant.

Fig. XIII. *m. f. In Syntaxi*, Tab. LIII. *K. K. L. M.* in capite, Tab. LII. *M. M. N.* in capite.

d. e. Orbicularis oris pars quae est in rubro margine labiorum.

FIG. VII.

Levator labii superioris alaeque nasi: Levator labii superioris: portio ab Orbiculari palpebrarum accedens ad labium superius: Zygomaticus minor et major: Depressor anguli oris: Nasalis labii superioris: Orbicularis oris.

a. b. c. Levator labii superioris alaeque nasi (2): *a.* Origo a proces-

munis; myrtiformis seu pinnarum dilatator proprius; incisivus medius; Rhomboideus; maxillo-alveolo-nasalis. *Cowper, Douglas, Cowper, Santorini, idem, Winslow, Santorini, Dumas.*

(1) Quadratus; mentonier labial. *Winslow, Dumas.*

(2) Musculus supercilii musculo junctus superiori labio insertus; retractor alae nasi et elevator labii superioris; pars elevatoris labii superioris proprii; dilatator alae nasi; pyramidalis; portio major incisivi lateralis; musculus obliquus; maxillo-labii-nasalis. *Casser, Cowper, Douglas, Cowper, Santorini, Winslow, idem, Dumas.*

su nasali ossis maxillaris superioris juxta canthum majorem oculi, principio tendinoso: *b.* Extremum, quod per labium superius juxta nasi latus decurrit, per priora Nasalis labii superioris sensim extenuatum, perque labium evanescens: *c.* portio tenuis, quam per pingue lateris nasi demittit ad alam: *d.* portio quae ad exteriorem ejus partem accedit a Frontali, Fig. II. *g.* a quo rescissa.

In Syntaxi, Tab. LII. *w. x. y.* in capite.

e. e. f. *Levator labii superioris* (1): *e. e.* principium simplex, in gena supra foramen, quod est infra orbem osseum oculi: *f.* extremum, quod per labium superius super Orbicularis oris partem excurrens quae efficitur a Nasali labii superioris.

In Syntaxi, Tab. LII. *z. A.* in capite.

g. h. *Portio ab Orbiculari palpebrarum accedens ad labium superius*: *g.* Hîc resecta ab Orbiculari: *h.* extremum, quod se mox ab altera parte adjungit ad Levatorem labii superioris: ab altera ad Zygomaticum minorem, et cum iis se per labium superius extenuat.

In Syntaxi, Tab. LII. *B.* in capite.

i. k. *Zygomaticus minor* (2): *i.* ortus a priori parte lateris externi ossis jugalis, aliquanto infra mediam lateris illius altitudinem: *k.* extremum extenuatum, quo per labium superius supra Orbicularem oris excurrit.

In Syntaxi, Tab. LII. *C.* in capite.

l. m. n. *Zygomaticus major* (3): *l.* origo ab externo latere ossis jugalis, paullo supra ejus marginem inferiorem: *m.* hîc abit in Depressorem anguli oris: *n.* subtiles fasciculi qui primum per exteriora Depressoris anguli, dein per exteriora Depressoris labii inferioris excurrunt.

Fig. X. *a. b. c. d. e.* *In Syntaxi*, Tab. LII. *E. F. G.* in capite.

(1) Portio alia incisivi lateralis; orbito-maxilli-labialis. *Winslow*, *Dumas*.

(2) *The shortest fleshy stip*; zygomato-labialis parvus. *Douglas*, *Dumas*.

(3) Primum par, sive attollens labium superius; corrugatoris seu protrusoris ordo exterior; zygomato-labialis magnus. *Spigelius*, *Santorini*, *Dumas*.

o. o. m. *Depressor anguli oris* (1): *o. o.* origo ab exteriore parte imi marginis maxillae inferioris, a latere menti: *m.* extremo suo se ab exteriore parte continuat Zygomatico majori.

Fig. VIII. *a.b.c.* Fig. IX. *e.f.g.* Fig. X. *f.g.h.i.* *In Syntaxi,* Tab. LII. *Q.R.R.S.* in capite.

p. Subtiles fasciculi, a Depressore anguli velut abludentes, unaque cum similibus Zygomatici majoris *n.*, per exteriora Depressoris labii inferioris excurrentes.

In Syntaxi, Tab. LII. *L.* in capite.

q. r. *Nasalis labii superioris* (2) qui pro capite ad Orbicularem oris accedente haberi potest: *q.* principium oriens in globo nasi ab apice cartilaginis; indeque secundum marginem septi, ex ejus involucris, usque qua labium septo continuatum: *r.* hîc se ad Orbicularem oris adjungit.

Fig. VIII. *f.* *In Syntaxi,* Tab. LIII. *G.* in capite, Tab. LII. *H.* in capite.

s. t. *Orbicularis oris* (3): *t.* pars, quae est in rubro margine labiorum.

Fig. VIII. *g.h.i.i.* Fig. IX. *h.i.* Fig. X. *m.o.* Fig. XI. *f.g.h.i. k.l.* *In Syntaxi,* Tab. LII. *I.K.K.* in capite.

u. *Depressor labii inferioris,* hîc magnam partem tectus Depressore anguli oris, ut *in Syntaxi,* Tab. LII. *M.N.* tectus *Q.L.* in capite. Vide Fig. VI. *a.a.b.c.*

FIG. VIII.

Zygomaticus major; Depressor anguli oris; Levator anguli; Nasalis labii superioris; Orbicularis oris.

k. l. m. *Zygomaticus major:* *l.* hîc resecta pars exterior, quae se

(1) Labium superius deorsum movens; depressor labiorum; triangularis; sub-maxillo-labialis. *Laurenti, Cowper, Winslow, Dumas.*

(2) Elevator labii superioris proprius; tertius fibrarum ordo; naso-labialis. *Cowper, Santorini, Dumas.*

(3) Constringens; Constrictor labiorum; Sphincter labiorum; semi-orbicularis; labialis. *Spigelius, Cowper, Douglas, Winslow, Dumas.*

continuat Depressori anguli et excurrit per labium inferius, Fig. VII. *m.o.*: *m.* pars tenuis, quae decurrit pone continuationem Depressoris Levatorisque anguli oris. Fig. X. *c.*

a. b. *Depressor anguli oris*: *b.* hîc resecta pars exterior, quae se continuat Zygomatico majori. Fig. VII. *o.o.m.*: *c.* pars quae abit in Nasalem labii superioris et in exteriorem partem Orbicularis oris. Fig. IX. *e.f.g.* et Fig X. *f.g.h.i.*

d. d. e. *Levator anguli oris* (1): *d.d.* origo e fossula, quae in priori parte ossis maxillaris superioris inter dentes molares primos et foramen, quod est infra osseum orbem oculi: *e.* hac parte se continuat Depressori anguli.

Fig. IX. *a. b. c. d.* *In Syntaxi*, Tab. LIII. *B. C.* in capite, Tab. LI. *D. D.* in capite.

f. *Nasalis labii superioris* nudus, qui se ad Orbicularem oris adjungit in labio superiore, continuatque Depressori anguli oris *c.* Fig. VII. *q.r.* *In Syntaxi*, Tab. LIII. *G.* in capite.

g. h. i. i. *Orbicularis oris*: *g.* pars quae est in labio superiore: *h.* pars quae in labio inferiore: *i. i.* partes quae sunt in rubro margine labiorum.

Fig. IX. *h. i.* Fig. X. *m. o.* Fig. XI. *f. h. i. k. l.* *In Syntaxi*, Tab. LIII. *H. I. I.* in capite, Tab. LII. *I. K. K.* in capite.

FIG. IX.

Levator anguli oris; Depressor anguli; Orbicularis oris.

a. b. c. d. *Levator anguli oris*: *a. b.* quodammodo biceps a principio: *c.* pars ejus quae se continuat interiori parti Depressoris anguli oris: *d.* pars quae accedit ad exteriorem partem Orbicularis, qua is se flectit per labium inferius. Fig. VIII. *d. d. e.*

(1) Elevator labiorum communis; caninus; super-maxillo-labialis. *Douglas*, *Winslow*, *Dumas*.

e. *Depressor anguli oris: f.* Hinc resecta pars exterior, quae ex parte se continuat Zygomatico majori Fig. VII. *m.*, Fig. VIII. *b.*; ex parte accedit ad Orbicularem oris Fig. VIII. *c.*: *g.* pars interior, quae Levatori anguli oris continuata. Fig. VII. *o. o. m.*

h. i. *Orbicularis oris: h.* pars quae est in labio inferiore: hîc continuatio Levatorum angulorum oris *d.*: *i.* pars quae in labio superiore, Fig. VIII. *g. h. i. i.*

k. *Nasalis labii superioris.* Fig. VIII. *f.*

l. Hîc Orbicularis oris truncatus est, remotaque pars illa, quae Levatorem anguli oris tegit in Fig. VIII.

m. *Zygomaticus major* ut Fig. VIII. *k. l. m.*

FIG. X.

Zygomaticus major; Depressor anguli oris; Orbicularis oris; Buccinator.

a.b.c.d.e. *Zygomaticus major: b.* hîc resecta pars exterior ut *l.* Fig. VIII.: *c.* pars tenuis, quae decurrit ut *m.* Fig. VIII. eaque deinde *d.* se potissimum adjungit exteriori parti Buccinatoris, et cum eo pergit ad Orbicularem oris, efficiens partem ejus in labio superiore: praetereaque *e.* aliqua parte se deorsum curvat, continuatque interiori parti Depressoris anguli oris.

f. g. h. i. *Depressor anguli oris: g.* hinc, ut Fig. IX. *f.* resecta pars exterior: *h.* hîc resecta pars interior quae continuata Levatori, ut *g.* Fig. IX.: *i.* pars quae ad interiorem partem Orbicularis oris in labio superiore accedit.

k. k. *Buccinator* (1). Vide Fig. XI.

l. Nasalis labii superioris: *k.* Fig. IX.

m. Orbicularis oris pars quae est in labio superiore: *i.* Fig. IX. *n.* hîc truncata ut *l.* Fig. IX.

o. Orbicularis oris pars quae est in labio inferiore, *h.* Fig. IX.

(1) Musculus buccae; contrahens communis buccarum labiorumque; alveolo-maxillaris. *Columbus*, *Spigelius*, *Dumas*.

p. Hîc truncata ubi ad eam extrinsecus accedit pars Levatoris anguli, *d.* Fig. IX.

FIG. XI.

Buccinator. Orbicularis oris.

a.b.c.d.e. *Buccinator:* *b.* pars, quae abit in Orbicularis oris partem, quae est in labio superiore: *c.* pars quae abit in ejusdem Orbicularis partem, quae est in labio inferiore: *d.* Buccinatoris fasciculus qui ad labium superius procedit: *e.* hac parte Buccinator se continuat portioni *k. l.* Vide Fig. X. *k. k.* et Tab. LXIV. Fig. V. *In Syntaxi*, Tab. LIV. *v.w.x.y.z.* in capite; Tab. LIII. *z.* in capite; Tab. LII. *T.* in capite.

f. g. h. i. *Orbicularis oris:* *f.* pars quae est in labio superiore: *g.* hîc resectus Depressor anguli oris, quâ abit in exteriorem partem Orbicularis, *c.* Fig. VIII.: *h.* pars, quae est in labio inferiore: *i* hîc subit fasciculum *d.* et continuatur Buccinatori; extrinsecus autem accipit partem Levatoris anguli *d.* Fig. IX. hîc remotam.

k. l. Portio quae ad Orbicularem oris accedit a maxilla inferiore: *k.* origo infra eminentem alveolum dentis canini: *l.* hinc se continuat Buccinatori. Fig. VIII. *g. h. i. i. f.*, Fig. IX. *h. i. d. k.*, Fig. X. *m. o. i. l.* *In Syntaxi*, Tab. LIV. *t. u.* in capite.

FIG. XII.

Levatores menti (1).

a. Principium oriens a priori parte maxillae inferioris, mox infra marginem ejus superiorem, ab alveolo incisoris lateralis, ab eoque ab altera parte usque ad alveolum

(1) Elevator labii inferioris; incisivus inferior; *sous-maxillo-cutané*. *Cowper*, *Winslow*, *Dumas*.

incisoris medii, ab altera usque ad canini alveolum: *b.* hîc se mutuo curvati se in mento commiscent, partimque continuant: *c.* fasciculi, quos pingui menti immiscent.

In Syntaxi, Tab. LIV. *β.β.γ.δ.* in capite; Tab. LIII. *N.O.* in capite; Tab. LII. *O. P.* in capite.

FIG. XIII.

Latissimus colli cum Depressore labii inferioris.

a.-l. *Latissimus colli* (1): *a.a.a.* principium e tenuibus sparsisque fasciculis, quo in pectore infra claviculam et in humero incipit: *b.b.b.* fasciculi, qui in quibusdam hominibus in latere colli accedunt: *c.c.* fasciculi, quibus in mala evanescentibus desinit: *d.* fasciculus, qui per exteriorem partem Depressoris anguli oris porrectus angulum illum versus: *e.e.* pars tenuis, quae subit Depressorem anguli oris, cum eoque decurrit et se conjungit: *f.* hîc portionem dat Depressori labii inferioris: *g. g.* hîc se maxillae inserit, infra ortum Depressoris anguli oris: *h. h.* hîc maxilla, quam conscendit, eminet: *i. k.* hîc eminent, *i.* Sternomastoideus, *k.* Cleidomastoideus, quos vestit: *l. l.* hîc clavicula eminet.

In Syntaxi, Tab. LII. Ω. in collo.

m. *Depressor labii inferioris.* Vide Fig. VI. *a. a. b. c.*

n. - - - - *anguli oris* truncatus.

FIG. XIV.

Auriculae Attollens, Anterior, Retrahentes ex interiore parte.

a. b. c. c. *Attollens*: *a.* principium tendineum tenue: *b.* pars carnea:

(1) Musculus auriculae et utrique labro communis; musculus latus; detrahens quadratus; quadratus genae seu tetragonus; platisma-myoides; *peaucier;* pars ex mala nascens risorius novus; *thoraco-maxilli-facial. Casserius, Riolanus, Spigelius, Cowper, Santorini, Winslow, Santorini, Dumas.*

c. c. extremi tendinei insertio, superiori et priori parti eminentiae, quae in dorso cartilaginis auriculae est, quâ extrinsecus cavum illud, quod medium est inter crura anthelicis. Fig. I. *g. h.* Fig. II. *o. p. p. q.*

d. Eminentia, quae est in dorso cartilaginis auriculae.

e. f. g. *Anterior: e.* principium tendineum: *f.* pars carnea abeuns in extremum tendineum, quod insertum dorso *g.* helicis eminentiae illius, quae concham distinguit. Fig. II. *r. r. s.*

h. i. k. l. m. *Retrahentes: h.* principium tendineum Retrahentis superioris: *i.* idem principium Retrah. medii: *k.* venter carneus communis superioris et medii, qui abit in extremum tendineum, insertum inferiori parti dorsi *l.* superioris auriculae cavi, quod in concha ab helicis eminentia distinguitur ab inferiore: *m* Retrahentium inferior, insertus dorso *n.* inferioris cavi. Fig. I. *i. k. l.*

FIG. XV.

Helicis major et minor, Tragicus, Antitragicus.

a. b. *Helicis major* (1), principio tendineo oriens a parte superiore exterioris partis acuti helicis processus *a. b.* extremo helici extrinsecus insertus.

In Syntaxi, Tab. LII. Θ. in capite, et Tab. LX. *n.* in capite.

c. *Helicis minor* (2), helici *d. e.* extrinsecus adjacens.

In Syntaxi, Tab. LII. Ξ. in capite, et Tab. LX. *o.* in capite.

f. *Tragicus* (3), oriens e media exteriore parte cartilaginis conchae *g.*, juxta tragum, et desinens ad superiorem partem tragi et vicinam conchae.

In Syntaxi, Tab. LII. Λ. in capite, et Tab. LX. *p.* in capite.

h. k. k. *Antitragicus* (4), oriens *h.* ab exteriore parte cartilaginis

(1) Helicis musculus; helix. *Santorini, Dumas.*

(2) Fibrae musculares in plana helicis facie; *concho - hélicis. Santorini, Dumas.*

(3) Musculus tragi; *concho - tragique. Valsalva, Dumas.*

(4) Musculus antitragi; *antheli - tragique. Valsalva, Dumas.*

antitragi *i.* quâ ille maxime eminet: *k. k.* extremo tendineo insertus margini conchae *l.* in ipso angulo incisurae, quam habet auriculae cartilago pone antitragum ad imum helicis.

In Syntaxi, Tab. LII. Π. in capite, et Tab. LX. *q.* in capite.

FIG. XVI.

Transversus auriculae (1).

a.b.c.c.d. Pars ad anthelicem pertinens, cujus partis fibrae longiores sunt: *a. b.* principio tendineo oritur a posteriore parte dorsi *a. b.* cavi superioris conchae: *c. c.* extremo tendineo inserto cavo anthelicis dorso *c. c.* et parva etiam parte eminenti dorso scaphae *d.*

a. e. e. f. Pars ad scapham pertinens, e fasciculis constans brevioribus, laxiusque conjunctis, et magnam partem tamquam in plures musculos minores distinctis ac fere tendineis. Oritur a superiore parte dorsi *a. f.* cavi superioris conchae: *e. e.* inserta inferiori parti eminentis dorsi scaphae *e. e.*

FIG. XVII.

Musculi ossiculorum auditus, naturali magnitudine exhibiti (2).

a. *Laxator tympani*, oriens e superiore parte marginis tympani, juxta finem pori acustici, ibi ubi membrana tympani adhaeret. Insertus manubrio mallei juxta radicem processus brevioris. Fig. XIX.

(1) Fibrae transversae in gibbo auriculae; *concho - anthélix*. *Valsalva*, *Dumas*.

(2) *Leopoldus Caldanius* Patruus meus dilectissimus in secundo Volumine *Institutionum Anatomicarum* Figuram hanc et proxime sequentem pluries auctam magnitudine exhibuit, ut ossiculorum musculi facilius distingui possent. Cum vero *Albinus* musculos ipsos pari forma seorsim delineaverit in Figuris XIX. et seq. opus fuisset a figurarum earum quoque mole et mensura decedere; id quod inutile visum fuit.

b. c. d. *Externus mallei*: *b.* origo ab exteriore parte acuti processus, quem ultimus ossis multiformis angulus exigit, inter os squamosum et petrosum intersertus: *c.* venter tumidulus: *d.* tendo, qui intrat rimam *s.*, quae ad finem commissurae ossis squamosi et petrosi relicta est, et postea per eum sinum pergit extremi osseae partis illius, quae porum acusticum continet; per eum sinum malleus processum suum longissimum eumdemque gracillimum porrigit, totique illius processus longitudini se affigit. Fig. XX.

Mox supra *e.* *Tensoris tympani* tendo, exeuns ex ostiolo canalis ossei in quo continetur. Fig. XVIII. *d.* Fig. XXI.

Mox infra *i.* *Stapedii* tendo, exeuns ex ostio colli cavernulae, in qua Stapedius ille continetur, decurrens ad stapedem. Fig. XVIII. *f.* Fig. XXIII.

k. Tympanum.

n. Canalis osseus tympani Tensorem continens. Fig. XVIII. *s.*

o. Collum cavernulae quae continet Stapedium.

p. Pori acustici pars integra, quae est in osse squamoso et mammillari.

q. q. Hinc rescissa pori acustici pars, quae fit ab osse petroso: *r.* hîc illa ab osse squamoso rescissa.

s. Rima ad finem commissurae ossis squamosi et petrosi (tecta musculo Externo mallei) quam rimam intrat Externus mallei.

t. Os squamosum.

u. u. - - petrosum.

v. Pars ossis multiformis: *w.* acutus processus, quam ultimus ossis multiformis angulus exigit, inter os squamosum et petrosum intersertus.

x. Foramen, quo exit tertius ramus quinti paris nervorum cerebri.

FIG. XVIII.

Tensor tympani et Stapedius una cum ossiculis auditus, osse temporis, et portione partis mollis tubae Eustachianae. Remotus est Laxator tympani et Externus mallei. Omnia naturali magnitudine exhibita fuerunt.

a. b. c. d. *Tensor tympani: a.* principium tendineum tenuissimum, oriens *b.* a superiore parte tubae Eustachianae, qua tuba illa calvariae basim spectat: *c.* pars carnea, qua illa per canalis ossei principium excurrit, quod est semicanalis: porro per canalem illum pergit, usque dum tendine suo ex ostio canalis exit juxta *d.* et flectens se ab interioribus ad exteriora procedit ad mallei manubrium, qua manubrium ipsum tympani fundum spectat. Fig. XXI. XXII.

e. f. *Stapedius: e.* venter, haerens in cavernula ossis petrosi, quae in tympano est ante inferiorem partem aquaeductus *Falloppii,* et ab ea oriens: *f.* tendo, qui in cavernula ortus, exit deinde ex ejus ostio rotundo, et flectit se, rectaque petit posteriorem partem capituli stapedis, cui se inserit. Fig. XVII. *i.*, Fig. XXIII.

g. Incus.

h. Malleus. Fig. XXI. *d. e. f. g.*

i. Stapes, basi sua insidens fenestrae ovali. Fig. XXIII. *d. e.*

k. Aquaeductus *Falloppii,* cujus pars apparet etiam inter malleum et incudem.

l. Paries anterior cavernulae, quae Stapedium continet intra tympanum eminens, per longitudinem a fundo cavernulae usque ad ostiolum ejus truncatus.

m. Truncatum os petrosum, quâ hîc finem facit pori acustici.

Inter *l.* et *m.* aperta est cavernula, quo cerni Stapedius integre possit.

n. Fenestra rotunda.

o. Ossis petrosi pars usque ad tubae Eustachianae partem osseam truncata.

p. Truncatum os squamosum. Fig. XVII.

q. Hinc rescissa squama ossis petrosi, quae cum osse squamoso conveniens tympanum a cavo calvariae discernit.

r. r. s. Canalis osseus, a principio *r. r.* semicanalis, post *s*. integer, qui tympani Tensori recipiendo paratus, partim est supra osseam partem tubae Eustachianae, partim in superiore et priore tympani parte, e regione membranae.

t. u. Pars ossea tubae Eustachianae: *u*. hîc ad tympanum patet.

v. v. w. Tubae Eustachianae pars, quae assimilis est naturae cartilagineae: *x. x. x. x.* hinc resecta pars membranacea: *y*. portio partis membranaceae, quae continuo ductu usque ad finem tubae truncata: *v. v.* partis, quae naturae cartilagineae assimilis est, portiones exteriores: *w*. pars interior, magnam partem concavi tubae efficiens.

z. Ossis petrosi pars ad cavum calvariae pertinens.

α. Tympani concavum.

β. β. Hinc rescissa pori acustici pars, quae fit ab osse petroso, ut *q. q.* Fig. XVII.

γ. Hinc rescissa pori acustici pars, quae continuata ossi squamoso, ut *r*. Fig. XVII.

δ. Pori acustici pars integra, quae est in osse squamoso et mammillari.

ε. Os petrosum.

FIG. XIX.

Laxator tympani (1).

a. *Laxator tympani* insertus manubrio mallei, juxta radicem processus brevioris.

In Syntaxi, Fig. XVII. *a*. positu eodem. De malleo vide Fig. XXI. *d. e. f. g.*

(1) Novus musculus; auris internae externus; Externus auris; musculus processus minoris mallei; externus vel superior mallei. *Fabricius, Riolanus, Cowper, Valsalva, Winslow*.

FIG. XX.

Externus mallei (1).

a. Venter: *b.* tendo, insertus longitudini toti processus mallei gracillimi longissimique.
In Syntaxi, Fig. XVII. *b. c. d.* positu eodem.

FIG. XXI.

Tensor tympani (2).

a. Principium: *b.* venter: *c.* tendo.
In Syntaxi, Fig. XVIII. *a. b. c. d.* positu eodem. Fig. XXII.
d. e. f. g. Malleus: *d.* caput: *e.* processus gracillimus idemque longissimus: *f.* processus brevior: *g.* manubrium.

FIG. XXII.

Tensor tympani a parte opposita Fig. XXI.

a. Principium tendineum: *b.* venter: *c.* tendo insertus *d.* manubrio mallei, infra processum gracillimum, quâ manubrium spectat tympani fundum, oppositum membranae.

FIG. XXIII.

Stapedius (3).

a. Venter: *b.* tendo insertus *c.* capitulo stapedis, quâ illud posteriora spectat.

(1) Musculus auris externus; obliquus auris; musculus processus minimi; obliquus auris vel externus; anterior mallei; *acoustico-malléen. Folius, Cowper, Valsalva, Douglas, Winslow, Dumas.*

(2) Auris internae secundus; musculus internus auris; internus mallei; musculus majoris processus; *monogastrique;* internus mallei; *salpingo-malléen. Casserius, Molinettus, Schelammerus, Valsalva, Vieussens, Winslow, Dumas.*

(3) An *ligamentum peculiare* dictum a *Schelammero?* Secundus auris internae musculus; *pyramido-stapedien. Wieussens, Dumas.*

In Syntaxi, Fig. XVII. *i.* et Fig. XVIII. *e.f.* positu eodem.

d. Stapedis capitulum, unde crura duo procedunt ad basim *e.*

FIG. XXIV.

Musculi oculi cum levatore palpebrae superioris, naturali magnitudine repraesentati.

a. Bulbus oculi.
b. Nervus opticus in cavo musculoso.
c. - - - - - - - - extra orbitam abscissus.
d. Portio durae matris, quae a nervo optico abscedit, ut in periostium orbitae abeat.
e. *Levator palpebrae superioris* (1) ex angulo divisionis durae matris ortus, et in latam aponeurosim terminatus.
f. Musculus *attollens,* (2) magna ex parte levatore palpebrae tectus.
g. *Obliquus superior* per trochleam inflexus.
h. Insertio *obliqui inferioris.*
i. Musculus *deprimens* (3).
k. - - - - - - *abducens* capite duplici ortus: *l.* caput superius minus: *m.* caput inferius: *n.* intervallum utrique capiti interpositum, per quod nervi in fasciculum collecti transmittuntur.
o. Primus ramus nervi quinti paris: *p.* hujus primi rami ramus lacrymalis abscissus: *q.* ramus frontalis abscissus: *r.* ramus nasalis: *s.* ejusdem rami nasalis surculus, qui longiorem radicem constituit ganglii ophtalmici.
t. Nervus tertii paris.
u. - - - - sexti paris.

(1) Palpebrarum secundus; rectus; palpebrae superioris primus; apertor oculi; pyramidalis; aperiens palpebram rectus; elevator proprius; *orbito-sus-palpebral. Columbus, Fabricius, Casserius, Spigelius, Molinettus, Cowper, Winslow, Dumas.*

(2) Rectus superior; superbus; elevator oculi; *sus-optico-spheni-scléroticien. Fabricius, Casserius, Cowper, Dumas.*

(3) Rectus inferior; humilis; depressor oculi; *sous-opti-spheno-scleroticien. Iidem.*

FIG. XXV.

Musculi oculi sine levatore palpebrae.

a. Bulbus oculi.
b. Nervus opticus intra orbitam.
c. - - - - - - - extra orbitam.
d. Portio durae matris quae in periostium abit.
e. *Levator palpebrae* prope originem abscissus.
f. Musculus *obliquus superior* per trochleam inflexus.
g. Musculus *attollens*: *h.* tendo ejus prope insertionem dilatatus.
i. Musculus *adducens* (1).
k. Uterque musculus (*attollens* et *adducens*) prope ortum inter se connexus, ut inde pateat, Levatorem palpebrae in origine ad vaginam nervi optici non pertingere, sed utrique musculo esse impositum.
l. Musculus *deprimens*.
m. Musculus *abducens* (2); *n.* caput superius cum attollente connexum: *o.* caput inferius: *p.* intervallum utrique capiti interpositum.

FIG. XXVI.

Tendo communis, unde musculi abducens, adducens et deprimens originem ducunt.

a. Nervus opticus prope ingressum abscissus.
b. Septum osseum diffractum, foramini optico et fissurae sphenoideae initio rotundo interjectum.
c. Dura mater abscissa, ubi in periostium orbitae abit.
d. Musculus *attollens*, ex divisione durae matris ortus, abscissus.
e. *Levator palpebrae superioris* abscissus.
f. Tendo communis, unde tres musculi adducens, abducens, et deprimens oriuntur.

(1) Rectus interior; bibitorius; adductor oculi; *orbito - intus - scleroticien. Iidem.*
(2) Rectus exterior; indignatorius; iracundus, abductor oculi; *orbito - extus - scleroticien. Fabricius, Casserius, Molinettus, Cowper, Dumas.*

g. g. g Propagines tendineae ex ligamento communi ortae, ad musculos suos abeuntes.

h. Musculus *abducens*.

i. - - - - - *deprimens*.

k. - - - - - *adducens*.

FIG. XXVII.

Musculus obliquus superior (1).

a. Nervus opticus situ motus et deorsum inflexus, ut origo obliqui superioris melius in conspectum veniat.

b. Musculus *abducens* abscissus: c. intervallum utrique capiti hujus musculi interjectum.

d. Musculus *attollens* prope ortum abscissus: e. insertio hujus musculi in oculi bulbum.

f. *Levator palpebrae* abscissus.

g. Musculus adducens abscissus.

h. Origo musculi *obliqui superioris* ex periostio parietis internae orbitae.

i. Tendo per trochleam inflexus.

k. Trochlea.

l. Tendo prope insertionem sensim dilatatus.

m. Insertio obliqui inferioris.

FIG. XXVIII.

Musculus obliquus inferior (2).

a. Bulbus oculi.

b. Musculus *abducens*.

c. - - - - - *deprimens*.

d. *Obliquus inferior* ex ora anteriori orbitae ortus.

e. Insertio hujus musculi in bulbum oculi.

(1) Tertius palpebrarum; trochleae musculus; trochlearis; *optico - trochlei - scleroticien*. *Columbus, Fabricius, Casserius, Dumas*.

(2) Obliquus alter brevis; obliquus minor; *maxillo - scleroticien*. *Arantius, Molinettus, Dumas*.

TABULA LXIII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Temporalis, a parte priore (1).

a. b. b. c. d. d. Primum originis initium, procedens *a.* a processu superiore ossis jugalis, *b. b. c.* ab eminentia quae est *b. b.* in latere ossis frontis, *c.* in osse verticis, *d. d.* ab osse temporis.

e. Tendo affixus *f.* vertici processus coronoidei maxillae inferioris, *g.* margini posteriori et *h.* priori, ibi in mucronem exeuns; *i.* et altero mucrone eoque longiore crassioreque affixus eminentiae *k.* quam habet processus coronoideus juxta priorem partem radicis suae ab interiore.

Juxta *m. n.* pars ejus posterior et inferior, sub zygomate ad maxillam descendens, et inflectens se circum sinuatam radicem processus zygomatici.

Adde Fig. II. III.

In Syntaxi, Tab. LIII. *i.* in capite; Tab. LII. subjectus aponeurosi Epicranii *a.* in capite; Tab. XLI.

l. l. Truncatum os jugale; *m.* truncatus processus ejus, qui convenit cum processu zygomatico ossis temporis; *n.* truncatus processus zygomaticus ossis temporis.

(1) Crotaphites, *Winslow; Arcadi - temporo - maxillaire, Dumas.*

FIG. II.

Temporalis a parte posteriore.

a. a. a. b. Primum originis initium ab eminentia *a.a.a.* ossis verticis, *b.* mammillaris.

c. Tendo.

Adde Fig. I. III.

In Syntaxi, Tab. LVII. *A.* in capite; Tab. LVI. in qua subjacet aponeurosi Epicranii *d. d.*

FIG. III.

Temporalis extremum a parte interiore.

a. Pars extremi tendinea tenuis, inserta margini posteriori radicis processus coronoidei maxillae inferioris.

b. b. Insertio partis carneae amplitudini interiori radicis processus coronoidei.

c. Tendinis mucro crassior, insertus *d.* eminentiae, de qua *k.* Fig. I.

e. Tendinis mucro tenuior.

Adde Fig. I. II.

f. Maxillae inferioris pars sinistra ex interiore parte.

FIG. IV.

Pterygoideus internus et externus a parte inferiore.

a *Pterygoideus internus* (1).

b. Origo e fundo cavi processus pterygoidei ossis multiformis, principio tendinoso; oriens porro ab interiore parte parietis externi processus ejusdem paullo minus quam tota.

(1) Musculus in ore latitans, *Columbus;* Pterygoideus major, *Winslow; pterigo-anguli-maxillaire, Dumas.*

c. Pars originis, quae est ab inferiore parte ossis palati, qua intersertum dehiscenti processui pterygoideo. Oritur etiam *d.* ab osse maxillari superiore.

e. Extremum tendinosum, quod inferiori parti internae illius superficiei maxillae inferioris, quam ea ad caput erigit, ad imum angulum usque insertum *f. f.*

g. *Pterygoideus externus* (1).

h. Ab hujus parietis externi processus pterygoidei superficie exteriore prope tota oritur.

i. Origo ab inferiore parte marginis parietis mododicti, qui margo spectat cavum pterygoidis.

k. Origo a margine inferiore parietis mododicti.

l. Hac parte oritur ab exteriore parte portionis pterygoideae ossis palati, et a finitima parte ossis maxillaris superioris.

k. l. Principii pars tendinosa.

m. Pars, quae procedit ab inferiore parte ossis multiformis, ab externo latere radicis processus pterygoidei.

n. n. o. Extremum tendinosum, insertum *n. n.* collo maxillae inferioris, ubi id ab interiore parte portionis prioris, statim sub capitulo suo sinuatum est; et priori internaeque parti marginis lamellae cartilagineae *o.*, quae articulo maxillae interjecta.

p. Eminens interior paries sinus oblongi *q.* impressi radici parietis interni processus pterygoidei ossis multiformis ab exteriore parte. A quo pariete eminente oritur Circumflexus palati, *c.* Tab. LXIV. Fig. II.

FIG. V.

Pterygoideus externus a parte priore.

a. Pars inferior.

(1) Musculi Temporalis pars, quae ab externa sede processuum, quos vespertilionum alis comparamus, *Vesalius;* Pterygoideus abducens, *Spigelius;* Pterygoideus parvus, *Winslow; Pterigo - colli - maxillaire, Dumas.*

b. c. Hîc subtus oritur a parte quae memorata fuit Fig. IV. *h. l.*

d. Pars tendinosa.

e. Vide Fig. IV. *n. n. o.*

f. Pars superior, cujus fibrae cum fibris inferioris ad angulos acutos conveniunt.

g. g. Vide Fig. IV. *m.*

h. Extremum, insertum maxillae supra partem inferiorem. Adde Fig. IV. *g. - o.*

In Syntaxi, Tab. LIV. *ε. ε.* in capite ubi ex parte delitescit; Dein Tab. LIII. *A.* in capite; Tab. LXI. Fig. I. *a.*

i. Hîc truncatum os jugale, *k.* hîc maxillare superius, *l.* hîc processus zygomaticus ossis temporis, *m.* hîc processus coronoideus maxillae inferioris, quo exciso osse intermedio, musculus cerni queat.

n. Processus lateralis maximus ossis multiformis.

o. Os maxillare superius.

FIG. VI.

Pterygoideus internus a parte priore.

a. a. Hîc subtus principium ejus inhaeret cavo processus pterygoidei ossis multiformis.

b. Extremum tendinosum, quod hîc *c. c.* inserere se incipit inferiori parti faciei internae illius partis maxillae inferioris, quam ea ad caput erigit: cui se porro ad imum angulum usque inserit. *f. f.* Fig. IV.

In Syntaxi, Tab. LV. *r.* in capite, Tab. LIV. *ζ.* in capite: a parte posteriore Tab. LVIII. *c.* in capite, Tab. LVII. *I.* in capite: a latere Tab. LXI. Fig. I. *b. c.*

d. d. d. d. Hîc truncata maxilla inferior, ut appareat pars musculi, quae pone eam sita est.

FIG. VII.

Biventer maxillae (1), *a latere.*

a. Venter primus.
b. Tendo medius.
c. Venter secundus, insertus *d.* posteriori parti imi marginis maxillae inferioris, juxta menti medium.
In Syntaxi, Tab. LXI. *g. h. i. i.*

FIG. VIII.

Biventer maxillae a parte inferiore.

a. Venter primus principio tendinoso *b.* oriens *c. c.* ex incili, quod radicem processus mammillaris ex interiore parte findit, et praecipue quidem ab interiore humilioreque margine ejus.
d. Tendo medius.
e. Venter secundus extremo tendinoso *f.* insertus *g. g.* posteriori parti imi marginis maxillae inferioris, juxta medium menti.
h. Aponeurosis, e tendinis extremo, tendinosoque initio ventris secundi ab inferiore parte exeuns, adnectensque se *i.* priori parti basis hyoidis, juxta partem inferiorem, a latere.
Ossa cognoscentur ex Tabulis ossium.

FIG. IX.

Masseter (2) *a parte priore.*

a. Pars exterior eademque major.

(1) Digastricus, *Riolanus* aliique; *mastoido-hygenien*, *Dumas*.
(2) Mansorius, *Columbus*; Massiter, *Falloppius*; *zygomato-maxillaire*, *Dumas*.

b. Principii pars tendinea extrinsecus.

c. Oritur ab inferiore et priore parte extremi processus ossis maxillaris superioris, cui os jugale innixum, et *d.*
d. ab exteriore parte marginis inferioris ossis jugalis, quâ illud zygomatis partem efficit; aliquanto ante inferiorem partem suturae zygomatis oriri desinens.

e. f. Extremum tendinosum insertum exteriori superficiei lateris maxillae inferioris, usque ad angulum maxillae *g. g.*

h. Pars interior et minor, quâ nuda.

i. Origo ejus ab inferiore margine ossis jugalis, juxta processum zygomaticum ossis temporis: et porro *k.* ab inferiore margine processus zygomatici, usque ad tuberculum eminens committendae maxillae causa.

l. Portio, quae supra zygoma abscedit ab interiore parte membranae tendineae, qua Temporalis musculus extrinsecus obductus, affixae zygomati; a qua membrana portio haec rescissa.

In Syntaxi, Tab. LIII. *o.* - *x.* in capite. Tab. LII. *V. W. X.* - *Y.* in capite.

FIG. X.

Masseteris pars interior, eademque minor, a parte priore.

a. a. b. Origo a tota longitudine zygomatis: *a. a.* ab inferiore parte marginis inferioris ossis jugalis, quâ illud ad zygoma pertinet: *b.* et porro ab inferiore margine processus zygomatici ossis temporis, usque ad tuberculum memoratum *k.* Fig. IX.

c. Pars tendinosa principii.

d. Extremum tendinosum, insertum exteriori parti processus coronoidei, a summo ejus ad imum, et proximae parti maxillae infra radicem ejus *e. e. e.*

f. Portio, quae supra zygoma abscedit ab interiore parte membranae tendineae, quâ Temporalis extrinsecus obductus, *l.* Fig. IX.

FIG. XI.

Masseter a parte posteriore.

a. Pars exterior eademque major, inserta *b. b.* maxillae ad angulum imum.

c. d. Pars interior et minor: *c.* portio exterior ejus, quae nuda: *d.* portio interior.

e. Origo a processu zygomatico ossis temporis.

In Syntaxi, Tab. LVII. *E.F.G.H.* in capite; Tab. LVI. *p. q.* in capite: a latere Tab. LX. *δ.* - *θ.* in capite.

FIG. XII.

Coracohyoideus (1).

a. a. Principium, oriens a summa ora superioris marginis scapulae, juxta lunulam, quae est ad radicem processus coracoidei. Unde se flectit *b.*

c. Venter primus.

d. Tendo medius.

e. Venter secundus insertus extremo tendinoso *f.* basi ossis hyoidis, et quidem inferiori et priori ejus parti, juxta cornu.

In Syntaxi, Tab. LIII. *α. α. β.* in collo.

FIG. XIII.

Geniohyoideus a parte inferiore.

a. Principium tendinosum, quo oritur ab inferiore parte asperae eminentiae *b.*, quam maxilla inferior ex interiore parte ex adverso menti habet.

c. Corpus carneum.

d. e. Extremum insertum *d.* scrobi, quae est in superiore et

(1) Coraco seu Costo - Hyoides, *Santorinus; Omoplat - hyoidien, Winslow; Scapulo - hyoidien, Dumas.*

priore parte basis ossis hyoidis, juxta basis illius medium, et reliquae parti basis a scrobe usque ad cornu, proximaeque parti cornu *e*. Crassius quâ scrobi insertum, tenuius quâ reliquae basis parti cornuque.

In Syntaxi, a latere exhibitus Tab. LXI. Fig. II. *r. s.*

f. f. Maxilla a parte inferiore.

g. h. i. k. Os hyoides a parte inferiore: *g. h. h.* basis; *g.* pars anterior, *h. h.* posterior: *i. i.* cornua: *k. k.* ossicula graniformia.

FIG. XIV.

Stylohyoideus (1).

a. Exilis tendo, quo incipit, quique oritur a posteriore parte processus styliformis ossis temporis, juxta ossiculum, quod illi processui adjunctum, et in multis mobile est.

b. Venter carneus.

c. Tendo insertus *d.* priori et inferiori parti basis hyoidis, quâ cornu cum ea connexum.

e. Fissura in carne et in tendine, per quam transit Biventer maxillae inferioris; supra quam fissuram sinus impressus ab adjacente Biventre.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. I. *e. f.*; Tab. LX. *λ*. in capite; Tab. LIII. *R.* in collo.

g. h. i. Os hyoides: *g* basis, *h.* cornu, *i.* ossiculum graniforme.

k. Hîc processus mammillaris resectus juxta radicem processus styliformis.

l. l. Processus styliformis ossis temporis.

FIG. XV.

Mylohyoidei a parte inferiore.

a. a. Principium majorem partem tendinosum, oriens ab emi-

(1) Styloceratoides, *Riolanus*; Stylo-hyoides major, *Santorinus*.

nentia *b.* per longitudinem maxillae, a dente molare intimo fere usque ad symphysem maxillae, ex inferiore parte oblique porrecta.

c. Hîc se dexter cum sinistro conjungit continuatque, parte carnea: *c. d.* hîc lineam tendineam cum eo efficit: *e.* hîc aponeurosem.

f. Aponeurosis insertio priori et inferiori parti basis hyoidis.

g. Hîc eminet, quâ circum Geniohyoideum incedit.

In Syntaxi a latere exhibitus Tab. LXI. Fig. I. *d.* A priori parte Tab. LIV. *η.* in collo et Tab. LIII. *Q.* in collo.

FIG. XVI.

Sternohyoideus (1).

a. b. c. d. Principium tendineum, oriens *a.* ab ossis pectoris interiore parte, et quidem ab eminente margine partis illius, qua claviculam sustinet, juxta cartilaginem costae primae: *b.* et a cartilaginis illius finitima superiore et posteriore parte: tum *c.* a ligamento quo clavicula cartilagini illi alligatur, et tandem *d.* a capitis claviculae parte proxima posteriore et inferiore.

e. Extremo tendinoso insertus inferiori parti basis hyoidis, juxta ejus medium.

In Syntaxi, Tab. LIII. *γ. γ. δ.* in collo.

f. f. g. h. Truncatum *f. f.* sternum, *g.* costae primae cartilago, *h.* clavicula; quo apparere possit principium Sternohyoidei, pone ea situm.

FIG. XVII.

Styloglossus. Ceratoglossus. Basioglossus.

a. b. c. d. Styloglossus: a. hîc oritur a priore et interiore parte extremi processus styliformis, quod in junioribus mobi-

(1) Sterno-cleido-hyoideus, *Winslow*.

le est: *b.* quâ se primum ad linguam applicat juxta finem Ceratoglossi; inde ulterius in priora ad apicem linguae excurrit *c.*: *d.* hîc portione aliqua deorsum curvatur, eaque continuat se Ceratoglosso.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. II. *k. l. m.*

e. e. f. *Ceratoglossus* (1): *e. e.* origo a parte exteriore marginis inferioris cornu hyoidis, ab ipso ejus extremo ad eam partem fere usque, qua cum basi connexum: *f.* hîc ad linguam pertinet: *d.* hîc continuat se Styloglosso.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. II. *n.*

g. h. i. *Basioglossus*: *g. h.* origo *g.* ab inferiore et anteriore parte basis hyoidis, juxta cornu; et *h.* ab ipsius cornu proxima parte: *i.* hic ad linguam pertinet.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. II. *o.*

k. Pars *Lingualis*: vide Fig. XVIII. *e.*

l. m. Lingua: *l.* pars quae in ore est: *m.* pars quae se in fauces curvat. Tab. LXI. Fig. V. *h. i.*

n. Hîc truncatus processus mammillaris, ut Fig. XIV. *k.*

o. Processus styliformis ossis temporis.

FIG. XVIII.

Chondroglossus. Genioglossus. Lingualis.

a. b. *Chondroglossus* (2): *a.* origo a superiore parte ossiculi graniformis ossis hyoidis: *b.* hîc se Genioglosso intermiscet, et immergit linguae, juxta Lingualis principium.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. IV. *t.*

c. d. *Genioglossus*: *d.* principium tendinosum, quo statim supra Geniohyoideum oritur ab aspera eminentia *k.*, quae est in interiore maxillae inferioris parte, propter ejus symphysem. Inde ad linguam pertinet.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. V. *o. p. q.*

(1) Ceratoglossum, Basioglossum, et Chondroglossum sub uno tantum *Hyo-Glossi* nomine comprehendit *Winslow*; hyo-chondroglossum appellat *Dumas*.

(2) Corniculo-lingualis, *Verheyen*. Vide quae dicta sunt in *Ceratoglosso*.

e. *Lingualis.* Vide Fig. XX. *a. b. c. d.*
In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. V. *n.*
f. Styloglossus, de quo vide Fig. XVII.
Inter Styloglossum *f.*, Chondroglossum *a. b.*, et Lingualem *e.* truncatus Ceratoglossus et Basioglossus.
g. Epiglottis.
h. Maxillae inferioris pars interior: *i.* pars secta.
k. Aspera eminentia quae in interiore parte maxillae inferioris est, propter ejus symphysem.
De lingua vide Fig. XVII. *l. m.* De osse hyoide Fig. XIV. *g. h. i.*

FIG. XIX.

Genioglossus, a parte inferiore.

a. Principium tendinosum, quo statim supra Geniohyoideum oritur ab aspera eminentia *b.* quae est *k.* F. XVIII.
c. d. d. e. Tendinosa tenuitas, quae *d.d.* ad basim pertinet hyoidis, et se inserit *e.* ossiculo graniformi.
f. Hîc truncati fasciculi tenues, qui accedunt ad interiorem partem Ceratoglossi.
g. Quâ per latus pharyngis decurrunt et se Constrictori pharyngis superiori continuant.
Maxilla et os hyoides cognoscentur ex Fig. XIII.

FIG. XX.

Linguam in longitudinem porrectam exhibet a parte inferiore, cum Lingualibus, Genioglossis, Styloglossorum, Ceratoglossorum et Basioglossorum extremis.

a. b. c. d. *Lingualis* (1): *a. b.* Duo principia, quibus circa radicem inter Genioglossi fibras prodit; et primo quidem *a.* inter Genioglossi partem, quae se in latus curvans accedit ad Ceratoglossum, et illam quae se ibidem lin-

(1) Fibrae longitudinales, *Winslow.*

guae inserit: *c.* hîc conjungit se cum Styloglosso, et cum eo decurrit ad apicem linguae *d.*

e. f. g. *Styloglossus: e.* hîc truncatus: *f.* hîc conjungit se cum Linguali et cum eo decurrit ad apicem linguae *g.*

h. i. *Ceratoglossus* cum Basioglosso, qui ad linguam accedunt inter Styloglossum et Lingualem: *i.* hîc truncati.

k.l.m.n.o.p. *Genioglossus* qui ab origine rescissus, (et lingua in longitudinem porrecta) aliam habet figuram, ut apparet, si conferatur Fig. XVIII. *c. d.*

k. Principium a maxilla rescissum: *l.l.l.* hîc ad linguam pertinet, juxta Lingualem: *m.* fibrae quae se ad interiorem partem adjungunt Ceratoglossi, et cum eo pergunt ad linguam: *n.* fibrae, quas curvat per latus pharyngis, et aliquae ad Constrictorem superiorem pharyngis accedunt: *o.* tendinosa tenuitas, ad basim hyoidis: *p.* portio inserta superius ossiculo graniformi.

q. Lingua.

FIG. XXI.

Sternothyreoideus (1).

a. b. c. Principium latum, oriens *a. b.* a superficie interna ossis pectoris, e regione inferiore cartilaginis costae primae; a margine ejusdem ossis, juxta eamdem cartilaginem: atque *b. c.* ab ipsius cartilaginis finitima parte interiore.

d. e. Principium alterum angustius, oriens *d.* a superiore et posteriore parte mediae longitudinis cartilaginis costae primae, et *e.* a vicino ligamento, quo clavicula ad cartilaginem illam alligata.

f. g. Extremi pars lata et tenuis; *g.* hîc tendinea, eaque inserta externae parti lateris cartilaginis thyreoideae, primum mox supra marginem inferiorem juxta partem anteriorem; et inde oblique retrorsum et sursum, tuberculum versus, quod habet cartilago illa ad priorem

(1) Bronchius, *Riolanus*.

partem processus superioris; quo loci thyreoidea in quibusdam eminet.

h. Extremi pars angustior crassiorque, *i.* extremo tendineo inserta *k.* tuberculo modo dicto.

In Syntaxi, Tab. LIV. *π.π.σ.ς.ρ.* in collo.

l.m.m.n. Cartilago thyreoidea: *m. m.* processus superiores: *n.* inferior: *o.* cartilago cricoidea.

p. p. p. Truncatum sternum: *q. r. s.* truncata costae primae cartilago, ut appareat hujus musculi principium, quod post ea situm est.

FIG. XXII.

Hyothyreoideus (1).

a. b. Origo, *a.* ab inferiore et interna parte basis hyoidis juxta cornu, *b.* et a basi propinquae longitudinis ipsius cornu fere dimidiae.

c. d. e. Insertio, *c. d.* inferiori parti lateris externi cartilaginis thyreoideae, mox supra insertionem Sternothyreoidei, *f. g.* Fig. XXI. et ante insertionem illam, exteriori parti imi marginis thyreoideae *d. e.*, juxta partem priorem mediam.

In Syntaxi, Tab. LIV. *ς.* in collo; a latere Tab. LXI. Fig. I. *q.*

FIG. XXIII.

Cricothyreoideus, a parte priore (2).

Musculus hic e duabus partibus constat, priore et posteriore.

a. b. Pars prior, quae oritur *a.* a superiore margine cartilaginis cricoideae, in latere partis prioris: inseritur *b.* exteriori parti marginis inferioris thyreoideae, juxta partem ejus mediam.

c. d. d. Pars posterior, quae oritur *c.* in exteriore parte cricoi-

(1) Thyreo-hyoideus, *Winslow*.

(2) Cricothyroideus anticus, *Riolanus*.

deae, a media longitudine lateris ejus, fere per totam illius latitudinem: *d. d.* in fine se exteriore parte sui adjungit ad Constrictorem inferiorem pharyngis.

In Syntaxi, Tab. LIV. *o.* in collo.

FIG. XXIV.

Cricothyreoideus, a latere.

a. b. Pars prior, quae hîc *a.* oriebatur ab ipso usque inferiore margine partis prioris lateris externi cricoideae: *b.* inserta exteriori parti marginis inferioris thyreoideae, juxta partem ejus mediam priorem.

c. d. d. Pars posterior, quae se in fine *d. d.* exteriore parte sui adjungit ad Constrictorem inferiorem pharyngis, unde hîc rescissa.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. I. *v. w. x. y.*

e. Cartilago thyreoidea.

f. - - - - - cricoidea.

FIG. XXV.

Cricothyreoidei pars posterior, a latere.

a. a. Oritur in exteriore parte cricoideae, a media longitudine lateris ejus, fere per totam illius altitudinem.

b. Hîc resecta pars ejus exterior, quae se adjungit ad Constrictorem inferiorem pharyngis: sub qua se inserit thyreoideae, *c. c. c.* implens totum lunatum marginem, qui fit tum a processu inferiore thyreoideae, tum ab ipso cartilaginis illius margine imo, a processu modo dicto usque ad tuberculum, quod e media fere marginis longitudine eminet.

FIG. XXVI.

Arytaenoideus transversus, (1) *a posteriore parte.*

a. a. Hîc affixus cartilagini arytaenoideae sinistrae, margini

(1) Arytaenoideus major, *Douglas.*

interiori partis ejus posterioris, qui supra basim est.

b. b. Hîc eidem margini dextrae.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *θ. θ. θ. θ.*

FIG. XXVII.

Arytaenoideus obliquus, et Cricoarytaenoideus posticus a posteriore parte.

a. b. c. Arytaenoideus obliquus (1): *a.* origo a parte superiore faciei posterioris atque exterioris basis cartilaginis arytaenoideae: *b.* Extremi pars inferior, quae se Thyreoarytaenoideo continuat: *c.* Extremi pars superior ad epiglottidem procedens.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *η.* ubi dextrum decussat sinister.

d. d. d. e. Cricoarytaenoideus posticus: d. d. d. origo a cartilagine cricoidea, cujus occupat sinuatam superficiem, quam habet ipsa cartilago in postica facie a latere eminentiae mediae: *e.* extremum insertum extremo tuberculo, quod basis arytaenoideae exigit a postica parte in latere externo.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *ι.*

FIG. XXVIII.

Arytaenoideus obliquus, Thyreoarytaenoideus, Thyreoepiglotticus major et minor a latere.

a. b. c. d. Arytaenoideus obliquus: b. extremi pars inferior, quae se Thyreoarytaenoideo *e.* continuat.

c. d. Extremi pars superior, quae secundum glottidis marginem, qui inter arytaenoideam et epiglottidem intercedit, porrigit se ad epiglottidem, ad marginem ejus lateralem pertinens *d.*

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *l. m. m.*

e. Thyreoarytaenoideus Vide Fig. XXIX. *a. a. b. c. d. e.*

(1) Arytaenoideus minor, *Douglas.*

f. g. h. *Thyreoepiglotticus major: g.* origo ejus a cartilagine thyreoidea juxta exteriorem partem originis Thyreoarytaenoidei: unde primum per camdem exteriorem partem illius musculi adscendit, dein secundum latus glottidis, et pertinet *h.* ad marginem lateralem epiglottidis, ad jungens se extremo Arytaenoidei obliqui, ad eumdem marginem pertinenti.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *i.* ex parte tectus Thyreoarytaenoideo altero *c.*

i. *Thyreoepiglotticus minor,* sive *depressor epiglottidis: k.* origo ab interiore parte cartilaginis thyreoideae, juxta ejus medium: *l.* finis ad marginem lateralem epiglottidis, supra radicem ejus.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *i.*

Cartilagines laryngis cognoscentur ex Fig. VIII. T. LXI.

FIG. XXIX.

Thyreoarytaenoideus, Cricoarytaenoideus posticus, a latere.

a. b. c. d. e. *Thyreoarytaenoideus: a. a.* origo ab inferiore parte foveae internae thyreoideae: *b.* principium alterum, oriens a ligamento, quo a parte priore colligatae sunt cricoidea et thyreoidea: *c.* pars exterior, quae magis adscendit: *d.* pars, quae praecedentem subeuns, transversa, decussat eam. Et pars ejus major exteriori illi subjacet: extremum insertum exteriori parti marginis prioris cartilaginis arytaenoideae, supra basim ejus, atque supra finem Cricoarytaenoidei lateralis, *b.* Fig. XXX.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *e.*

f. f. g. *Cricoarytaenoideus posticus* (1): *f. f.* origo a cartilagine cricoidea: *g.* extremum insertum extremo tuberculo, quod basis arytaenoideae exigit a postica parte in latere externo.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *a.*

(1) Crico - creti - arytaenoideus, *Dumas.*

FIG. XXX.

Cricoarytaenoideus lateralis (1).

a. a. Origo ab exteriore parte summi marginis cricoideae, in latere, statim juxta insidentem arytaenoideam.

b. Extremum insertum basi arytaenoideae, a latere, mox ante finem Cricoarytaenoidei postici, *g.* Fig. XXIX.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *b.*

FIG. XXXI.

Thyreoarytaenoideus alter, minor.

a. Origo ab interiore et superiore parte thyreoideae, non longe a fissura cordiformi.

c. Extremum insertum arytaenoideae, mox supra Cricoarytaenoideum lateralem, *b.* Fig. XXX.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VII. *c. d.*

d. Ala sinistra cartilaginis thyreoideae, *e.* hîc truncata.

FIG. XXXII.

Thyreoepiglotticus major, et Thyreoarytaenoideus alter.

a. b. c. *Thyreoepiglotticus major*, qualis nonnumquam animadversus: *b.* origo ejus a cartilagine thyreoidea, juxta exteriorem partem superioris originis Thyreoarytaenoidei: unde primum etc. ut in Fig. XXVIII. *g.*

c. Fasciculus ejus, qui per Thyreoarytaenoideum alterum *h.* transit; cum caeterum procedat pone eum.

d. d. e. Portio accessoria, oriens *d.* ab exteriore parte marginis superioris cartilaginis cricoideae, a latere.

f. Commune extremum, pertinens *g.* ad marginem epiglottidis.

h. *Thyreoarytaenoideus alter*, *i.* hîc rescissus. Fig. XXXI. *a. c.*

(1) Crico - lateri - arytaenoideus, *Dumas*.

TABULA LXIV.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Levator palati mollis, Circumflexi palati, a parte inferiore, una cum palato molli, uvula, faucium in nares aditu, tubis Eustachianis.

a.b.c.d.e.f. Levator palati mollis (1): *a.* principium tendinosum, quo oritur ab extremo osse petroso, quâ os ipsum tuba Eustachiana perforatum est; et quidem ab inferiore parte canalis illius extremi, statim sub principio partis illius tubae, quae tota mollis est: *b.* hac parte ad palatum procedit: *c.* hac per palatum, latescens magis magisque: *d.* pergit ad mediam palati longitudinem, a postico margine palati ossei, usque ad radicem uvulae, ubi se dexter sinisterque continuant inter se: Tab. LXI. Fig. XIV. *k.*

e. Pars inferior, separatum lacertum efficiens: *f.* portio, quae se fine tendineo tenui innectit membranae tendinosae, quae incedit per superiora palati mollis, veniens e naribus; et cum ea ad medium posticum marginem palati ossei pertinere videtur: T. LXI. Fig. XIV. *i.*

In Syntaxi, a parte posteriori T. LXI. Fig. XIV. *g.h.i.k.l.*

g.h.i k.l. *Circumflexi palati* (2): origo ab extremo osse petroso, ju-

(1) Sphenopharyngeus, *Riolanus;* Pterygostaphilinus internus, *Marchetti;* Sphaenopalatinus, *Cowper;* Salpingostaphylinus, *Valsalva;* Pteri - staphilinus externus, *Douglas;* Sphaenostaphilinus, *Drake;* Salpingo - staphylinus, *Santorini*, *Heisterus*, *Winslow.*

(2) Pterygostaphilinus externus, *Marchetti;* Pterygopalatinus, *Cowper*, *Morgagni;* Musculus tubae Eustachianae novus, *Valsalva;* Palato - salpingaeus, *Douglas;* Sphaeno - Salpingo - Staphylinus, *Winslow.*

xta externum latus Levatoris palati mollis: *i.* ejus latus tendo, per palati mollis initium procedens, et insertus *k.* postico lunato margini palati ossei: *l.* hîc lati tendines, dexter et sinister, conveniunt et se conjungunt.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XVI. *i.* - *n.*

m. m. Membrana superior palati mollis.

n. Uvula.

o. o. o. o. Hîc membrana faucium per ambitum rescissa.

p. Hîc fauces in nares patent.

q. Tuba Eustachiana, quae et in altero latere.

r. Pars membranacea tubae Eustachianae.

u. Extremum os petrosum, quâ id tuba Eustachiana perforatum est, unde *v.* in dextro latere tuba *r.* procedit. Est *o.* Fig. II.

FIG. II.

Circumflexus palati, a parte inferiore.

a. Principium tendineum, oriens *b.* ab extremo osse petroso, quâ tuba Eustachiana perforatum est; et ab inferiore quidem parte canalis illius extremi, statim a latere externo partis illius tubae, quae tota mollis, itemque principii Levatoris palati mollis.

a. c. Inde a superiore parte tendineum illud principium per marginem musculi excurrit, usque ad *c.*

d. Principium anterius, oriens *e.* ab interiore eminente pariete (Tab LXIII. Fig. IV. *p.*) sinus oblongi, impressi radici parietis interni processus pterygoidei ossis multiformis, ab exteriore parte.

f. Principium tendineum lamellae alterius, adhaerens superiori parti lateris externi cartilagineae naturae, quae adscribitur tubae Eustachianae: unde hîc *g. g.* rescissum.

h. Caro communis.

i. Principium tendinis, in quem abit. Qui post circum ha-

mulum *k.* processus pterygoidei ossis multiformis se flectit; latus ibi, sed in angustum corrugatus.

l. Posteaquam se flectit, explicat se per palati mollis initium, specie aponeurosis, inseritque *m.* postico lunato margini palati ossei, usque ad suturam palati: et demum conjungit se cum pare sui, *l.* Fig. I. a quo hîc *n.* rescissus.

o. Extremum os petrosum, quâ tuba Eustachiana perforatum est.

FIG. III.

Constrictores isthmi faucium, cum Palatopharyngeis, a parte priore.

a.b.c.d.e. *Constrictor isthmi faucium* (1): *a.* hîc surgit a superiore parte marginis linguae circa radicem: *b.* hac parte a lingua ad palatum ante tonsillam procedit, per arcum illum, qui in faucibus a latere linguae pertinet ad palatum molle: *c.* hac per palatum molle: *d.* hîc dexter cum sinistro convenit, unaque subtilibus praeterea portionibus in uvulam excurrunt *e.*

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XVII. *f. g.*

f. g. *Palatopharyngei* pars, quae per palatum molle decurrit supra Constrictorem isthmi, sub Levatore palati mollis: *f.* pars, quae ante Constrictorem illum nuda est ab eo: *g.* pars, quae post eum nuda.

Adde Fig. IX. *k. l.*; X. *s.* et XI. XII. *d.* etc.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XVII. *k. l.*

FIG. IV.

Azygus uvulae, a parte superiore et posteriore (2).

a. Principium, quod initio tendineo tenui implicatum mem-

(1) Glosso - staphylinus, *Valsalva, Douglas, Cowper, Santorini, Winslow.*

(2) Columellae musculus teres, *Morgagni;* Palato - staphylinus, *Douglas;* Staphylinus, vel Epistaphylinus, *Winslow.*

branae tendinosae *d. d.* extremis tendineis Levatorum palati illius, juxta suturam palati ossei, ut ab eo procedere videatur.

b. Hinc decurrit per medium palatum molle, et *c.* per uvulae longitudinem.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *m.*

d. d. Membrana tendinosa, quae ex naribus veniens, incedit per superiora palati mollis, sub ejus tegumento, quod per membranae illius ambitum hîc tamquam incisum exhibitum. Tab. LXI. Fig. XIV. *m.*

e. e. Palatum molle.

f. Uvula.

g. g. Arcus posteriores, qui se a palato molli per latera faucium demittunt.

FIG. V.

Constrictor pharyngis inferior, medius et superior, cum Buccinatore, a latere.

a. *Constrictor inferior pharyngis* (1).

b. b. c. d. Caput, quod a cartilagine thyreoidea oritur; et quidem *b. b.* ab exteriore parte marginis superioris, ante processum superiorem; proximoque tuberculo, quod est ad radicem processus illius; tum et ab eminentia oblonga, quae est in latere thyreoideae: *c.* a margine inferiore ante processum inferiorem: *d.* ab exteriore parte proeesssus inferioris.

e. e. Caput, oriens ab inferiore parte lateris externi cartilaginis crieoideae, juxta partem ejus posteriorem, mox infra processum inferiorem thyreoideae, qui ericoideam eontinet.

Inter eapita haee duo, juxta *d.* aecipit portionem a Cricothyreoideo, *d. d.* Tab. LXIII. Fig. XXIV.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. III. *z.*

(1) Thyro - pharyngeus, et Crico - pharyngeus, *Valsalva, Santorini, Winslow;* Crico - thyro - pharyngeus, *Dumas.*

f. Constrictor medius pharyngis (1).

g. Caput alterum, quod latius; oriens a superiore et exteriore parte extremi cornu ossis hyoidis.

h. Caput alterum, oriens ab ossiculo graniformi hyoidis. *In Syntaxi*, Tab. LXI. Fig. III. *w. x. y.*

i. Constrictor superior pharyngis (2).

k. Pars summa, quae a parte superiore marginis postici tendinis Circumflexi palati exit, ubi ille ultra hamulum jam processit in palatum. Vide ejus ortum Tab. LXI. Fig. XV. *o.*

l. Pars, quae oritur ab interiore parte hamuli processus pterygoidei ossis multiformis, et a lamella interna processus illius ad hamuli radicem.

m. Hîc medio Buccinatoris principio continuatus.

n. Pars, quae oritur ab interna parte maxillae inferioris, juxta superiora fossulae molaris postremi, unde rescissa.

o. Pars pertenuis, quae procedit a latere radicis linguae, ubi primum Styloglossus attingit Ceratoglossum.

p. Pars, quae accedit a Genioglossi fibris, quas ille per latus pharyngis curvat.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. III. *p.q.r.s.t.u.n.*

q. Buccinator: r. origo ab exteriore parte extremi hamuli processus pterygoidei ossis multiformis: *s.* origo a fundo intercapedinis, quae est inter hamulum et lamellam externam processus ipsius: *t.* hîc a maxilla superiore oritur pone molarem intimum statim supra gingivam: *u.* hac parte oritur a maxilla inferiore, ab eminentia oblonga, quae est inter intimi molaris partem exteriorem et radicem processus coronoidei.

m. Intermedio loco continuatus Constrictori superiori pharyngis. *In Syntaxi*, Tab. LX. *y.* in capite.

(1) Hyo-pharyngeus, *Valsalva, Morgagni, Santorini, Winslow;* Hyo-glosso-basi-pharyngeus, *Dumas*.

(2) Myloglossus, *Riolanus, Spigelius;* Mylopharyngeus, *Santorini;* Pterygopharyngaeus *Drake;* Glosso-pharyngeus, *Santorini, Winslow;* Pterygo-pharyngaeus, *Morgagni, Santorini, Winslow*.

v. Lingua.

w. Styloglossus, truncatus x.

y. Lingualis.

z. Truncatus Ceratoglossus cum Basioglosso.

α. Genioglossus, oriens β. β. ab aspera eminentia, quae est in interiore parte maxillae inferioris, propter ejus symphysim: γ. hîc tenues fasciculos per latus pharyngis curvat, quorum alii δ. accedunt ad Ceratoglossum et Styloglossum, alii ε. in membrana pharyngis evanescunt, alii p accedunt ad Constrictorem superiorem pharyngis.

ζ. Maxilla inferior. η. η. hîc truncata.

FIG. VI.

Constrictores pharyngis inferiores, medii, superiores, a parte posteriore.

a. a. Constrictores inferiores pharyngis: b. b. origo a cartilagine cricoidea: *c.* mucro, in quem a superiore parte desinunt: *c.-d.* hîc fibrae convenientes, angulos efficiunt, eo minores, quo superiores: *e.* hîc dextrae sinistris incurvo ductu continuatae.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VI. *a.b.c.d.e.*

f. Stomachi fibrae interiores transversae, hac parte nudae: *g.g.* exteriores, ex lateribus oblique retrorsum descendentes: *h.* Stomachus truncatus.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. VI. *f. g. g.*

i. i. Constrictores medii pharyngis, qui magnam partem subjacent inferioribus *a. a. c.*

k. Mucro in quem a superiore parte desinunt; qui in multis tenuis repertus, affixusque ossi occipitis ante foramen magnum, a parte inferiore.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. IX. *a. b. c.*

l. l. Constrictores superiores pharyngis, qui magnam partem subjacent mediis *i. i. k.*

m. m. Partes quae *n. n.* oriuntur a maxilla inferiore, juxta dentes molares intimos: *o. o.* hîc rescissi a Buccinatoribus.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. X. *a.* - *g.*

p. p. Dentes molares intimi.

FIG. VII.

Constrictores pharyngis medii, a parte posteriore.

a. Mucro superior, in quem conveniunt.
b. Mucro inferior.
Inter hos mucrones a *b.* ad *c.* fibrae in angulos conveniunt: supremae in acutos deorsum patulos: sequentes in majores, donec directo conveniant: post has quae sequuntur in angulos sursum patulos, eoque minores, quo inferiores.
c. c. Cornua extrema ossis hyoidis.

FIG. VIII.

Constrictores pharyngis superiores, a posteriore parte.

a. Pars inferior, quae superiorem partem *b.* decussat: *c.* pars, quae oritur *d.* ab interna parte maxillae inferioris, juxta dentem molarem intimum: *e.* hîc rescissa a Buccinatore.
f. Mucro, in quem dexter sinisterque superius conveniunt.
Inter *f.* et *g.* fibris suis in angulos conveniunt.
h. h. Dentes molares intimi inferiores.

FIG. IX.

Stylopharyngei, Palatopharyngei, Salpingopharyngei.

a. *Stylopharyngeus* (1).
b. Principium tendineum, oriens *c.* interius a portione illa

(1) Stylo-thyro-pharyngeus, *Dumas*.

quae processui styliformi adjuncta est, plerumque mobili.

d. Pars superior, minor, quae se ad Palatopharyngeum *l.* adjungit: *e.* pars inferior, major, cujus portio *f.* inserta lateri externo marginis cartilaginis thyreoideae, ad radicem processus superioris: portio *g.* inserta subsequenti parti marginis usque ad radicem processus inferioris.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XI. *f.* etc.

h. - *l.* *Palatopharyngeus* (1): *h.* pars, quae per palatum molle incedit, supra Levatorem palati illius: *i.* hîc juxta posticum marginem palati ossei exit a membrana tendinosa, quae e naribus procedit per superiora palati mollis.

Caeterum in medio palati mollis, fere a postico margine palati ossei usque ad radicem uvulae, dexter sinisterque continuantur inter se.

k. Pars quae sub Levatore jacens palati mollis exit ab aponeurosi Circumflexi palati: Fig. XI. *b.*: *l.* hîc veniens e palato molli, curvat se per lateralem partem pharyngis, dein pergit per posteriorem, conjungens se cum Stylopharyngeo *d.*

m. Commune extremum Stylopharyngei et Palatopharyngei incedens per posteriora membranae pharyngis: *n.o.* hîc extrema illa (dextrum et sinistrum) conveniunt inter se: *p. o. p.* hîc in posticam partem membranae pharyngis evanescunt, et ad *p. p.* inseruntur cartilagini thyreoideae.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XI. *e. o.* etc.

q. *Salpingopharyngeus* (2), qui se ad interiorem partem Palatopharyngei adjungit: *r.* origo ab inferiore et priore parte cartilagineae portionis, quae tubae inest Eustachianae.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *q.*

Pharynx a superiore parte aperta est, rescisso quidquid

(1) Musculus columellae, *Morgagni*; Thyreo - staphilinus, *Douglas*; Thyro - palatinus, cum Hypero - pharyngaeo, *Santorini*; Thyro - pharyngo - staphilinus, *Winslow*.

(2) Petro - salpingo - spheno - pharyngeus, *Dumas*.

a basi cranii usque ad Palatopharyngeorum marginem superiorem est *l. n. l.*

s. s. Hinc rescissa pharyngis pars posterior.

t. u. v. Tuba Eustachiana: *t.* adhuc tecta membrana, quae interiora faucium vestit: *u.* hîc nuda, qua parte adjacebat Levator palati mollis: *v.* ostium quo patet ad latus foraminis narium postici.

w. Septum narium, membrana vestitum.

x. x. Concava narium.

y. Os spongiosum inferius, mucipara membrana tectum.

z. z. Hinc resecta membrana, quae vestit narium concavum.

α. α. Membrana tendinosa, quae venit e naribus, et incedit per superiora palati mollis.

β. Paries externus processus pterygoidei cum hamulo *γ.*

δ. Uvula.

ε. ε. Cartilago thyreoidea.

ζ. Membrana nuda interior pharyngis et stomachi: *η.* hîc truncata.

θ. Processus styliformis ossis temporis.

FIG. X.

Stylopharyngei, Palatopharyngei, Salpingopharyngei.

a.b.c.d.e. Stylopharyngeus: b. principium tendineum, *c.* rescissum a processu styliformi ossis temporis. *d. e.* Ut Fig. IX.
In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *r.*

f. g. h. Palatopharyngeus: f. pars, quae est *h.* Fig. IX. cum pare sui per mediam palati longitudinem continuata: *g.* ut *i.* Fig. IX.: *h.* ut *k.* Fig. IX.
Ab *i.* ad *i.* rescissae Palatopharyngei et Stylopharyngei partes, quae per posteriora membranae pharyngis decurrunt.
In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *n. o. p.*

k. Salpingopharyngeus: l. ut *r.* Fig. IX.

m. Commune extremum Palatopharyngei et Salpingopharyngei, quod se per latus pharyngis demittit, eminetque

intra eam, ac facit arcum posteriorem, qui per latus faucium a palato molli descendit.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *w*.

n. o. Communis extremi Stylopharyngei et Palatopharyngei pars a Stylopharyngeo producta; cujus pars *n.* decurrit intus per ligamentum laterale epiglottidis ad lateralem epiglottidis marginem: pars *o.* inserta margini superiori cartilaginis thyreoideae, inter processum ejus superiorem et epiglottidem.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XIII. *x. y.*

p. Uvula.

q. q. Palati mollis margines postici.

r. r. Tonsillae.

s. Lingua.

t. Epiglottis.

u. Cartilago thyreoidea.

FIG. XI.

Palatopharyngei.

a. Pars, quae est *h.* Fig. IX.: *f.* Fig. X. *b. b.* Hîc exit ex aponeurosi Circumflexi palati.

In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. XV. *p.*

c. Pars, quae se per latus pharyngis demittit, eminetque intra eam, et facit arcum posteriorem, qui per latus faucium a palato molli descendit. Tab. LXI. Fig. XV. *t.*

Ab *d.* ad *d.* rescissae Palatopharyngei et Stylopharyngei partes, quae per posteriora membranae pharyngis decurrunt.

e. f. Communis extremi etc. ut Fig. X. *n. o.*

FIG. XII.

Stylopharyngeus et Palatopharyngeus a latere.

a. *Stylopharyngeus*, *b.* truncatus.

c. Portio ejus, quae se adjungit ad superiorem partem Palatopharyngei.
In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. IV. *d. e.*

d. œ. Palatopharyngeus, œ. truncatus.
In Syntaxi, Tab. LXI. Fig. IV. *f. f.*

e. f. Commune extremum, ut Fig. X. *n. o.* Fig. XI. *e. f.*

g. h. Partes ad Stylopharyngeum pertinentes, quae sunt *f. g.* Fig. IX.

i. Pars infra in membranam pharyngis evanescens.

k. Membrana pharyngis cum continuata membrana stomachi.

FIG. XIII.

Levatores ani cum sphinctere interno a parte posteriore.

a. - k. Levatores ani, quamdam infundibuli formam referentes, unaque (praeter portiones coccygi affixas) simul taeniam efficientes, quae circum intestinum rectum imprimis ducta, extremis suis pelvis lateribus, angulis penis et bulbo urethrae affixa. In ejus ambitu praeter intestinum rectum, etiam inferiora vesicae cum vesiculis seminalibus et prostata continentur: vagina in foemina (1).

a. a. Partes priores ex interiore parte: *b.c.d.* origo ex interiore parte ossis pubis, *b.* circa inferiora synchondrosis; indeque *b. c.* parte carnea, *c. d.* tendinea, per superiora retrorsum circa principium Obturatoris interni.

e. Tendo, qui marginem superiorem facit, a summo ortus ab osse pubis, per latus pelvis, fere usque ad acutum ischii processum.

f. Origo ab acuto ischii processu: *g.* pars posterior ab exteriore parte.

h. Hîc se subtus inserit priori margini coccygis ossium ultimi et penultimi.

(1) Musculus sedem attollens; *Vesalius;* Latus, *Columbus;* Major levator ani, *Riolanus; Pubio-coccigi-annulaire, Dumas.*

i. Extremum tendineum, quo se alter alteri mox infra coccygem continuat, fibris angulos efficientibus deorsum patulos: *k.* hîc se carne sua continuant.

In Syntaxi, Tab. LVII. *e. e.* in inferiore trunci parte, ubi subeunt Sphincterem ani externum *f.*

l. l. *Sphincter ani internus* (1). *In Syntaxi* non exhibitus.

m. m. Extremum intestini recti.

n. Anus.

o. o. Locus synchondrosis ossium pubis *p. p.*

FIG. XIV.

Levatores ani cum Sphinctere interno, a parte priore.

a. - g. *Levatores ani*: *a. b. c.* ut in Fig. XIII. *b. c. d.*

d. Fig. XIII. *e.*

e. Pars tenuis, quae venit *f.* ex angulo, in quem caput penis cum corpore spongioso urethrae coit, et porro usque ad *g.* a latere superioris partis bulbi urethrae.

h. Bulbus urethrae, abeuns in corpus spongiosum urethrae *i.*

k. Urethra cum corpore spongioso suo truncata.

l. *Sphincter ani internus.*

m. m. n. Ut in Fig. XIII.

o.o.o.o.o. Hîc ossa pubis truncata, excissaque pars, ut Levatores cerni possent.

FIG. XV.

Levator ani sinister a latere, ab exteriore parte.

a. Tendo, ut Fig. XIV. *d.* Fig. XIII. *e.*

b. c. d. Origo ab interiore parte ossis pubis, *b. c.* parte tendinea, *c. d.* carnea, circum principium Obturatoris interni.

e. Origo ab interiore parte acuti processus ischii.

(1) Sphincter cutaneus ac superficialis, *Riolanus*; Sphincter intestinalis seu orbicularis, *Winslow*; *Recto - cutané - sphincter*, *Dumas*.

f. Ut Fig. XIV. *e.*

g. Insertio priori margini coccygis ossium penultimi, *h.* ultimi.

i. k. Hac parte se alter alteri infra coccygem continuat.

l. l. l. Truncatum ischion, *m.m.m.n.* os pubis, *n.o.o.* ischii tuber; quo, excisso osse, cerni Levator possit.

FIG. XVI.

Levator ani dexter a latere, ex interiore parte.

a.b.c.d.e.f.g.h. Ut in Fig. XV.

i. k. Hac parte se alter alteri infra coccygem continuat: *i.* parte tendinea, *k.* carnea. Unde alter rescissus.

l. Sinistrum os ischium, *m.* pubis.

FIG. XVII.

Sphincter externus ani a parte posteriore (1).

a. Mucro posterior, qui adhaeret coccygi extremo. Unde fibrae, ad anum usque *b.* ex utroque latere convenientes, angulos efficiunt deorsum patulos: superiores acutos, et ut sequuntur majores.

In Syntaxi, Tab. LVII. *f.* in inferiore trunci parte.

FIG. XVIII.

Sphincter ani externus, a parte priore.

a. Fibrae ex utroque latere convenientes, quae angulos efficiunt deorsum patulos, quorum superiores acuti, sequentes majores.

(1) Musculus orbicularis recti intestini, *Columbus;* Sphincter primus et externus, *Riolanus;* Constrictor, *Spigelius;* Sphincter cutaneus, *Winslow. Coccigio-cutané-sphincter, Dumas.*

b. Cauda, in quam abit, quae ad postremum evanescit in perinaeo.

c. c. Pars quae supra caudam *b.* exit in mucronem quasi triangularem, qui se innectit inferiori parti Acceleratorum, quâ illi coeunt inter se.

In Syntaxi, Tab. LV. θ. in trunco. Tab. LIV. λ. in trunco.

d. Bulbus urethrae, abeuns in corpus spongiosum *e.* urethrae.

f. Urethra cum corpore suo spongioso truncata.

FIG. XIX.

Acceleratores, Transversus perinaei, Transversus perinaei alter, Erectores penis.

a. b. c. c. Acceleratores (1) bulbum urethrae, quâ eminet, amplectentes. Conjungit se alter cum altero *b.* per mediam bulbi longitudinem: et ubi conjungunt se, fibrae angulos faciunt: *c. c.* Mucrones priores, quibus a pene procedunt.

In Syntaxi, Tab. LV. η. η. in trunco.

d. Transversus perinaei (2): *e.* Extremum, quod partim adjungit Acceleratori, partim Sphincteri ani externo, et pari etiam sui continuare solet.

In Syntaxi, Tab. LV. ι. in trunco.

f. Transversus perinaei alter (3): *i.* hìc se extremo suo ad Erectorem penis inflectens inter eum et Acceleratorem pertinebat in angulum, in quem caput penis cum bulbo urethrae coit.

(1) Inferior sive urethram trahens, *Spigelius;* Musculus urethrae, *Riolanus;* Dilatator urethrae *Marchetti*, *Graaf;* Bulbo-cavernosus, *Winslow;* Bulbo-syndesmo-cavernosus, *Dumas*.

(2) Transversalis penis, *Cowper;* Levator ani parvus, *Riolanus;* Transversalis urethrae, *Morgagni*, *Winslow;* Ischio-pubi-prostaticus, *Dumas*.

(3) Urethrae elevator sive ejaculator, *Santorini*. An prostaticus inferior, *Winslow?* In foemina depressor urethrae, *Santorini;* Ischio-pubi-prostaticus, *Dumas*.

k. l. m. *Erectores penis* (1): *l.* Extremum tendineum, insertum *m. m.* corpori spongioso majori penis, ultra caput ejus.
In Syntaxi, Tab. LV. ζ. ζ. in trunco.

n. n. o. Penis: *n. n.* corpora spongiosa majora: *o.* corpus spongiosum urethrae: *p.* penis truncatus.

FIG. XX.

Transversus perinaei a parte posteriore.

a. Origo ab interiore parte tuberis ischii.
In Syntaxi, Tab. LVII. *h.* in inferiore parte trunci.

FIG. XXI.

Transversus perinaei alter, a parte posteriore.

a. Origo ab interna parte ossis pubis, inter ima tuberis ischii et pubis synchondrosim.
In Syntaxi, Tab. LVII. *g.* in inferiore trunci parte.

FIG. XXII.

Erector penis a parte posteriore.

a. Principium tendineum, quod oritur *b. b.* ab interiore parte tuberis ischii, paulo ante connexionem ejus cum osse pubis.

FIG. XXIII.

Musculus vesicae, a latere.

Hunc, quamvis perraro invenerim, addere tamen ob ele-

(1) Posterior penis musculus, *Columbus*; Collateralis sive penem erigens, *Spigelius*; Ischio-cavernosus, *Winslow, Dumas*.

gantiam visum est. An fortasse is est, qui olim visus ad prostatam pertinere, *Compressor* ejus vocatus (1)?

a. Oriebatur ab interiore parte ossis pubis, inter ima synchondrosis, finitimamque superiorem partem magni foraminis, juxta ortum Levatoris ani interius.

b. Inde flectebat se circum vesicae latus, mox supra prostatam, latescens sensim.

c. c. Ad postremum valde extenuatus, continuabat se vesicae fibris, vel in eas potius abibat.

d. Vesica.

e. Prostata.

f. f. Hîc os pubis sinistrum truncatum, remotumque reliquum ossis coxae, quo musculus cum vesica et prostata cerneretur.

(1) Prostatae Levator, seu adductor, *Santorini;* Prostaticus superior, *Winslow;* Pubio-prostaticus, *Dumas*.

TABULA LXV.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Obliquus externus abdominis, a latere (1).

a. a. Pars carnea.

b. c. d. d. Caput primum: *c.* principii pars tendinea: *d. d.* origo a costa quinta.

e. f. g. g. Caput secundum: *f.* pars tendinea: *g.g.* origo a costa sexta.

h. i. k. k. Caput tertium: *i.* pars tendinea: *k.k.* origo a costa septima.

l. m. n. n. Caput quartum: *m.* pars tendinea: *n. n.* origo a costa octava.

o. p. q. q. Caput quintum: *p.* pars tendinea: *q.q.* origo a costa nona.

r. s. t. t. Caput sextum: *s.* pars tendinea: *t.t.* origo a costa decima.

u.v.w.w.x. Caput septimum: *v.* pars tendinea: *w. w.* origo a costa undecima: *x.* pars connexa cum Transversi abdominis principio, ibi ex ejus tendinea parte exeuns.

y. z. A. Caput octavum: *z.* pars tendinea: *A.* origo a cartilagine costae duodecimae.

Capita oriuntur margine oblique posito, ab ora inferiore costae, per costae ipsius partem exteriorem, in priora versus marginem ejus superiorem ducto.

B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M. Aponeurosis.

C. C. Hîc sub ea eminet caro Obliqui interni.

D. Hîc sub eâdem simul et sub aponeurosi Obliqui interni eminet caro Transversi.

E.E.E.E. Hîc Recti caro.

F. F. F. Hîc per aponeuroses illas apparent lineae tendineae Recti.

(1) Obliquus descendens, *Vesalius, Columbus,* aliique; Ilio - pubi - costo - abdominalis, *Dumas*.

G. Hîc sub iisdem eminet Pyramidalis.

H. H. I. K. Duae partes, in quas aponeurosis se findit, inde ad pubem usque distinctae, tendinum specie: ex quo fissura fit, per quam elabitur funiculus vasorum spermaticorum cum Cremastere: in foemina exit ligamentum rotundum uteri.

K. Hîc partium mododictarum exterior inserit se tuberculo, quod e superiore et priore parte ossis pubis eminet; proximaeque spinae, quae est ab externo illius tuberculi latere: ex parte etiam ab interno ejusdem tuberculi latere cum ligamentis se commiscet, quae pubis synchondrosim a priori parte continent.

L. Pars tenuior, ab altero tendinum mododictorum ad alterum pertinens, eosque connectens inter se. Sub qua parte funiculus vasorum spermaticorum decurrit, cum Cremasteris principio; *M.* hîc exeuntia.

N. N. Imus margo tendineus, a cristae iliûm extremo priore pertinens ad pubem.

O. P. Aponeurosis, *P. Q.* pars carnea, aliis in tendinosum finem extenuata, inserta superiori et exteriori parti prioris longitudinis cristae ossis iliûm.

R. Aponeurosis inserta cartilagini costae sextae.

In Syntaxi, Tab. LX. *S.* etc. in trunco.

FIG. II.

Obliquus externus abdominis, a parte priore.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. Ut in Fig. I.

o. p. Caput quintum: *p.* origo a costa nona.

q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. Aponeurosis.

r. r. Hîc caro Obliqui interni sub ea eminet.

s. Ut in Fig. I. *D.*

t. t. t. t. Hîc Recti caro eminet.

u. u. u. u. Hîc per aponeuroses illas apparent lineae tendineae Recti.

v. Hîc Pyramidalis sub iisdem eminet.

w. w. Ut in Fig. I. *N. N.*

x. x. y. y. Ut in Fig. I. *H. H. I. K.*

z. Pars tenuior, ut in Fig. I. *L.* Sub qua parte funiculus vasorum spermaticorum cum Cremasteris principio decurrit. Infraque eam, juxta pubem, funiculus elabitur per annulum Obliqui hujus; qui annulus parvus est *A.*, relinquiturque inter partem hanc *z.*, tendines *x. y.* et os pubis.

B. B. B. etc. Fila tendinea, subtilia, rara; quae decussant aponeurosis fila illa, quae carneorum in modum porrecta sunt. Ab iis fit pars *z.*, ab altero tendinum *y. y. x. x.* per alterum excurrentibus.

C. Pars summa aponeurosis, inserta priori parti cartilaginis costae sextae.

D. Pars inserta priori parti extremae cartilaginis costae septimae.

E. Pars inserta ossi cartilaginis mucronatae.

E. F. F. F. Linea alba, in qua Obliquorum externorum aponeuroses se decussant, continuantque, et cum subjectis conjungunt.

G. Foramen in linea alba, per quod in embryone exibant vasa umbilicalia.

H. Hinc procurrentes aponeuroses dextri et sinistri se decussant et commiscent cum ligamentis, quae pubis synchondrosim a priori parte continent.

I. Pars ima procurrens, et se commiscens cum iisdem ligamentis, et cum iis inserens *K.* ossi pubis opposito.

In Syntaxi, Tab. LII. *d.* etc. in trunco.

L. Pubis ossium synchondrosis, ligamentis a priori parte constricta.

FIG. III.

Obliquus internus abdominis, a parte posteriore (1).

a. a. Latus tendo, qui duabus aponeurosibus incipit: quarum

(1) Obliquus adscendens, *Vesalius, Columbus, Fabricius* aliique; Obliquus alter seu interior, *Santorini*; Ilio - lumbo - costi - abdominalis, *Dumas*.

exterior subjecta lato tendini Latissimi dorsi *i.* ipsi superinducto et adnexo.

b. b. Principium tendineum, oriens a superiore parte cristae iliûm.

c. Pars carnea.

d. e. Extremum, insertum exteriori parti marginis inferioris costae duodecimae, *d.* partis osseae extremae, *e.* cartilagineae.

f. g. Extremum, insertum exteriori parti marginis inferioris costae undecimae, *f.* osseae partis extremae, *g.* cartilagineae.

h. Extremum, quod ad costam decimam pertinet.

i. Latus tendo, quo Latissimus dorsi incipit: *k. k.* hinc rescissus ipse tendo, ubi subtus non amplius cohaeret cum lato tendineo principio Obliqui interni.

In Syntaxi, Tab. LVII. *M.* etc. in inferiore trunci parte.

FIG. IV.

Obliquus internus abdominis a parte priore, cum Cremastere.

a. Pars carnea.

b. Origo a superiore parte cristae iliûm.

c. c. Margo procedens a margine tendineo Obliqui externi abdominis.

d. d. Carnea pars inserta inferiori parti cartilaginis costae decimae.

e. e. e. Aponeurosis, hac parte simplex, antequam Rectum attingat, quae inserta *f. f.* inferiori parti cartilaginis costae nonae.

g. g. g. h. Lamella prior earum, in quas se dividit aponeurosis illa juxta Rectum: *h.* hîc lamella illa affixa inferiori parti costae nonae.

Inter *g.* inferiorem, et *i.* inferiorem, quod aponeurosis est circa medium inter umbilicum et pubis synchondrosim, simplex manet, a posteriore parte conjunctum

cum aponeurosi Transversi, cum eaque incedens ante Rectum.

i. i. i. Hìc lamella prior, continuoque aponeurosis pars inferior, quae simplex manet, per longitudinem abdominis resecta, ubi se primum cum aponeurosi Obliqui externi conjungunt; posteriorem partem ejus ad lineam albam usque vestientes. Supraque lamella prior secundum marginem thoracis evanescit in illam Obliqui externi aponeurosim. Infra aponeurosis se cum aponeurosi Obliqui externi inserit pubis spinae, tuberculo, ligamentis.

k. k. Lamella posterior earum, in quas aponeurosis se dividit juxta Rectum, post Rectum incedens. In superiore ejus parte, fibrae quaedam tenues fibras praecipuas decussant.

l. m. n. Hìc se affigit imo thoracis margini, qui fit e cartilaginibus costae octavae *l. m.* et septimae *m. n.*

o. p. Hìc se inserit margini osseae partis cartilaginis mucronatae: *p.q.* hìc cartilaginis ipsius: *q.r.* hìc priori parti cartilaginis non longe a mucrone.

s. s. s. Hìc pertinet ad lineam albam.

t. Pars carnis, sub dua decurrit funiculus vasorum spermaticorum leviter eminens per eamque conspicuus. Quae pars deinde supra funiculum decurrit.

u. Haec pars abit in principium Cremasteris. Post eam funiculus spermaticus *y.* per carnem exit.

In Syntaxi, Tab. LIII. *M.* etc. in trunco.

v. w. x. x. *Cremaster* (1) *w.* Principium ab obliquo interno abscedens et adjungens se funiculo vasorum spermaticorum. *x. x.* Extremum extenuatum ad tunicam vaginalem testis desinens.

In Syntaxi, Tab LIII. *p. q.* in trunco.

y. Funiculus vasorum spermaticorum.

z. Synchondrosis ossium pubis, ligamentis a priori parte constricta.

(1) Virilis testis musculus, *Vesalius;* Musculus testiculi, *Columbus*, *Falloppius*.

FIG. V.

Obliquus internus abdominis, a latere.

a. Aponeurosis, duarum illarum, quibus incipit exterior: quae vestit interiorem partem lati tendinis quo Latissimus dorsi incipit; cum eo oriens a spinis vertebrarum lumborum inferiorum trium et sequentibus ossis sacri, et a superiore parte cristae iliûm *b. b.*

c. c. Latus tendo, in quem gemina ejus aponeurosis se conjungit. *d. d.* Ut in Fig. III. *b. b.*

e. e. Hac parte procedit a margine Obliqui externi abdominis.

f. f. Pars carnea. *g. h.* Ut in Fig. III. *d. e.*

i. Hoc margine procedit secundum Intercostalem internum undecimum. *k. l.* Ut in Fig. III. *f. g.*

m. Hoc margine procedit secundum Intercostalem internum decimum.

n. n. Insertio inferiori parti cartilaginis costae decimae.

o. o. o. Aponeurosis, hac parte simplex, antequam Rectum attingat. Eaque hoc margine *p.* secundum Intercostalem internum nonum procedit: dein *q. q.* affixa inferiori parti cartilaginis costae nonae.

r. r. Lamella prior earum, in quas se dividit aponeurosis juxta Rectum.

Inter *r.* inferiorem et *s.* inferiorem. Vide quae dicta sunt in Fig. IV. inter *g.* inferiorem et *i.*

s. s. s. Ut in Fig. IV. *i. i. i.*

t. t. t. Ut in eadem Fig. IV. *k. k.*

u. Pars carnis sub qua decurrit funiculus vasorum spermaticorum, leviter eminens, per eamque conspicuus.

v. Haec pars abit in principium Cremasteris.

In Syntaxi, in Tab. LX. jacet post Obliquum externum abdominis *S.* in trunco etc.

w. Cremasteris principium ab Obliquo interno abscedens.

x. Funiculus vasorum spermaticorum.

y. Cremaster cum funiculo truncatus.

In Syntaxi, Tab. LX. *l.* in trunco.

TABULA LXVI.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Musculi sub pectore, una cum parte proxima thoracis ex interiore parte.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.v.w. T*riangularis sterni* (1): *a.* Caput oriens a costa tertia, principio *b.* tendineo: *c.* origo a cartilaginea parte costae, *d.* ab ossea. *e.* Caput oriens a costa quarta, principio *f.* tendineo: *g.* origo ab ossea parte costae, *h.* a cartilaginea. *i.* Caput oriens a quinta costa, principio *k.* tendineo: *l.* origo a cartilaginea parte costae, *m.* ab ossea. *n.* Pars tendinea communis duorum capitum superiorum, quae in aliis conjuncta cum *o.* parte tendinea capitis inferioris, in aliis separata: eaque inserta *p.* extremae cartilagini costae quartae, *q.* ossi pectoris inter extrema cartilaginis costae quartae et quintae, *r.* extremae cartilagini costae quintae, *s.* ossi pectoris inter extremas cartilagines costae quintae et sextae, *t.* extremae cartilagini costae sextae, *u.* septimae, *v.* ossi cartilaginis mucronatae, *w.* ipsi cartilagini mucronatae.

x.y.z.α. Musculus, Triangulari sterni hîc respondens, nonnumquam inventus: *y.* origo ejus ab ossea parte costae secundae, *z.* a cartilaginea: *α.* extremum tendineum insertum cartilagini costae tertiae.

β.γ.δ.ε.ζ.η.θ. Costae: *β.* secunda, *γ.* tertia, *δ.* quarta, *ε.* quinta,

(1) Pectoralis internus, *Riolanus*; Sterno-costales, *Verheyen*, *Winslow*, *Dumas.*

ζ. sexta, η. septima, θ. octava. ι. κ. λ. μ. μ. ν. ν. ξ. ξ. ο. Extrema cartilaginea costarum illarum.

π. ρ. σ. τ. Os pectoris: π. os primum, quod superius: ρ. secundum, quod medium: σ. tertium, quod inferius, et idem cartilaginis mucronatae: τ. cartilago mucronata.

FIG. II.

Rectus abdominis (1).

a. b. c. Tendo praecipuus quo incipit, quique venit *b.* e superiore et priore parte ligamenti, quo synchondrosis ossium pubis a priore parte constricta, et *c.* exigua portione a proximo osse pubis oritur.

d. e. Tendo alter longius veniens e priori parte *e.* ligamenti ejusdem, et se cum altero tendine *a.* conjungens in unum.

f. g. h. i. Carneae partes quatuor.

k. Linea tendinea dimidia, infra umbilicum.

l. Linea tendinea, quae est e regione umbilici.

m. Linea similis, quae media est inter umbilicum et locum ubi Rectus pectus primum conscendit.

n. Linea tendinea, ubi Rectus pectus conscendit aut conscensurus est.

o. o. Extremum insertum inferiori proximaeque exteriori parti extremae cartilaginis costae septimae.

p. p. Extremum insertum exteriori parti marginis inferioris cartilaginis costae sextae, propius mediam ejus longitudinem ad externum primi latus.

q. q. Extremum exteriori et inferiori parti cartilaginis costae quintae insertum, fere ubi cartilago illa incipit, ad externum latus extremi secundi.

In Syntaxi, Tab. LIII. *Z. Z.* etc. in trunco.

r. Synchondrosis ossium pubis, constricta ligamentis.

(1) Pubio-sternalis, *Dumas*.

FIG. III.

Pyramidalis abdominis (1).

a. b. Principium tendineum, quo oritur *a.* e parte superiore ligamenti, quo pubis ossium synchondrosis a priori parte constricta; et *b.* a proxima pubis ossis parte.

c. Pars carnea.

d. Extremum latum, quo ad lineam albam pertinet. *In Syntaxi*, Tab. LIII. *l. m.* in trunco.

e. Synchondrosis ossium pubis, constricta ligamentis.

FIG. IV.

Transversus abdominis cum Triangulari sterni a parte priore.

a – v. *Triangularis sterni.*

a. b. c. d. Capitis, quod ab interiore parte costae tertiae oritur, principium tendineum, oriens *b. c.* ab extrema ossea parte, et *c. d.* cartilagineae principio.

e. f. g. h. Capitis, quod a costae quartae interiore parte oritur, principium tendineum, oriens *f. g.* ab extrema ossea parte, et *g. h.* cartilagineae principio.

i. k. l. m. Capitis, quod a costae quintae parte interiore oritur, principium tendineum, oriens *k. l.* ab extrema ossea parte, et *l. m.* a cartilagineae principio.

n. n. Pars tendinea, in quam caro abit ex conjunctione duorum capitum superiorum, quae in aliis conjuncta cum *u. u.* extrema tendineo capitis inferioris, in aliis separata. Inserta interiori parti *o.* extremae cartilaginis costae quartae, *p.* ossis pectoris inter extrema cartilaginum costae quartae et quintae, *q.* extremae cartilaginis costae quintae, *r.* ossis pectoris inter extrema cartilaginum costae quintae et sextae, *s.* extremae cartilaginis costae sextae, *t.* septimae.

(1) Carneum operculum, *Arantius*; Pubio-umbilicalis, *Dumas*.

u. u. Extremum tendineum, in quod abit caro capitis tertii: *v.* insertum margini ossis cartilaginis mucronatae. Fig. I. *v. w.*
In Syntaxi, Tab. LIV. *x.* in trunco. Hujus Tabulae Fig. I.

w.-v. *Transversus abdominis* (1).

w. Caput primum, *x.* principio tendineo oriens ab interiore parte costae sextae: *y.* ab extrema parte ossea, et *z.* proxima cartilaginea.

α. Caput secundum, *β.* principio tendineo oriens *γ. γ.* ab interiore parte cartilaginis costae septimae.

δ. δ. δ. δ. Principium in partes aliquot fissum, quo oritur *δ. δ. δ. δ.* ab interiore parte cartilaginis costae octavae.

ε. Aponeurosis, qua ex intervallo costae octavae et nonae venit. Fig. V. *i.*

ζ. Origo ab interiore parte cartilaginis costae nonae.

η. Aponeurosis, qua venit ex intervallo costae nonae et decimae. Fig. V. *m.*

θ. Origo ab interiore parte cartilaginis costae decimae.

ι. - undecimae.

κ. Origo a crista ilium.

λ. λ. Margo qui procedit a margine tendineo Obliqui externi abdominis.

μ. Pars carnea.

ν. ν. Aponeurosis, in quam abit.
In Syntaxi, Tab. LIV. *l.-q.* in trunco.

ξ. ξ. Truncata lamella posterior aponeurosis Obliqui interni, qua se primum cum aponeurosi Transversi, extremoque tendineo Triangularis sterni conjungit.

o. o. Truncata aponeurosis Obliqui interni, qua se primum conjungit cum aponeurosis Transversi parte illa, quae ante Rectum et Pyramidalem incedit.

π. Lamella posterior aponeurosis Obliqui interni abdominis, superinducta aponeurosis Transversi parti illi, quae Recto subjecta: unaque cum ea inserta *ρ.* priori parti cartilaginis mucronatae, non longe ab ipsius mu-

(1) Lumbo - ili - abdominalis, *Dumas*.

crone; et σ. inferiori parti marginis cartilaginis ejusdem; et tandem eidem margini, et τ. margini partis osseae, conjuncta ibi cum extremo tendineo Triangularis sterni.

$\varphi.\varphi.\varphi.\chi.\chi$. Hîc aponeurosis Transversi, una cum superinductis sibi partibus aponeurosis Obliqui interni, ad lineam albam pertinet.

ψ. Fissura aponeurosis Transversi, media inter umbilicum et pubis synchondrosim: effecta ex eo quod aponeurosis illa ibi se juxta Rectum, indeque ad lineam albam usque ex transverso findit; ac superiore parte earum in quas se findit pone Rectum, inferiore ante eum et Pyramidalem incedit.

ω. ω. Linea alba. A qua hîc *A. A.* rescissa aponeurosis Obliqui externi una cum lamella priore aponeurosis Obliqui interni.

B. etc. Hîc truncatae costae; *C. D. E. F.* hîc cartilagines earum, *C.* quartae, *D.* quintae, *E.* sextae, *F.* septimae; *G. G.* hîc os pectoris, ut cerni possint Triangularis et Transversus, qua post ea siti.

FIG. V.

Transversus abdominis a latere.

a. b. c. d. Caput primum: *a.* pars carnea: *b. c. d.* Vide Fig. IV. $x.y.z.$

e. f. g. Caput secundum: *e.* pars carnea: *f. g.* Ut in Fig. IV. $\beta.\ \gamma.$

h.h.h.h. Ut in Fig. IV. $\delta.\ \delta.\ \delta.\ \delta.$

i. Aponeurosis, qua venit ex intervallo costae octavae et nonae, e superficie interna Intercostalis interni, et partim ab ipsa costa nona: *k.* hîc truncata.

l. Ut ζ.: *m.* ut η.: *n.* ut θ. in Fig. IV.

o. Aponeurosis, qua venit ex intervallo costae decimae et undecimae; ut *i.*

p. Origo ab interiore parte cartilaginis costae undecimae.

q. Aponeurosis, qua venit ex intervallo costae undecimae et duodecimae; ut *i.*

r. Origo ab interiore parte extremae cartilaginis costae duodecimae, principio tendineo.

s. Latus tendo, quo in lumbis incipit: *t.* pars carnea.

u. u. Margo qui procedit a margine tendineo Obliqui externi abdominis.

v. Aponeurosis, in quam caro abit.

w. w. Ut *ξ. ξ. ξ.* Fig. IV.

x. x. Ut *o. o.* Fig. IV.

y. Lamella posterior aponeurosis Obliqui interni; *π.* Fig. IV.

z. Aponeurosis Obliqui interni, qua simplex remanet; *ν.* Fig. IV.

A. Ut *ψ.* Fig. IV. *B. B.* Ut in Fig. IV.

FIG. VI.

Transversus abdominis a parte posteriore.

a.-r. Principia lati tendinis, quo Transversus incipit, una cum principiis lamellae interioris, qua communis aponeurosis Obliqui interni et Serrati postici inferioris procedit a processibus transversis lumborum, quartae, tertiae, secundae.

a. Caput tendineum Transversi, quod oritur *b. b.* ab exteriore parte imi marginis costae duodecimae, et *c.* a posteriore extremi processus transversi vertebrae quintae lumborum.

d.e.f.g.h.i. Caput tendineum, quod oritur *e. f.* a posteriore parte extremi processus transversi lumborum quartae: *g.* tendinea tenuitas, quae ipsi superinducta, cum eo oritur *f.* a processu transverso, et praeterea *h. h.* ab illo ipso capite abscedit, et affigit se *i. i.* exteriori parti imi marginis costae duodecimae.

k.l.m.n.o. Simile caput tendineum, quod oritur *l. m.* ab exteriore parte extremi processus transversi vertebrae lumborum tertiae: *n.* similis, qua obductum, tenuitas tendinea, cum eo oriens *m.*, et praeterea ab eo abscedens *o. o.*

p. q. Caput tendineum, cui in totum superinducta est tenuitas tendinea, cum eo oriens *q.* a posteriore parte processus transversi extremi secundae lumborum.

r. r. Hîc fibrae se decussant implicantque.

s. s. Hinc rescissa lamella exterior aponeurosis communis Serrati postici inferioris et Obliqui interni abdominis.

t. t. Aponeurosis communis Serrati postici inferioris et Obliqui interni: *u. u.* hîc rescissa ubi cum lato tendine, quo Transversus incipit, non amplius cohaeret.

v. Latus tendo, quo Transversus incipit, adhaerens imo margini costae duodecimae, *w. x.* partis osseae, *x. y.* cartilagineae, ad mucronem usque.

z. Origo ab interiore parte cartilaginis costae duodecimae, principio tendineo.

α. Aponeurosis *q.* Fig. V. Hîc *β.* truncata.

γ. Pars carnea.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *Y. Z.* in trunco.

ε. Truncata cartilago costae duodecimae.

TABULA LXVII.

Ex eodem Opere Albini, et ex Halleri Fasciculis Icon. Anatomicar.

FIGURA I.

Diaphragma a parte priore (1).

a. æ. b. c. d. Capita duo prima, quorum sinistrum dextro minus. *a. a.* Tenuitas tendinea, quae nascens e ligamentis, quae per superficiem corporum vertebrarum lumborum infra ortum horum capitum excurrunt, ad ea extrinsecus accedit: *æ. æ.* hîc subtus capita haec crassis tendinibus *c. c.* oriuntur ab inferiore parte corporis vertebrae lumborum tertiae, et quidem a lateribus partis ejus prioris. Alias et hîc *b. b.* a superiore parte corporis secundae. Quidam tendinem utrumque bifidum habuerunt; alii alterutrum: *d. d.* carnes, in quas tendines illi ab exterioribus lateribus abeunt. Principia, quae ad haec capita accedere solent, eo quod subjacent iis, hîc non conspicua.

e. f. g. Capita secunda, *e. e.* principio tendineo nascentia *f.* a ligamento, quod inter corpus tertiae et quartae lumborum intercedit: *g. g.* carnes in quas abeunt.

h. i. k. Capita tertia: *h. h.* principio tendineo orientia *i. i.* a lateribus superioris marginis corporis quartae lumborum: *k. k.* carnes in quas abeunt.

l. m. n. Caput quartum sinistrum; *l.* principium tendineum, oriens *m.* a priori parte radicis processus transversi lumborum quartae: *n.* caro in quam abit.

o. o. Principium, nascens e superficie Quadrati lumborum.

(1) Septum transversum, *Vesalius*, aliique; Thoraco - abdominalis, *Dumas*.

$p.\ p.$ Diaphragmatis carneae partes primae, e capitum conjunctione natae.

$q.$ Capitis primi sinistri portio accedens ad carneam partem primam dextram, posteaque excurrens per marginem dextrum foraminis, quo stomachus exit.

$r.$ Capitis primi dextri pars, quae post portionem $q.$ incedens, eam decussat, abitque in carnem primam sinistram. Fit ut plures fasciculi se decussent.

$s.$ Foramen, quo stomachus exit.

$t.$ Tendinis medii pars.

$u.\ u.\ u.\ u.$ Pars carnea sinistra secunda. Confer Fig. II.

$v.v.v.w.w.$ Pars carnea secunda dextra, $w.\ w.$ hîc primam superscandens et decussans eam, mox tendinea.

$x.y.z.\alpha.\beta.$ Portio faciens inferiorem Diaphragmatis marginem ab hac parte; quae hîc oritur a processu transverso quartae lumborum vertebrae $y.$ itemque a quintae, et primum $x.$ tendinea, deinde $z.$ carnea adjungit se carneae parti secundae $v.$, post $\alpha.$ conjungit cum ea, inseritque $\beta.$ cartilagini costae duodecimae.

$\gamma.\ \gamma.$ Truncatus margo, qui est $C.\ C.$ Fig. II.

$\delta.$ Tendinis medii mucro anterior, in quem exit; in quo fasciculi se decussant.

$\varepsilon.$ Extremum carneum medium, quod ad interiorem partem cartilaginis mucronatae fere extremae pertinet $\zeta.\ \zeta.$

$\eta.\ \theta.$ Partes carneae duae secundae, quae abeunt in duo extrema lateralia.

$\iota.\ \iota.$ Earum extrema, quae se peritonaeo innectunt.

$\varkappa.\ \varkappa.$ Extremum, insertum interiori parti cartilaginis costae septimae: $\lambda.\ \lambda.$ hoc rescissum ab ea.

$\mu.\ \mu.$ Hoc insertum interiori parti cartilaginis costae octavae: $\nu.\ \nu.$ rescissum ab ea.

$\xi.\ \xi.$ Hoc insertum interiori parti cartilaginis costae nonae: $o.\ o.$ rescissum ab ea.

$\pi.$ Hoc insertum interiori parti cartilaginis costae decimae: $\rho.$ rescissum ab ea.

$\sigma.\ \sigma.$ Extrema, inserta interiori parti cartilaginum, quae u-

trique costae undecimae additae sunt.

In Syntaxi, Tab. LV. *M.* - *o.* in trunco.

τ. τ. Hîc costae resectae, quo cerni Diaphragma possit, qua post eas.

υ. υ. υ. Truncata cartilago mucronata, cujus pars *φ.* cartilaginea, pars *χ. χ.* ossea.

FIG. II.

Diaphragmatis pars posterior a facie anteriore.

a. æ. b. c. d. Capita prima duo. Vide Fig. I.

e. f. g. - - - - secunda.

h. i. k. - - - - tertia.

l. m. n. Caput quartum sinistrum. *l. m. n.* Fig. I.

o. o. Principium, quod est *o. o.* in Fig. I.

p. Diaphragmatis carnea pars prima sinistra ; *q.* dextra: e conjunctione capitum natae, ad postremum implent totum posticum lunatum tendinis ambitum.

r. r. Haec pars venit a processu transverso vertebrae lumborum quartae, ut *l. m. n.*: venit autem pone partem *D. E. F.* ut Fig. III. *e. f.*

s. Ut *q.* Fig. I.: *t.* ut *r.* Fig. I.

u. Foramen in carnea parte prima, quo stomachus exit.

v. In cujus angulo superiore caro dextra decussat sinistram; dextra priore.

w. w. w. x. y. Tendinis medii pars sinistra: *x.* pars tendinis superscandens reliquum *w.* decussans eum: *y.* pars, quae super partem *x.* decurrit, decussans eam, et abit in carnis sinistrae secundae partem inferiorem.

z. Aponeurosis quaedam, quae per lateralem tendinis ambitum porrecta, a carne, quae est ad mucronem posticum sinistrum tendinis, incedens in priora, et decussans tendinis fibras, desinit a priori parte in carnem priorem.

α. Pars aponeurosis *v. x. x. x.* Fig. III. penetrans ad inferio-

rem tendinis partem; acceptaque, cum penetravit, portione ab inferiore parte tendinis, juxta sinistram foraminis stomachi, flectit se dextrorsum, et β supra foramen illud incedit ad priorem partem carnei extremi dextri; partimque decurrit γ. secundum priorem partem foraminis, quo cava intrat; et se adjungit ad aponeurosim τ.

δ. Portio ad aponeurosim α. accedens, et procedens e carne sinistra prima, juxta tendinis initium.

$\varepsilon.\varepsilon.\zeta.\zeta.\eta$. Fasciculi tendinei, qui e tendine ω. exeunt ε. ε. et ad postremum partim se ζ. ζ. implicant tendini, partim η. continuant.

θ. θ. Pars carnea secunda sinistra, in quam abit tendo ω. ω. ω. ω. x. y.

ι. $\varkappa$. Ejus extremum, insertum interiori parti costae duodecimae: ι. partis osseae, $\varkappa$. cartilagineae.

λ. λ. Truncatus margo, ubi continuabatur Transverso abdominis, inter costas duas postremas: alias autem oritur a ligamento ν. Fig. IV.

μ. μ. μ. Tendinis medii pars dextra, producta a carne prima dextra.

ν. Lata aponeurosis, a carne procedens quae est ad mucronem posticum dextrum tendinis, et continuata quidem carni primae ξ. o., juxta secundam autem o. π. e tendinis fasciculis exeuns; incedit in priora, decussans tendinis fibras, et a priori parte implicat se partim ρ. ρ. tendini, partim σ. σ. σ. desinit in carnem priorem, partim τ. decurrit secundum dextram partem foraminis cavae.

υ. υ. υ. Aponeurosis μ. μ. μ. μ. Fig. III. circa ima foraminis cavae ad inferiorem partem tendinis penetrans; posteaque se flectens φ. circum sinistram foraminis cavae, ad ejus oram pertinens. Post procurrit per priorem tendinis mucronem.

χ. Est Δ. Fig. III.

ψ. Pars tendinea in quam carnea pars prima dextra abit,

qua in angulo superiore foraminis, quo stomachus exit, decussat sinistram: quae dein post tendinem β. decurrit, posteaque ω. per inferiora tendinis.

A. Margo tendineus, qui ad posteriorem partem pertinet foraminis, quo vena cava exit, effectus ab illa praecipua tendinis parte, quae a carne prima dextrorsum procedit ad secundam. Est *B.* Fig. III.

B. B. Pars carnea secunda dextra, in quam abit tendo μ. μ. μ.

C. C. Ejus truncatus margo, qui est λ. λ. in latere sinistro.

D.E.F.G.H. Portio, quae est x.-β. Fig. I. Eadem origo *E.*, pars tendinea *D.*, carnea *F.*, conjuncta *G.* cum carnea parte secunda *B.* et inserta *H.* cartilagini costae duodecimae.

I. Foramen in tendine, quo vena cava exit.

K.K.K.K. Pars prior Diaphragmatis per hunc ambitum rescissa.

FIG. III.

Diaphragma a parte posteriore.

a. b. Capita prima duo.

c. d. e. f. Capita secunda: *c. e.* principia tendinea: *d. f.* partes carneae.

g. Principium, quod *o. o.* Fig. I.

h. Capitis primi dextri pars, quae accedit ad carnem primam sinistram.

i. Caro effecta ex parte capitis primi dextri et portione accedente ad eam capitis primi sinistri: *q.* Fig. I. et *s.* Fig. II.

k. l. Partes carneae primae: *k.* dextra, *l.* sinistra.

m. Partis carneae primae sinistrae portio decussans dextram in angulo superiore foraminis, quo stomachus exit.

n. Foramen in carnea parte prima, quo stomachus exit.

o. o. o. Tendinis medii pars sinistra, e carne prima nata.

p. etc. Lata aponeurosis, quae ad latus tendinis ex carne sensim nascens *p.p.p.*, inde secundum lateralem marginem

tendinis et per initium carnis secundae, inter *p.p p.q.* et *r.r.r.* et per tendinem inter *r.r.r.* et *s.s.s.*, incedit ad mucronem tendinis posticum et circumeuns eum, partim *t.* subtus continuat se carni primae, partim *v.* pergit secundum lunatum posticum tendinis marginem: et *x.x.x.* penetrat in inferiorem tendinis partem, fitque *α.* Fig. II. Ad postremum *w.* decurrit secundum partem superiorem foraminis cavae dextrorsum: *u. u.* hîc se fasciculi decussant.

y. Lata aponeurosis, quae a carne prima sinistra oriens, hîc *z. z.* sub aponeurosi *v.* emergit; et diu conjuncta *s.s.s.* cum aponeurosi *p.q.r.s.* post ab ea recedit, et partim *α.* decurrit secundum partem superiorem foraminis cavae, conjuncta cum aponeurosi *w.*; partim *β.* per superiora tendinis decurrit in priora.

γ. γ. Pars carnea secunda sinistra, in quam abit tendo *o. o. o.*

δ. Ejus truncatus margo, *λ. λ.* Fig. II.

ε. Ejusdem extremum: *ι. κ.* Fig. II.

ζ. Tendinis medii pars dextra, e carne prima nata.

η.η.η.θ.-o. Lata aponeurosis, quae ad latus tendinis ex carne sensim nascens *η. η. η.* tenuitate tendinea, inde secundum lateralem marginem tendinis, maxime per initium carnis secundae, inter *η.η.η.θ.* et *ι.ι.ι.* et per tendinem, inter *ι. ι.* inferiores et *κ. κ.* incedit ad mucronem tendinis posticum et circumeuns eum pergit *λ.* secundum lunatum posticum tendinis marginem: et in decursu *μ.μ.μ.μ.* penetrat ad inferiorem partem tendinis, fitque *υ.υ.υ.* Fig. II. Ad postremum pertinet *ν.* ad inferiorem partem foraminis cavae, et partim *ξ.* se flectit dextrorsum secundum marginem foraminis cavae, *o.* hîc fasciculi se decussant.

π.ρ.σ.τ.υ. Quaedam ab aponeurosi mododicta veluti abludentes partes per tendinem decurrentes, et se ei *υ. υ. υ. υ.* innectentes: *τ. τ.* hîc fasciculi se decussant.

φ. φ. φ. Fasciculi tendinei, qui e tendine exeuntes, decurrunt per eum in priora.

χ. Fasciculus tendineus e tendine exeuns et pertinens ad carnem secundam ψ.

ω. Est φ. Fig. II.

A. Pars tendinis ad oram foraminis, quo vena cava exit, hîc pertinens. Est χ. Fig. II.

B. Margo tendineus ad posteriorem partem foraminis, quo vena cava exit, pertinens. Is potissimum fit ab illa praecipua tendinis parte, quae a carne prima dextrorsum procedit ad secundam. Est *A*. Fig. II.

C. Foramen in tendine quo cava vena exit.

D. *D*. Pars carnea secunda dextra, in quam abit tendo ζ.

E. *E*. Ejus truncatus margo *C*. *C*. Fig. II.

F. Extremum portionis *D.E.F.G.H.* Fig. II.

In Syntaxi, Tab. LIX. μ. in lumbis.

FIG. IV.

Diaphragma a latere.

a. Caro secunda sinistra, quae abit in extremum laterale sinistrum.

b..b. Ejus extremum, insertum interiori parti cartilaginis costae septimae.

c. *c*. Quod insertum interiori parti cartilaginis costae octavae.

d. *e*. *f*. Quod parti interiori costae nonae: *d*. *e*. partis cartilagineae: *e*. *f*. osseae: *d*. pars tendinea extremi hujus.

g. *h*. *i*. Quod interiori parti decimae: *g*. *h*. partis cartilagineae, *h*. *i*. osseae; *g*. pars tendinea hujus extremi.

k. *l*. *m*. Quod partim *k*. *l*. pertinet ad ligamentum *w*., partim *l*. *m*. insertum interiori parti osseae partis costae undecimae, juxta cartilaginem: *l*. pars tendinea.

n. *o*. *p*. Quod partim *n*. *o*. pertinet ad ligamentum *v*. partim *o*. *p*. insertum interiori parti costae duodecimae: *o*. cartilaginis, *o*. *p*. osseae partis: *o*. pars tendinea.

q. *r*. *s*. Aponeurosis *p*.-*s*. Fig. III. hîc *q.r.r.r.* super tendinem, hîc *r.r.r.s.* carnem.

t. t. Tendo medius Diaphragmatis.

u. Caput magnum sinistrum, *a.æ.b.c.* Fig. I.

v. Ligamentum, quod fere a mucrone cartilaginis costae duodecimae pertinet ad osseam partem undecimae, juxta cartilaginem.

w. Ligamentum quod fere a principio cartilaginis costae undecimae pertinet ad osseam partem costae decimae, juxta cartilaginem.

x. etc. Truncatae costae, quo cerni Diaphragma possit, qua post eas situm.

FIG. V.

Diaphragmatis fornix ex Hallero.

A. Cartilago mucronata, in hoc corpore bifida.

B. 1. Costa sexta: *B. 2.* Costa septima, quae oram thoracis longe efficit: *B. 3.* Costa octava, spuriarum prima: *B. 4.* Costa nona: *B. 5.* Costa decima: *B. 6.* Costa undecima: *B. 7.* Costae duodecimae mucro.

C. 1. 2. 3. Vertebrae lumborum, prima, secunda, tertia.

D. Aortae truncus resectus.

E. Ostium arteriae Coeliacae.

F. Arteria Mesenterica superior.

G. G. Arteriae Renales.

H. Vena Cava in ostio suo resecta.

I. Oesophagus, seu stomachus.

K. Psoae musculi.

L. Quadrati lumborum.

N. N. Nervus intercostalis, qui in hoc corpore ex thoracis sede ad partes abdominis migravit inter appendicem extimam brevissimam, et eam quae proxima est.

O. O. Nervus *Splanchnicus*, sive ramus princeps nervi Intercostalis, qui Ganglia efficit Semilunaria.

P. Nervus, qui supra duodecimam vertebram dorsi oritur, Dorsalium ultimus.

Q. Q. Venarum Phrenicarum reliquiae.

R. Arcus *interior*, sive limes carnis, cui Peritonaeum adhaeret. Terminatur in fibras ligamentosas, aut tendineas, quae a processu transverso primae vertebrae lumborum veniunt. Transmittit Psoam.

S. Ligamentum valens continuum fibris tendineis musculi Transversi abdominis. Oritur, junctis fibris cum arcu *R.* a processu transverso vertebrae primae lumborum; terminatur in apicem costae duodecimae, et perpetuum est. Hujus ligamenti pars interior transmittit Quadratum.

T. V. X. Y. Z. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Ω. Tendo Septi transversi.

T. T. T. Princeps tela fibrarum tendinearum est, quae conjungit carnes oppositas, appendices cum fibris a sterno ortis, et easdem appendices cum fibris quae a costis proveniunt. Illae fibrae rectae, hae inclinatae sunt, et transversis propiores.

V. Hac sede Peritonaeum, initio facto a ligamento *S.* fibris tendineis splendentibus firmatur, et aliquando a carnibus a ligamento ortis aegre separatur.

X. Fibrae tendineae, quae alae Sinistrae oram legunt, ortae a fasciculo, quem ligamentum *R.* emittit, atque ad superiora Oesophagi in princeps stratum *T.* degenerantes.

Y. Magnus fasciculus fibrarum, in universum lunatus, cujus cornua in costales carnes degenerant; pars gibba Oesophago et Venae Cavae obvertitur. Supra hunc fasciculum adscendunt fibrae carnium mediarum.

Z. Z. Intricationes variae, et vix dicendae, fibrarum, quae a Sterno ad appendices feruntur, cum iis fibris, quae dextras costales cum sinistris conjungunt. Sternales vero retro eundo se ad dextra et sinistra disjiciunt.

Ω. Fibrae transversae, quales a costalibus dextris ad sinistras feruntur, proximae carni sternali.

Γ. Fasciculus *anterior Cavae*, tendineus, validus, ante ostium Venae Cavae positus, pene transversus. Oritur partim a magno lacerto, partim a fibris lacerti sinistri.

Δ. Fasciculus *Sinister Cavae*, ortus partim a carnibus mediis, partim a detortis et inflexis fibris fasciculi posterioris.

Θ. *Fasciculus posterior Cavae*, perpetuus, latus, continuus telae principi alae dextrae, et degenerans partim in lacertum Δ., partim, supra eum, in fibras carneas medias productus.

Λ. *Fasciculus dexter venae Cavae*. In duobus cadaveribus pulcherrimus adfuit; anterius et in costales dextras, et in lacertum Γ. dispersus, et inferius in carnes costales, et a ligamentosis arcubus ortas et medias, pulchre distributus. Pontis instar impositus fibras transversas *T*. contegebat, et inter ipsum easque fibras via erat venae Phrenicae *Q*. Saepe minor est, semper aliquis.

Ξ. Hîc saepe foramen adest pro arteria Phrenica, quando tendinis stratum infimum perforat, atque inter hoc et superius stratum decurrit.

a. a. a. Carnes a costis ortae.

b. b. Carnes a ligamento *S*., quae fere rectae adscendunt, renemque et capsulam renalem sustinent.

c. c. Carnes, quae ab arcu interiori *R*. proveniunt.

d. e. f. g. h. m. Π. Crus Diaphragmatis dextrum totum.

d. Appendix lateralis extima orta a corpore vertebrae primae lumborum, lateraliter, proxime supra cartilaginem, quae sub ea vertebra est.

e. Appendicis *secundae* pars extima, quae cum appendice proxima *f.* facit tendinem validum *g.*

f. Altera portio appendicis secundae, quae cum priori descendit in corpus vertebrae tertiae, lateraliter et inferius.

g. Tendo communis duarum carnium *e. f.*

h. Appendix intima, quae partim conjuncta cum carne *g.* constituit tendinem *m.* qui inseritur secundae vertebrae in medio, supra cartilaginem, qua a tertia distinguitur; partim efficit tendineam columnam *k.*, quae denuo, interius quidem cum socia sinistri lateris *l.* con-

jungitur in tendinem *i.*, insertum imo et medio corpori vertebrae tertiae; exterius vero in hanc insertionem et terminum tendinis *g.* inseritur in vertebra tertia ad II.

o. Appendix intima, quae respondet carni *h.* et partim cum ea inseritur in secundae vertebrae lumborum medio corpore anterius ad *n.*, partim in ima vertebra tertia lumborum finitur juxta *i.* in *s.*

p. *Appendix media,* quae aucta accessoria parte a fasciculo o. inseritur cum ea in *s.*

q. *Appendix extima,* quae respondet *d.* lateris dextri, sed secundae vertebrae inseritur, sub cartilagine, quae inter eam et primam media est.

r. Caro a ligamento *R.* respondens carni *b.*

s. Caro a ligamento *S.* respondens carni *c.*

t. u. w. x. Decussatio appendicum intimarum sub Oesophago.

t. Crus sinistrum idemque superius, quod dextrorsum descendit.

u. Crus secundum, dextrum, quod sinistrorsum et deorsum abit.

w. Crus tertium, majus, a sinistris dextrorsum.

x. x. Crus quartum, majus, a dextris sinistrorsum. Idem posterius est.

y. Columna Oesophagi dextra.

z. – – – – – – – – – – – sinistra.

α. β. Decussatio columnarum supra Oesophagum: *α.* columna dextra anterior: *β.* sinistra et posterior.

γ. Sedes in vertebris in qua (in nonnullis cadaveribus) ab appendice sinistra, trans vertebras, caro communicans descendit trans cartilaginem, quae inter primam et secundam vertebram media est.

Advertendum autem esse monuit *Albinus,* multas et magnas in Diaphragmate varietates occurrere.

TABULA LXVIII.

Ex eodem Opere Albini.

FIGURA I.

Multifidus Spinae (1).

a. Caput, quod oritur inde a spina tertia ossis sacri usque ad tuberculum ejusdem ossis, quod fit ex concretione processus obliqui descendentis quartae ipsius vertebrae cum obliquo adscendente quintae, et ab ipso illo tuberculo.

b. c. Caput quod oritur *b.* partim ab eminentia, quam habet os sacrum in dorso suo ad extremum latus foraminis secundi et tertii: partim *c.* a ligamento quod ab eminentia mododicta ad finitimam ossis iliûm partem deductum.

d. Hìc jacet post os iliûm, ubi ab eo etiam oritur.

e. Tendinosus excursus capitis quod oritur a processu obliquo adscendente vertebrae primae ossis sacri: *f.* similis illius, quod ab adscendente primae lumborum: *g.* illius, quod a secundae: *h.* quod a tertiae: *i.* quod a quartae: *k.* quod a quintae: *l.* quod a superiore parte extremi processus transversi primae dorsi.

m. Caput tendinosum, oriens a processu transverso secundae dorsi, et quidem a processus fere extremi parte superiore et posteriore.

n. Simile, oriens a processus transversi tertiae dorsi parte posteriore et superiore, inter radicem ejus, radicemque tumoris, in quem desinit: *o.* simile, simili modo oriens a quarta: *p.* simile a quinta: *q.* a sexta: *r.* a se-

(1) Transversalis spinosus, *Winslow;* Transverso - spinalis, *Dumas*.

ptima: *s.* ab octava: *t.* a nona: *u.* a decima: *v.* ab undecima: *w.* a duodecima.

x. Simile oriens a posteriore et superiore parte processus obliqui descendentis colli vertebrae secundae: *y.* simile a tertiae: *z.* a quartae.

α. Extremum tendinosum, quod se inserit inferiori margini spinae prope extremae lumborum primae vertebrae: *β.* quod secundae: *γ.* quod tertiae: *δ.* quod quartae: *ε.* quod quintae: *ζ.* quod primae dorsi: *η.* quod secundae: *θ.* quod tertiae: *ι.* quod quartae: *κ.* quod quintae: *λ.* quod sextae: *μ.* quod septimae: *ν.* quod octavae: *ξ.* quod nonae: *ο.* quod decimae: *π.* quod undecimae: *ρ.* quod duodecimae: *σ.* quod primae colli: *τ.* quod secundae: *υ.* quod tertiae: *φ.* quod quartae: *χ.* quod quintae. Omnia autem subtus se inserere pergunt inferiori margini vertebrarum ad earum processum obliquum descendentem usque; ut in extremo supremo *ψ. ω.* exhibitum, quod se colli sextae vertebrae inserit: *ψ.* inferiori margini primum spinae prope extremae; porroque *ω.* ad processum obliquum descendentem usque, fine extrinsecus tendineo.

In extremo ad vertebram colli sextam exemplum apparet portionum a pluribus uno capitibus ad unam eamdemque vertebram pertinentium, et antequam se inserant, in unam veluti caudam confluentium. Extremum quippe *ψ. ω.* quod ad vertebram illam pertinet, fit a capitibus tribus *z. y. x.* ejusque portio, quae a capite proximo, hoc est *z.* accedit, inserta juxta processum obliquum *ω.*; juxta hanc, quae a proximo inferiore *y.*; juxta hanc *ψ.* quae rursus a proximo *x.* ita quaeque propius spinam extremam, ut a capite remotiore. Ad quem modum etiam in reliquis fit, quarum solae portiones longae extrinsecus apparent, cum breviores proximis longioribus subjaceant.

In Syntaxi, Tab. LIX. *14. 14.* in latere sinistro, etc.

FIG. II.

Multifidus spinae a latere.

Ea musculi portio, quae in lumbis proximaque dorsi parte est, hîc a latere exhibita, ad ostendenda, quae in Fig. I. apparere non possunt.

a. Pars quae procedit ab osse sacro, ligamento ab eo ad os ilium deducto, osse ilium, *a.b.c.d.* Fig. I.

b. Caput tendinosum quod venit a processu obliquo adscendente primae vertebrae ossis sacri. Cujus capitis principium, utpote pone os ilium jacens, hîc nequit apparere. Oritur autem a processu illo, ut proximum caput *c.* ad obliquo adscendente primae lumborum.

c. d. Caput tendinosum, oriens *d.* a margine processus obliqui adscendentis primae vertebrae lumborum, juxta externum latus obliqui descendentis vertebrae secundae, cum quo adscendens ille commissus est.

e. f. Simile, ab obliquo adscendente secundae lumborum *f.*

g. h. Simile, ab obliquo adscendente tertiae *h.*

i. k. - - - - ab obliquo adscendente quartae *k.*

l. m. - - - - ab obliquo adscendente quintae *m.*

n. Extremum tendinosum, quod pertinet ad spinam secundae lumborum: *o.* quod ad tertiae: *p.* quod ad quartae: *q.* quod ad quintae: *r.* quod ad primae dorsi: *s.* quod ad secundae.

t. Hîc truncatus.

u.v.; w.x.; y.z.; α.β; γ. Portiones, quae aut ad Multifidum referri possunt, aut pro distinctis musculis haberi. Duabus quibusque proximis inter se vertebris lumborum inserta una: suprema, quintae lumborum imaeque dorsi.

u. v. Prima oritur *u.* ab exteriore parte radicis processus obliqui adscendentis: *v.* inserit se inferiori parti radicis tuberculi illius, quod inter processum transversum et obliquum adscendentem eminet; porroque inferiori parti marginis ipsius obliqui. Ut haec, sic reliquae.

w. x. Secunda, *y.* origo, *x.* insertio. *y. z.* Tertia, *y.* origo, *z.* insertio. *α. β.* Quarta, *α.* origo, *β.* insertio. *γ.* Quinta, *γ.* origo.

FIG. III.

Longissimus dorsi cum Sacrolumbali et Cervicali descendente.

a. b. *Caput commune,* quo Longissimus dorsi et Sacrolumbalis incipiunt: *a.* pars tendinea: *b.* carnea.

c. d. e. Hac parte caput illud oritur a crista ossis ilium, *c.* parte carnea, *d. e.* tendinea: *e. f.* hac cum Gluteo magno cohaeret: *g. h.* hîc pars tendinea oritur a tuberculis duobus superioribus, quae sunt juxta hiatum extremi canalis ossis sacri: *h. i.* pars tendinea interrupta, constans e tendinibus a spinis vertebrarum lumborum duarum inferiorum, omnibusque ossis sacri orientibus.

k. l. m. Tendines qui oriuntur a spinis vertebrarum lumborum, *k.* tertiae, *l.* quartae, *m.* quintae.

n. Capitis communis divisio in Longissimum dorsi et Sacrolumbalem.

o. *Longissimus dorsi* (1).

p. Pars tendinea capitis communis, una cum illa, quae a tendinibus *i. k. l.* accedit, per Longissimum extrinsecus excurrens.

q. Cauda per cervicem adscendens, quae in tendinem *r.* abit, ad postremum cum Cervicalis descendentis tendine *E. E.* se conjungentem.

f. Abibat hîc et in tendinem alterum *s.*, pertinentem ad imam partem extremi cornu posterioris processus transversi vertebrae colli tertiae.

Portio rescissa est quam tendo dat Trachelomastoideo *r.* Tab. LVIII. Ω. in cervice.

Ex parte subjacet Sacrolumbali *s.* Confer Fig. V.

(1) Semispinatus, *Riolanus;* Longus dorsi, *Winslow;* Lumbo-dorso-trachelien, *Dumas.*

s. *Sacrolumbalis* (1).

t.u.v. etc. Ejus caudae ad costas pertinentes; quarum *t.* w. *z.* γ. ζ. ι. μ. *o.* σ. partes carneae; *u.x.* α.δ.η.$\varkappa$.ν.π.τ.φ.ψ. tendines in quos abeunt. Pertinent tendines ad costas: *v.* ad undecimam, *y.* ad decimam, β. ad nonam, ε. ad octavam, θ. ad septimam, λ. ad sextam, ξ. ad quintam, ρ. ad quartam, υ. ad tertiam, χ. ad secundam, ω. ad primam. Caudam, quae pertinet ad costam duodecimam vide Fig. VI. *t.*

Insertae autem imae parti superficiei inaequabilis, quae est in exteriore parte costarum non longe a spina dorsi, in ipso earum sese in latus flectentium cubito. Praeter duas supremas ad costas duas superiores pertinentes; quae fere juxta tuberculum illud insertae χ. ω., cui affixum ligamentum alligans costam processui transverso vertebrae. Et quae ad primam pertinet, et costae primae, quo dictum loco, inserta ω et praeterea processui transverso vertebrae dorsi summae.

A. *Cervicalis descendens* (2).

B. Excursus tendineus capitis illius quod oritur a costa sexta. Vide Fig. IV.

C.C.C.D.D.E.E. Tres ejus caudae tendineae, quae circum subjectos musculos se flectunt: pertinetque *C.C.C.* ad colli vertebram secundam, *D.D.* ad tertiam, *E.E.* ad quartam; ad imam partem extremi cornu posterioris processus earum transversi. Earum *E.E.* quae ad quartam, conjuncta cum tendine *r.* Longissimi dorsi.

A principio hic subjacet Sacrolumbali. Confer Fig. IV. *z.*

In Syntaxi, Tab. LVIII. δ.-Ω. in trunco, cum *D.* in cervice.

FIG. IV.

Sacrolumbalis cum Cervicali descendente.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l. Hic truncatae tendineae caudae Sacrolumba-

(1) Sacrolumbum plurimi appellant; *Lumbo-costo-trachelien, Dumas.*

(2) Transversarius colli collateralis, *Winslow.*

lis, quas Fig. III. integras ostendit *u. x.* etc. in qua latent sub iis portiones a costis accedentes.

m. Portio, quae ad Sacrolumbalem a costa duodecima accedit: *n.* quae ab undecima: *o.* quae a decima: *p.* quae a noua: *q.* quae ab octava: *r.* quae a septima.

s. s. etc. Principia tendinea, quibus portiones illae a costis oriuntur, a posteriore parte earum, paulo propius spinam, quam ubi caudae Sacrolumbalis insertae sunt.

t.u.v.w.x. Capita Cervicalis descendentis; quorum *t.* oritur a costa sexta, *u.* a quinta, *v.* a quarta, *w.* a tertia, *x.* a secunda.

y. y. etc. Tendines, quibus capita illa incipiunt, oriunturque a posteriore parte costarum, paullo propius spinam, quam ubi caudae Sacrolumbalis insertae.

z. Cervicalis descendens cum Sacrolumbali ita conjunctus, ut ejus continuatio sit, hoc est portionum illarum Sacrolumbalis, quas a costis accipit.

α. Tendineus excursus capitis primi, quod a costa sexta procedit *t.* In aliis autem non excurrit tam longe.

β.β.γ.; δ.δ.ε.; ζ.ζ.η. Cervicalis descendentis caudae tres tendineae, quae se circum subjectos musculos flectunt: pertinetque *β. β.* ad colli vertebram secundam, *δ. δ.* ad tertiam, *ζ.ζ.* ad quartam: ac se inserunt imae parti extremi cornu posterioris processus earum transversi *γ.ε.η.*

θ. Hîc truncatus Longissimus dorsi. Confer Fig. III. *n.o.* ex qua caetera quoque hujus Figurae repetenda.

FIG. V.

Longissimus dorsi.

a. Longissimus dorsi.

b.c.d.e.f.g.h.i. Caudae, hîc majorem partem tendineae, quas costis inserit, exteriori earum parti, postquam costae non longe a processibus transversis recessere: *b.* quam decimae inserit: *c.* quam nonae: *d.* quam octavae: *e.* quam

septimae: *f.* quam sextae: *g.* quam quintae: *h.* quam quartae: *i.* quam tertiae.

l. Illarum caudarum postrema, quas transversis processibus inserit vertebrarum dorsi, tendine longiore *l.* inserta, et *m.* posteriori et inferiori parti processus transversi extremi, et *n.* proximae parti costae primae.

o. Cauda per cervicem adscendens, quae hîc in duas se dividit, abeuntes in tendines *p.p.q., r.s.,* qui se flectunt circum subjectos musculos. Eorum alter *p.p.* se inserit *q.* imae parti extremi cornu posterioris processus transversi vertebrae colli quartae: alter *r.s.* eidem parti vertebrae tertiae *s.*

t. Hîc Sacrolumbalis resectus.

FIG. VI.

Longissimi dorsi et Sacrolumbalis.

a.b., c.d., e.f., g.h., i.k. Quinque caudae a capite communi rescissae, quarum *a. b.* inserta imo tuberculo, quod est juxta posteriorem partem radicis processus transversi vertebrae lumborum primae; *c. d.* secundae, *e. f.* tertiae, *g. h.* quartae, *i.k.* quintae. Earum *b.d.f.h.k.* pars tendinea, qua se inserunt.

l.m., n.o., p.q., r., s. Quinque caudae a capite communi rescissae, quarum *l.m.* inserta margini inferiori partis posterioris processus transversi vertebrae lumborum primae, ad extremum processus illius: *n.o.* secundae, *p.q.* tertiae, *r.* quartae, *s.* quintae. Earum duae inferiores in fine tendineae *m o.*; media ex parte *q.*; duae superiores totae carneae.

t. Portio lata, quam caput Sacrolumbalis commune, a quo rescissa, hîc inserit *u.u.* inferiori margini costae ultimae ab exteriore parte. A principio conjuncta cum portione *s.* ad extremum processum transversum quintae lumborum pertinente.

$v.w.$, $x.y.$ etc. Caudae Longissimi, quas processibus transversis vertebrarum dorsi inserit, et inferiori parti extremi eorum: $v.w.$ quam vertebrae primae inserit, cujus $w.$ extremum tendineum, quo inserta: $x.y$ quam secundae, cujus $y.$ extremum tendineum: $z.\alpha.$ quam tertiae, cujus $\alpha.$ extremum tendineum: $\beta.\gamma.$ quam quartae, quae primum bifida, extremo tendineo $\gamma.$ communi inserta: $\delta.\varepsilon.$ quam quintae, pariter primum bifida, communi extremo tendineo $\varepsilon.$ inserta: $\zeta.\eta.$ quam sextae, similiter primum bifida, dein extremo tendineo communi $\eta.$ inserta: $\theta.\iota.$ quam septimae, inserta extremo communi $\iota.$ Ad octavam duae caudae pertinebant extremis tendineis $\varkappa.\lambda.$ Similiter ad nonam $\mu.\nu.$ Ad decimam una, extremo tendineo $\xi.$ Similiter ad undecimam $o.$ Omnes a Longissimo rescissae. Quae ad duodecimam, eam vide in Fig. V. *l. m.*

$\pi.\rho.\sigma.\tau.$ Principia tendinea capitum, quae ad interiorem partem Longissimi hîc accedebant, orientia $\pi.\rho.\sigma.\tau.$ a superiore et posteriore parte processuum transversorum vertebrarum dorsi primae, secundae, tertiae, quartae. $v.$ $v.$ $v.$ $v.$ Hîc truncata.

FIG. VII.

Spinalis dorsi (1).

a.b.c.d.e. Quinque tendines, quibus oritur a spinis vertebrarum lumborum duarum superiorum, triumque inferiorum dorsi. Eorum inferior *a.* qui oritur a quarta lumborum longissimus crassissimusque; proximus *b.* qui a quinta lumborum brevior et tenuior; hoc brevior et tenuior alter *c.* qui a prima dorsi; hoc quartus *d.* qui a secunda: brevissimus, gracillimusque superior *e.* qui a tertia. Abeunt in corpus carneum *f.*

g. h. i. k. l. m. n. Septem cauda primum carnea, dein tendineae,

(1) Semispinatus, *Spigelius;* Lumbo-dorso-spinalis, *Dumas.*

quae pertinent ad spinas septem dorsi vertebrarum quae sunt mox infra summam, et lateri quidem extremi fere mucronis earum inseruntur. Inferior brevissima, exilis; quae sequuntur, longiores, insigniores. Extrema tendinea eo insigniora et longiora, quo superioris caudae sunt: *g.* quae ad quintam pertinet, *h.* quae ad sextam, *i.* quae ad septimam, *k.* quae ad octavam, *l.* quae ad nonam, *m.* quae ad decimam, *n.* quae ad undecimam.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *i.* in trunco.

FIG. VIII.

Semispinalis dorsi (1).

a.b., c.d., e.f., g.h. Quatuor capita, diu tendinea *a.c.e.g.* quae incipiunt a posteriore et superiore parte processuum transversorum *b.* tertiae, *d.* quartae, *f.* quintae, *h.* sextae dorsi vertebrarum. Tendines breviores, quo superiores.

i. Corpus carneum.

k.l.m.n.o.p.q. Septem caudarum tendines, in quas abit, pertinentes ad inferiorem partem lateris spinarum vertebrarum dorsi superiorum quinque, et proximarum duarum colli, non longe ab earum mucrone: *k.* ad spinam octavae dorsi, *l.* ad nonae, *m.* ad decimae, *n.* ad undecimae, *o.* ad duodecimae: *p.* ad colli primae, *q.* ad secundae. Eo longiores quo superiores.

In Syntaxi, Tab. LIX. *p.* in dorso.

FIG. IX.

Intertransversarii dorsi.

a. b. Primus, qui oritur *a.* ab anteriore parte processus trans-

(1) Semispinosus, seu Transversalis - spinosus dorsi, *Winslow*. Transverso - spinalis, *Dumas*.

versi primae dorsi vertebrae, et se inserit *b.* inferiori et posteriori parti processus transversi secundae.

c. d. Secundus, qui venit *c.* a superiore et posteriore parte processus transversi secundae dorsi, insertus *d.* inferiori et posteriori transversi tertiae.

e. Tertius, *f.* quartus, *g.* quintus, *h.* sextus, *i.* septimus, *k.* octavus, *l.* nonus. Oriuntur et inserunt se ut secundus. Inferiores insigniores: qui sequuntur superiores, exiliores minusque carnei: superiores *k. l.* ita exiles et tendinei sunt, ut potius ligamenta referant quam musculos.

In Syntaxi, Tab. LIX. *f.g.h.i.k.l.m.n.o.* in dorso, in latere sinistro.

FIG. X.

Intertransversarii lumborum.

a. b. Primus, qui oritur *a.* a superiore parte processus transversi vertebrae lumborum imae, non longe ab ejus extremo: insertus *b.* inferiori parti processus transversi secundae, pariter non longe ab ejus extremo.

c. d. Secundus, oriens similiter *c.* a superiore parte processus transversi secundae, et insertus *d.* inferiori parti transversi tertiae.

e. f. Tertius, oriens *e.* a superiore parte transversi tertiae, et insertus *f.* inferiori quartae.

g. h. Quartus, veniens *g.* a superiore parte transversi quartae, et insertus *h.* inferiori quintae.

i. k. Quintus, oriens *i.* a superiore parte transversi quintae, et insertus *k.* tuberculo, quod infra eminet ab exteriore et posteriore parte transversi imae dorsi.

In Syntaxi, Tab. LIX. $\Psi.\Omega.\alpha.\beta.\gamma.$ in lumbis.

TABULA LXIX.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Interspinalis lumborum, a latere (1).

Unus tantum exhibitus qui a secunda lumborum spina pertinet ad tertiam.

a. a. Principium tendinosum quod oritur ab eminentia, quae in inferiore parte lateris spinae a processu obliquo inferiore ad spinae extremum porrecta est.

b. Extremum tendinosum, insertum inferiori parti lateris spinae, infra eminentiam mododictam. Idem inter reliquas lumborum spinas, et idem quoque inter spinam summae lumborum imaeque dorsi.

In Syntaxi, a posteriore parte exhibiti Tab. LIX. Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. secundum spinam.

Interspinales dorsi similes sunt, inter imas dorsi spinas collocati.

In Syntaxi, pariter a posteriore parte Tab. LIX. Γ. Δ. secundum spinam.

FIG. II.

Quadratus lumborum a parte anteriore (2).

a. a. b. Principium tendineum, quod *a. a.* oritur a superiore et interiore parte cristae ossis ilium; et *b.* a ligamento

(1) Spinosus lumborum, *Winslow*.
(2) Ilio - lumbi - costalis, *Dumas*.

quod a processu transverso vertebrae lumborum imae ad os iliûm fertur ex transverso.

c. c. Extremum tendineum latum, quod se inserit interiori parti marginis inferioris costae duodecimae, non longe a capite ejus primo.

d. e. Extremum exile tendineum, quod se inserit *e.* lateri corporis vertebrae dorsi imae, juxta costam imam.

In Syntaxi, Tab. LV. *p.* in trunco.

f. Ligamentum, quod a processu transverso vertebrae lumborum imae ad os iliûm ex transverso perducitur.

FIG. III.

Quadratus lumborum a parte posteriore.

a. Pars principii, oriens a ligamento *o.* quod est *f.* Fig. II.

b.c., *d.e.*, *f.g.*, *h.i.* Portiones tendineae insertae imae parti extremorum processuum transversorum, *c.* secundae, *e.* tertiae, *g.* quartae, *i.* quintae lumborum vertebrae.

k. l. m. n. Capita, quae tendineo principio oriuntur a superiore parte extremi uniuscujusque processus transversi *k.* secundae, *l.* tertiae, *m.* quartae, *n.* quintae lumborum vertebrae. Dein carnem, in quam vertuntur, adjungunt posteriori parti musculi: ut supremum *n.* sic reliqua.

In Syntaxi, Tab. LIX. *δ.* in lumbis.

o. Ligamentum, quod est *f.* Fig. II.

FIG. IV.

Psoas parvus (1).

a. Principium tendineum, quo adhaeret *b.* imo margini corporis vertebrae dorsi imae, a latere, et *c.* ligamento inter corpus illud et corpus summae lumborum inter-

(1) *Pré - lumbo - pubien*, *Dumas*.

jecto; et *d.* summo etiam margini summae lumborum.

f. Principium tendineum alterum, adhaerens *e.* corporis lumborum summae vertebrae margini imo, et *f.* ligamento proxime inferiori.

g. Tendo in quem abit, et quem inchoat circa mediam lumborum longitudinem: *h.* hinc se tendo ad Psoam magnum inflectit: *i.* hîc lato fine inserit se margini ossis coxae, qui summam pelvis oram ante os iliûm facit, juxta spinam *k.* quam margo ille habet supra magnum foramen.

l. l. Per hanc longitudinem rescissa aponeurosis, quae ab hoc tendine abscedens, Psoam magnum ambit simul cum Iliaco interno a parte priori, qua ante ischion delabuntur.

In Syntaxi, Tab. LV. *r. s.* in trunco.

FIG. V.

Splenius colli (1).

a. b. Caput tendineum, quod oritur *b.* a latere extremae spinae vertebrae dorsi nonae.

c. d. Caput tendineum, quod oritur *d.* a latere extremae spinae vertebrae dorsi decimae, praecedente brevius.

e. Venter carneus.

f. g. h. Extremum, quod primum carneum *f.* dein tendineum *g.* pertinet *h.* ad extremam posteriorem partem tuberculi posterioris processus transversi vertebrae colli quintae.

i. k. l. Extremum, primum carneum *i.*, dein tendineum *k.* pertinens *l.* ad extremi processus transversi vertebrae colli sextae inferiorem partem.

m. n. o. Extremum, quod primum carneum est *m.* dein tendineum *n.* et perducitur *o.* ad processus transversi verte-

(1) Triangularis, *Spigelius;* Pars inferior Splenii, seu Mastoideus posterior, *Winslow; Dorso-trachelien, Dumas.*

brae colli septimae maxime eminentis mueronis priorem partem.

In Syntaxi, Tab. LVII. *T. U. V.* in sinistra parte cervicis et dorsi.

FIG. VI

Interspinales cervicis a parte posteriore.

a. b. Primus, qui a latere superioris partis spinae colli imae *a.* juxta ejus tumorem extremum, procedit ad inferiorem et interiorem partem *b.* cornu secundae.

c. d. Secundus, qui a superiore parte cornu secundae *c.* procedit ad inferiorem et interiorem tertiae *d.*

e. f. Tertius, qui ab eadem parte tertiae *e.* procedit ad eamdem quartae *f.*

g. h. Quartus, qui ab eadem parte quartae *g.* procedit ad eamdem quintae *h.*

i. k. Quintus, qui ab eadem parte quintae *i.* procedit ad eamdem sextae *k.*

In Syntaxi, Tab. LIX. *n.o.p.q.r.* in sinistra colli parte.

FIG. VII.

Interspinales cervicis, a latere.

a. b. Primus: *b.* origo a latere superioris partis spinae colli imae, juxta ejus tumorem extrêmum.

c. Secundus, *d.* tertius, *e.* quartus, *f.* quintus, *g.* etc. Origo cujusque a superiore parte cornu spinae. Insertio cerni nequit, quippe pone cornu spinae delitescens.

FIG. VIII.

Scalenus medius a parte posteriore (1).

a. a. Origo a costa prima.

(1) Pars paris Triangularis, *Spigelius*; Scalenus tertius, *Cowper*; Pars posterior Scaleni prioris, *Winslow*; *Trachelo-costalem* musculum Scalenos appellat *Dumas*.

b. Caput ad eum accedens a superiore parte extremi processus transversi vertebrae colli primae: *c.* alterum a superiore parte extremi tuberculi posterioris processus transversi secundae.

d. e. f. g. h. i. k. l. Extrema inserta processibus transversis vertebrarum colli: *d.* primae, *e.* secundae, *f.* tertiae, *g.* quartae, *h.* quintae, *i.* sextae, extremo tendineo; *k. l.* septimae, extremo maximam partem tendineo *k.* partim carneo *l.*

In Syntaxi, Tab. LIX. *s.* etc. in collo. A latere Tab. LX. in collo.

FIG. IX.

Scalenus medius a parte anteriore.

a. Pars tendinea principii quo oritur *b. b.* a costa prima.

c. d. Cauda prima, extremo tendineo *d.* pertinens ad priorem et inferiorem partem processus transversi vertebrae colli imae.

e. f. Cauda secunda, extremo tendineo *f.* pertinens ad inferiorem partem extremi tuberculi posterioris et ad extremum lunatum marginem processus transversi colli secundae.

g. h. Cauda tertia, extremo tendineo *h.* pertinens ad extremum lunatum marginem tertiae.

i. k. Cauda quarta, extremo tendineo *k.* pertinens ad extremum lunatum marginem quartae.

l. m. Cauda quinta, extremo tendineo *m.* pertinens ad imum tuberculum prius quintae.

n. o. Cauda sexta, extremo tendineo *o.* pertinens ad priorem partem processus prope extremi sextae.

p. q. r. Cauda septima, extremo partim carneo *p.* partim tendineo *q.* pertinens *r.* ad priorem partem marginis inferioris processus transversi atlantis, circa medium.

In Syntaxi, Tab. LV. *β. γ.* etc. in collo.

FIG. X.

Longus colli (1).

a. Caput tendineum, quo oritur *b.* a media parte laterali corporis decimae dorsi vertebrae.

c. Tendinca pars capitis, quo oritur a corpore vertebrae undecimae dorsi. Fig. XI. *c.*

d. Pars, a qua fit inferior pars musculi ab externo latere, nonnihil oblique procedens in latus, et abeuns in caudam *e. f.*, partim carneam *e.*, partim tendineam *f.* et desinentem *g.* ad inferiorem partem tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae.

h. Pars altera, praecipua musculi ad corpora vertebrarum pertinens.

i. k. Caput primum eorum, quae ad partem illam praecipuam accedunt a processibus transversis: principio tendineo *i.* oriens a superiore et interiore parte, vertebrarum corpora spectante, tuberculi prioris processus transversi secundae colli vertebrae: *k.* pars carnea.

l. m. Secundum, *l.* principio tendineo oriens a superiore et interiore parte tuberculi prioris tertiae: *m.* pars carnea.

n. o. Tertium, principio tendineo *n.* oriens ab eadem parte tuberculi quartae: *o.* pars carnea.

p. q. Quartum, principio tendineo *p.* oriens ab eadem parte tuberculi quintae: *q.* pars carnea.

r. Pars tendinea, ad extremum *s.* inserta corpori vertebrae colli sextae.

t. Cauda tendinea, inserta *u.* atlantis tuberculi parti inferiori, quod in media priore parte sua habet.

In Syntaxi, Tab. LV. *t.* etc. in collo.

FIG. XI.

Longi colli capita et caudae.

a. b. Caput tendineum, quo *a.* oritur a media laterali parte

(1) *Pré-dorso-cervical, Dumas.*

corporis decimae dorsi vertebrae: *b.* hîc truncatum. Est *a. b.* Fig. X.

c. d. Caput, quod tendineo principio *c.* oritur a media laterali parte corporis undecimae dorsi vertebrae: *d.* pars carnea, truncata.

e. f. Caput, quod tendineo principio *e.* oritur fere a media laterali parte corporis duodecimae dorsi: *f.* pars carnea truncata.

g. h. Caput tendineum, quod *g.* oritur circa mediam lateralem partem corporis primae colli: *h.* hîc truncatum.

i. k. Caput tendineum, oriens *i.* circa mediam lateralem partem corporis secundae colli: *k.* hîc truncatum.

l. m. Caput oriens tendineo principio *l.* a principio costae primae: *m.* pars carnea truncata.

n. o. Caput oriens tendineo principio *n.* a superiore et interiore parte tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae: *o.* pars carnea truncata. Est *i. k.* Fig. X.

p. q. Caput quod est *l. m.* Fig. X.

r. s. Caput quod est *n. o.* ejusdem Figurae.

t. u. Est *p. q.* Fig. X.

v. w. Cauda tendinea, quae inserta *v.* corpori vertebrae colli tertiae: *w.* hîc truncata.

x. y. Cauda similis, simili modo *x.* inserta vertebrae quartae: *y.* hîc truncata.

z. α. Cauda extremo tendineo *z.* inserta corpori vertebrae quintae: *α.* pars carnea truncata.

β. γ. Cauda similis, sed multo insignior, extremo tendineo latiore *β.* inserta circa mediam altitudinem prioris partis corporis vertebrae sextae a latere: *γ.* pars carnea truncata.

δ. ε. Cauda, quae extremo tendineo *δ.* inserta inferiori parti tuberculi atlantis: *ε.* pars carnea una cum tendinea truncata. Est *t. u.* Fig. X.

ζ. η. θ. Cauda quae *ζ.* inserta inferiori parti tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae. Constat e parte carnea *η.* et tendinea *θ.* Est *e. f. g.* Fig. X.

ι. κ. Cauda tendinea, pertinens ι. ad priorem partem radicis spinae, quae est juxta priorem partem processus transversi primae colli: κ. hîc truncata.

FIG. XII.

Intertransversarii priores colli.

a. b. Primus, qui ab eminentia vertebrae colli primae oritur *a.* quae locum tenet radicis prioris processus transversi, insertus *b.* inferiori et priori parti radicis tuberculi processus transversi secundae.

c. d. Secundus, cujus origo nequit apparere: eam vide *a.* Fig. XIV.: insertus *d.* inferiori et priori parti radicis et tuberculi prioris tertiae vertebrae.

e. f. Tertius, cujus origo, ut secundi, apparere nequit: insertus *f.* vertebrae quartae, ut secundus tertiae.

g. h. Quartus, cujus origo delitescit: insertus *h.* vertebrae quintae, ut secundus tertiae.

i. k. k. Quintus. Origo pariter delitescit: *i.* pars tendinea: *k. k.* insertus inferiori parti radicis processus transversi vertebrae sextae, et marginis prioris illius partis, quae sustinet atlantem.

l. m. n. Sextus, qui nascitur *l.* a priori parte radicis processus transversi vertebrae sextae: *m.* inseritur imo priori margini radicis processus transversi septimae: *n.* principii pars tendinea.

In Syntaxi, Tab. LV. ξ. quartus, *o.* tertius, π. secundus, ρ. primus in collo. Adde Fig. XIV.

FIG. XIII.

Intertransversarii posteriores colli.

a. b. Primus, qui tendineo principio *a.* nascitur ab eadem parte superiore et priore processus transversi primae colli vertebrae: inseritur *b.* inferiori et posteriori parti

tuberculi posterioris, vicinoque margini extremo lunato secundae.

c. d. Secundus, qui tendineus oritur *c.* a superiore parte tuberculi posterioris processus transversi secundae, et inseritur *d.* inferiori et posteriori parti tuberculi posterioris, marginisque lunati tertiae.

e. f. Tertius, oriens *e.* a vertebra tertia, et insertus *f.* quartae, ut secundus tertiae.

g. h. Quartus, qui oritur *g.* a quarta, ut secundus a secunda, et insertus *h.* quintae, ut secundus tertiae.

i. k. Quintus, qui pariter oritur *i.* a quinta ut secundus a secunda; inseritur autem *k.* inferiori et posteriori parti processus transversi sextae.

l. m. Sextus, qui oritur tendineus *l.* a superiore parte extremi processus transversi sextae, et inseritur *m.* septimae processus transversi extremi parti inferiori, juxta partem priorem. Vide Fig. XX. *r.* et Fig. XXII. *q. r.*

In Syntaxi, a parte posteriore Tab. LIX. *δ. ε. ζ. η. θ. ι.* in collo.

n. n. Hîc truncata tubercula priora harum vertebrarum, ut Intertransversarii integri appareant.

FIG. XIV.

Intertransversarius prior quartus colli.

Hîc separatim a latere exhibitus ut ejus origo cerni posset. Ad cujus exemplum secundus, tertius et quintus oriuntur.

a. Origo a superiore et posteriore parte tuberculi prioris radicisque processus transversi vertebrae colli quartae.

FIG. XV.

Scalenus prior.

a. Principium tendineum, quo oritur a summo margine costae primae, non longe ab ejus cartilagine.

b. c. Cauda prima eaque latior, extremo tendineo *c.* inserta inferiori parti tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae, continuoque imo lunato margini.

d. e. Cauda secunda eaque angustior: *e.* extremo tendineo inserta processui transverso vertebrae colli tertiae, ut prima secundae.

f. g. Cauda tertia, eaque etiam angustior: *g.* extremo tendineo inserta imo lunato margini et proximae parti tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli quartae.

In Syntaxi, Tab. LIV. Π. Σ. in collo.

FIG. XVI.

Scalenus posticus (1).

a. a. Principium tendinosum, quo oritur ab exteriore parte marginis superioris costae secundae, inter partem illam qua inhaeret processui transverso, et illam, qua se in priora curvatura est.

b. c. Cauda prima, extremo tendineo *c.* inserta extremo tuberculo posteriori processus transversi vertebrae colli secundae.

d. e. Cauda secunda, extremo tendineo *e.* inserta extremo tuberculo posteriori processus transversi vertebrae colli tertiae.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *F. G. H.* in trunco et cervice.

FIG. XVII.

Levator Scapulae, a parte anteriore (2).

a. a. Principium tendinosum, quo oritur ab ora, quam habet

(1) Portio posterior Scaleni secundi, *Winslow*.

(2) Patientiae musculus, *Spigelius, Douglas;* Angularis, *Winslow;* Trachelo-anguli-scapularis, *Dumas*.

scapula mox supra primum initium spinae suae.

b. Pars interior, *c.* exterior.

d. e. Cauda prima, extremo tendineo *e.* inserta extremo cornu posteriori processus transversi vertebrae colli quartae.

f. g. Cauda secunda, extremo tendineo *g.* inserta extremo cornu posteriori processus transversi quintae.

h. i. Cauda tertia extremo tendineo *i.* inserta inferiori et priori parti extremi processus transversi sextae.

k. l. Cauda quarta, quae reliquis crassior, extremo tendineo *l.* inserta priori et inferiori parti processus transversi septimae, inter processus illius radicem et extremum. Quo unaquaeque cauda superior est, eo longior.

In Syntaxi Tab. LIII. π. in collo.

FIG. XVIII.

Levator scapulae, a parte posteriore.

a. Principium tendinosum, quo oritur ab ora scapulae, quam ipsa habet mox supra primum spinae suae initium.

b. Pars interior caudae quartae, ad postremum tendinea.

In Syntaxi, Tab. LVII. *Z.* in cervice.

FIG. XIX.

Spinalis cervicis (1).

a. b. Caput tendineum primum, oriens *b.* a posteriore et superiore parte processus transversi vertebrae dorsi septimae, ad tuberis radicem in quo desinit.

c. d. Secundum, *e. f.* tertium, *g. h.* quartum, *i. k.* quintum, *l. m.* sextum: quae eodem modo oriuntur a vertebra *d.*

(1) Spinati, *Riolanus;* Spinalis colli, *Cowper;* Vertebrales externi semispinosi seu Transversarius colli spinosus, *Winslow*.

octava, *f.* nona, *h.* decima, *k.* undecima, *m.* duodecima. Quo quodque superius, eo brevius.

n.o.p.q.r. Extrema, quae se inserunt lateri imi marginis extremae spinae, *n.* vertebrae colli secundae, *o.* tertiae, *p.* quartae, *q.* quintae, *r.* sextae. Quod sextae insertum, id crassum. Alia aliis incumbunt; quo fit ut non nisi supremum cerni integre hîc queat.

In Syntaxi, Tab. LIX. 2. etc. in dorso et cervice.

FIG. XX.

Transversalis cervicis, a parte posteriore.

a. b. Tendo primus, quo oritur *b.* a superiore et posteriore parte processus transversi vertebrae dorsi septimae.

c. d. e. f. Pars musculi exterior; *d.* tendo qui *d.* Fig. XXII.: *e.* tendo qui *f.* Fig. XXII.: *f.* tendo qui *k.* Fig. XXII.

g.h.i.k.l.m.n.o.p. Pars musculi interior.

g. h. i. Caput, tendineo principio *g.* oriens *h.* a posteriore parte processus obliqui adscendentis vertebrae colli primae, ad latus extremum obliqui descendentis secundae: *i.* caro in quam abit.

k. l. m. Caput, tendineo principio *k.* oriens *l.* a posteriore parte processus obliqui adscendentis vertebrae colli secundae, ad latus extremum obliqui descendentis tertiae: *m.* caro in quam abit.

n. o. p. Caput tendineum *n.* oriens *o.* a posteriore parte processus obliqui adscendentis vertebrae colli tertiae, ad latus extremum obliqui descendentis quartae: *p.* caro in quam abit.

q. Extremum tendineum, quod cum Intertransversario cervicis sexto posteriore *r.* conjunctum, pertinet ad partem inferiorem et priorem processus transversi atlantis.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *C. C.* in cervice.

r. Intertransversarius cervicis sextus posterior.

FIG. XXI.

Transversalis cervicis capita prima quinque.

a. b. Caput primum tendineum, oriens *a.* a superiore et posteriore parte processus transversi vertebrae dorsi octavae, juxta ejus extremum: *b.* hîc truncatum. Est *a. b.* Fig. XX.

c. Caput secundum oriens eodem modo a vertebra nona.

d. e. Tertium, a decima, principio tendineo *d.*, dein in carnem *e.* abeunte.

f. g. Quartum, ab undecima, *f.* principio tendineo, in carnem *g.* abeunte.

h. i. Quintum, a duodecima, *h.* principio pariter tendineo, abeunte in carnem *i.* Omnia truncata ut primum.

FIG. XXII.

Transversalis cervicis, a latere.

a. Pars haec inferior, petenda ex Fig. XX.

b. c. Tendo primus, insertus *c.* parti inferiori et posteriori cornu posterioris extremi processus transversi vertebrae colli secundae.

d. e. Tendo secundus, insertus *e.* vertebrae tertiae, ut primus secundae.

f. g. Tendo tertius, insertus *g.* vertebrae quartae, ut primus secundae.

h. i. Tendo quartus, insertus *i.* vertebrae quintae, ut primus secundae.

k. l. Tendo quintus, insertus *l.* inferiori et posteriori parti extremi processus transversi sextae.

Hi tendines per ventrem ab exteriore parte decurrunt, eisque fere ad finem usque caro adhaeret.

m. Extremum, quod se cum Intertransversario cervicis sexto posteriore conjungit *n.* et cum eo inserit se extre-

mo tendineo *o.* parti inferiori et priori processus transversi atlantis.

p. Intertransversarii cervicis sexti posterioris principium, a superiore parte extremi processus transversi sextae colli vertebrae oriens.

q. r. Intertransversarii ejusdem pars posterior, cum qua conjunctum extremum Transversalis: *r.* extremum tendineum.

FIG. XXIII.

Rectus internus major capitis (1).

a. Caput primum, oriens a priore et superiore parte tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae.

b. Pars tendinosa, qua caro tecta.

c. c. Extremum insertum imo margini ossis occipitis, qui respicit petrosum, fere ab illo hiatu, quo exit capitis nervus octavus, ad os multiforme fere usque.

d. Pars ossis occipitis, quae est ante foramen ejus magnum.

e. Lunula ossis occipitis, quae pertinet ad hiatum, quo exit vena jugularis interna et nervus octavus capitis.

In Syntaxi, Tab. LIV. Γ. in collo.

(1) *Spini - axoïdo - occipital, Dumas.*

TABULA LXX.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Recti interni capitis majoris capita.

a. b. Caput primum, totum carneum, oriens a priore et superiore parte tuberculi prioris processus transversi vertebrae colli secundae: *b.* hîc truncatum. Est *a.* Fig. XXIII. Tab. LXIX.

c. d. Caput secundum, principio tendineo *c.* oriens a vertebra tertia, ut primum a secunda: *d.* pars carnea una cum tendinea truncata.

e. f. Caput tertium, principio tendineo *e.* oriens a vertebra quarta, ut primum a secunda: *f.* pars carnea, una cum tendinea truncata.

g. h. Caput quartum, principio tendineo *g.* oriens a vertebra quinta, ut primum a secunda: *h.* pars carnea truncata. Adde Fig. XXIII. Tab. LXIX.

FIG. II.

Trachelomastoïdeus, a latere (1).

a. b. Capitis primi principium tendineum, oriens *b.* a processu transverso vertebrae dorsi decimae.

c. d. Capitis secundi principium tendineum, oriens *d.* a processu transverso vertebrae dorsi undecimae.

e. f. Capitis tertii principium tendineum, oriens *f.* a processu transverso vertebrae dorsi duodecimae.

(1) Parvus Complexus, seu Mastoideus lateralis, *Winslow*.

g. h. Capitis quarti principium tendineum, oriens *h.* a posteriore et superiore parte processus transversi vertebrae primae colli, juxta obliquum adscendentem.

i. k. Capitis quinti principium tendineum, oriens *k.* a processu obliquo adscendente vertebrae colli secundae; ab exteriore et posteriore parte radicis processus illius, inde usque ab initio transversi.

FIG. III.

Trachelomastoïdeus a parte posteriore.

a. b. Capitis primi principium tendineum, oriens *b.* a posteriore et superiore parte processus transversi fere extremi vertebrae dorsi decimae.

c. d. Ut in Fig. II.

e. f. Ut in Fig. II.

Juxta *g.* capitis quinti principium tendineum, oriens a posteriore parte marginis lateralis externi processus oblique descendentis vertebrae colli tertiae, et infra eum ab obliquo adscendente secundae.

Juxta *h. i.* capitis sexti principium tendineum, oriens *h.* a posteriore parte marginis lateralis externi processus oblique descendentis vertebrae colli quartae, et infra eum *i.* ab obliquo adscendente tertiae.

k. l. m. Capitis septimi principium tendineum, oriens *l.* a posteriore parte marginis lateralis externi processus oblique descendentis vertebrae colli quintae, et infra eum *m.* ab obliquo adscendente quartae.

n. Plaga tendinea.

o. Extremum tendineum, insertum *p.* posteriori margini processus mammillaris.

In Syntaxi Tab. LVIII. *z.* etc. in cervice.

FIG. IV.

Biventer cervicis cum Complexo, a parte posteriore.

a. - p. Biventer cervicis.

a. b. Capitis primi principium tendineum, oriens *b.* a posteriore et superiore parte tuberis, in quod desinit processus transversus vertebrae dorsi sextae.

c. d. Capitis secundi principium tendineum, simili modo *d.* oriens a vertebra septima.

e. f. Capitis tertii principium, simili modo *f.* ab octava.

g. h. Quarti principium, simili modo *h.* a nona.

i. k. Quinti principium, simili modo *k.* a decima.

l. Portio, sive caput, ad Biventrem accedens, oriens a latere spinae vertebrae dorsi duodecimae.

m. Tendo medius inter ventres.

n. Plaga tendinea ventris secundi.

o. Extremum tendineum extrinsecus, insertum *p. p.* ossis occipitis parti posteriori, ad latus mediae, aliquanto inferius, quam ubi Cucullaris incipit.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *f.* - *n.* in cervice et trunco.

q. - *x.* *Complexus* (1).

q. r. Capitis primi principium tendineum, oriens *r.* a posteriore et superiore parte processus transversi fere extremi vertebrae dorsi decimae.

s. t. Capitis secundi principium tendineum, oriens *t.* simili modo a vertebra undecima.

u. v. Tertii principium tendineum, oriens *v.* simili modo a duodecima.

w. Plaga tendinea.

x. Hìc Biventrem subit, cum eo se conjungens, inserensque.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *u. v.* in cervice et trunco.

FIG. V.

Biventer cervicis cum Complexo, a latere.

a. - *g.* *Biventer cervicis.*

a. Pars inferior. Fig. IV.

b. c. Portio sive caput ad Biventrem accedens, oriens *c.* a la-

(1) Dorsi - trachelo - occipitalis, *Dumas.*

tere spinae vertebrae dorsi duodecimae, non longe a spinae mucrone.

d. e. Fig. IV. *m. n.*

f. g. g. Fig. IV. *o. p. p.*

In Syntaxi, Tab. LX. *τ.* in capite et collo.

h. - x. *Complexus.*

h. i. Fig. IV *q. r.*

k. l. Fig. IV. *s. t.*

m. n. Ibid. *u. v.*

o. p. Capitis quarti principium tendineum, oriens *p.* a posteriore et superiore parte processus transversi vertebrae colli primae, juxta obliquum adscendentem.

q. r. Capitis quinti principium tendineum, oriens *r.* ab exteriore et posteriore parte radicis processus obliqui adscendentis vertebrae colli secundae, inde usque a radice transversi.

s. t. Capitis sexti principium tendineum, oriens *t.* simili modo ab obliquo adscendente tertiae.

u. v. Capitis septimi principium tendineum, oriens *v.* eodem modo ab obliquo adscendente quartae.

Quinti, sexti, et septimi capitis origo a processuum obliquorum descendentium tertiae, quartae, quintae vertebrae margine laterali externo cerni ab hac parte nequit.

w. x. x. Ut in Fig. IV.

FIG. VI.

Sternomastoideus cum Cleidomastoideo, a parte priore.

a. *Sternomastoideus* (1).

b. Principium tendineum, quo oritur *c. c.* ab ossis pectoris parte priore et superiore, non longe a capite claviculae.

d. Extremum tendineum, insertum *e. e.* exteriori parti pro-

(1) Mastoideus exterior, *Winslow*.

cessus mammillaris, ab imo ad summum, fere per amplitudinem ejus mediam.

f. *Cleidomastoideus* (1).

g. g. Ortus ejus a superiore et priore claviculae parte, juxta caput ejus, quo ossi pectoris innixa.

h. Hinc conjungit se cum Sternomastoideo, cui caeterum subjectus.

In Syntaxi, Tab. LIII. *η. θ. ι. κ. λ. ν.* in collo.

FIG. VII.

Sternomastoideus cum Cleidomastoideo a parte posteriore.

a. b. Sternomastoidei pars interior et prior: *b.* principium tendineum.

c. Cleidomastoidei pars interior et prior.

d. Sternomastoidei et Cleidomastoidei inter se conjunctorum pars exterior et posterior.

e. Extremum tendineum, incurvo ductu insertum *f. g.* exteriori parti processus mammillaris, ab imo ad summum; continuoque retrorsum vicinae parti mammillari ossis temporis, eique vicinae parti ossis occipitis *g. h.*

In Syntaxi, Tab. LVI. *u.* in collo.

FIG. VIII.

Splenius capitis (2).

a. Capitis primi principium tendineum, oriens a spina vertebrae dorsi undecimae.

b. Capitis secundi principium tendineum, oriens a spina vertebrae dorsi duodecimae.

c. Capitis tertii principium tendineum, oriens a spina primae colli vertebrae.

(1) Mastoideus anterior, *Winslow*.

(2) Mastoideus posterior, *Winslow*. Cervico-dorsi-mastoideus, *Dumas*.

d. d. Hac parte procedit a ligamento cervicis. Cujus principii *e.* pars tendinea.

f. Extremum tendinosum, insertum *g. g.* posteriori et laterali externae parti processus mammillaris; indeque retrorsum ossi mammillari, ac vicino occipitis *h. h.*

In Syntaxi, Tab. LVII. *P.* in cervice.

FIG. IX.

Rectus capitis posticus minor (1).

a. Origo ab eminentia atlantis, quae spinae loco est: a qua origine extrinsecus tendineus est *b.*

c. c. Extremum ossi occipitis insertum, inter foramen magnum et finem Complexi.

In Syntaxi, Tab. LIX. *a.* etc. in capite et collo.

FIG. X.

Rectus capitis posticus major (2).

a. Origo ab illa parte marginis superioris spinae vertebrae colli sextae, quae pars est juxta radicem cornu, et ab ipso etiam cornu.

b. b. Extremum ossi occipitis insertum, medio loco inter finem Complexi, Obliqui superioris, et Recti postici minoris.

In Syntaxi, Tab. LIX. *d.* etc. in capite et collo.

FIG. XI.

Obliquus capitis superior (3).

a. Origo a superiore parte extremi processus transversi atlantis, ubi extrinsecus tendineus est *b.*

c. c. Extremum ossi occipitis insertum.

In Syntaxi, Tab. LIX. *g.* etc. in capite et collo.

(1) Tuber - atloïdo - occipitalis, *Dumas*.

(2) Spini - axoïdo - occipitalis, *Dumas*.

(3) Obliquus minor, *Riolanus*; Trachelo - atloïdo - occipitalis, *Dumas*.

FIG. XII.

Obliquus inferior capitis (1).

a. Origo a superiore parte lateris spinae epistrophaei, per totam longitudinem, principio tendinoso.

b. Extremum, insertum posterius extremo processui transverso atlantis.

In Syntaxi, Tab. LIX. *k.* etc. in collo.

FIG. XIII.

Rectus lateralis capitis (2).

a. a. Origo a parte priore et superiore processus transversi atlantis.

b. Extremum, extrinsecus tendineum, quo pertinet *c.* ad superficiem inaequabilem ossis occipitis, quae et juxta processum mammillarem est, et juxta posteriorem partem illius foraminis, quo exit vena jugularis interna.

In Syntaxi exhiberi nequivit.

c. Ossis occipitis pars, quae est ante foramen magnum.

d. Lunatus margo ossis occipitis, qui pertinet ad foramen, quo exit vena jugularis interna.

FIG. XIV.

Rectus capitis internus minor (3).

a. Principium tendinosum, quo oritur *b. b.* a priore et superiore parte corporis atlantis, juxta radicem processus transversi, et ab ipsa radice.

(1) Obliquus major, *Riolanus*; Spini - axoïdo - tracheli - atloideus, *Dumas*.

(2) *Le Rengorgeur droit, Dupré*; Transversarius primus anterior, *Winslow*; Tracheli - altoïdo - basilaris, *Dumas*.

(3) *Le Rengorgeur oblique, Dupré*; Rectus anticus minor, *Morgagni*.

c. Extremum tendinosum, quo se inserit *d.* inferiori et posteriori parti marginis ossis occipitis, qui cum petroso leviter connexus; et quidem tuberculo, quod e margine illo eminet ante processum coronoideum.
In Syntaxi exhiberi nequivit.
f. Fig. XIII. *c.*
g. Ibid. *d.*

FIG. XV.

Coccygeus a parte posteriore (1).

a. Principium tendineum, oriens *b.* ab apice processus acuti ischii.
c. Principii tendinei pars, quae procedit ab interiore parte processus acuti.
Inter *a.* et *c.* principium tendineum se complicat.
In Syntaxi, Tab. LVII. *d.* in inferiore trunci parte.

FIG. XVI.

Coccygeus, a parte priore.

a. Principium tendineum, quod oritur *b.* ab interiore parte apicis processus acuti ischii.
c. Extremum tendinosum, quo se inserit interiori parti *d.* marginis ossis sacri, juxta coccygem, *e.* coccygis ossis primi, *f.* secundi, *g.* tertii: et continuat se etiam ligamento *h.* quod intercedit inter os sacrum et coccygis os primum; et *i.* quod inter coccygis os primum et secundum, et *k.* quod inter secundum et tertium.

(1) Levator coccygis, *Morgagni;* Triangularis coccygis, *Santorini;* Sacro-coccygeus, *Winslow;* Ischio-coccygeus, *Dumas.*

TABULA LXXI.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Intercostalis externus nonus (1) *a parte posteriore.*

Hic solus in exemplum externorum propositus. Adde Tab. LIX. *H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S.* in dorso.

a. b. b. Origo ab exteriore et inferiore parte costae nonae, *a.* inde ubi illa ultra processum, cui innixa, procedere incipit.

c. c. c. Insertio exteriori et superiori parti costae decimae.

FIG. II.

Intercostalis externus nonus a latere.

a. a. a. Origo ab exteriore et inferiore parte costae nonae.

b. b. b. Insertio, ut in Fig. I. *c. c. c.*

FIG. III.

Intercostalis internus nonus a latere.

Hic solus in exemplum internorum propositus.

FIG. IV.

Intercostalis internus nonus (2) *a parte posteriore.*

Solus hic in exemplum internorum propositus. Adde Tab. LIX. *T. U. V. W. X. Y. Z. a. æ. b. c.* in dorso.

(1) Externos intercostales *inter-lateri-costales* appellat *Dumas.*

(2) Internos intercostales *Dumas* vocat *inter-pleuri-costales.*

FIG. V.

Intercostalis internus nonus et decimus a parte interiore.

a. a. b. b. b. c. c. d. d. d. e. Nonus.

a. a. Principium tendinosum, quo oritur *b. b. b.* ab inferiore et interiore parte costae nonae, et quidem a superiore margine sulci, cui insident vasa intercostalia.

c. c. Extremum tendinosum, quo se inserit *d. d. d.* interiori parti marginis superioris costae decimae, et *e.* hac etiam parte, oblique, interiori costae amplitudini.

f. Noni pars, quae longius descendit, costamque decimam praeterlapsa, ad undecimam pertinet.

g. Principium ejus, diu tendineum.

h. Extremum tendinosum, insertum *i. i.* cum Intercostali decimo, interiori parti marginis superioris costae undecimae.

k. l. m. n. Decimus.

k. Principium tendinosum, quo oritur *l. l.* ab inferiore et interiore parte costae decimae, ut nonus a nona.

m. Extremum tendinosum, quo se inserit *n. n. n.* interiori parti marginis superioris costae undecimae.

FIG. VI.

Levator brevior costae decimae (1).

Hic propositus in reliquorum exemplum. Adde Tab. LIX. $\varkappa. \lambda. \mu. \nu. \xi. o. \pi. \rho. \sigma. \varsigma. \tau. \upsilon.$ in dorso.

a. a. Origo a processu transverso vertebrae dorsi quartae, fere a tota ejus longitudine, ab inferiore parte.

b. Principii pars tendinosa.

c. c. Extremum, insertum superiori margini costae decimae, acutae eminentiae, quae se ex ea erigit, ubi a corporibus vertebrarum recedere incipit, et exteriori parti

(1) Supracostales breves, *Verheyen, Winslow.*

marginis superioris paullo ultra processum eumdem.

d. Extremi pars tendinosa.

In Syntaxi, Tab. LIX. uti paullo ante dictum est, *κ. λ. μ.* etc.

FIG. VII.

Levator longior costae decimae (1).

In exemplum reliquorum propositus. Adde Tab. LIX. *F. G.* in dorso.

a. Origo ab inferiore et posteriore parte processus transversi vertebrae dorsi quintae.

b. Principii pars tendinosa.

c. Extremum insertum posteriori parti marginis superioris costae decimae, juxta externum latus Levatoris brevioris.

d. Extremi pars tendinosa.

In Syntaxi, Tab. LIX. *A. F. G.* in dorso.

FIG. VIII.

Serratus posticus superior (2).

a. Pars tendinea, qua incipit, oriturque *b. b.* a ligamento cervicis circa tertiam et secundam colli spinam a dorso; *c.* a spina primae colli, *d.* duodecimae dorsi, *e.* undecimae; et in spinarum intervallis *f. g.* cum proximis musculis cohaeret.

h. i. k. l. Quatuor extrema, in quae se findit, quaeque inserit costae secundae, tertiae, quartae, quintae, ubi illae primum in priora incipiunt se curvare: ab exteriore parte, secundum marginem superiorem.

m. Primi extremum tendineum, insertum costae secundae.

n. Secundi, insertum tertiae.

(1) Supracostales longi, *Verheyen, Winslow.*

(2) Cervici - dorso - costalis, *Dumas.*

o. Tertii, insertum quartae.

p. Quarti, insertum quintae.

In Syntaxi, Tab. LVII. *æ.* etc. in cervicis et dorsi latere sinistro.

FIG. IX.

Serratus posticus inferior (1).

a. Pars tendinea, quae (cum Latissimo dorsi) oritur a spina dorsi vertebrae tertiae *b.*, secundae *c.*, primae *d.*, lumborum quintae *e.*, quartae *f.*, tertiae *g.*: et in intervallis spinarum illarum *h.i.k.l.m.* cohaeret cum proximis musculis.

n. Extremum primum, reliquis latius, insertumque *o. o.* costae nonae, exteriori parti marginis ejus inferioris, fere ubi se a dorso in priora curvat.

p. Extremum secundum, insertum costae decimae *q. q.* Angustius superiore.

r. Extremum tertium, insertum costae undecimae *s. s.*

t. Extremum quartum, insertum costae duodecimae *u. u.*

In Syntaxi, Tab. LVII. *C.* etc. in inferiore trunci parte.

FIG. X.

Cucullaris (2).

a.b.c.d.e.f.g. Principium tendineum.

a. Pars amplior principii, oriens *b. b. c.* a media crassa parte ossis occipitis, et finitima laterali.

A *c.* ad *e.* cohaeret cum pare sui, et cum eo a *c.* ad *d.* abscedit a ligamento cervicis, unde hic resectus.

A *d.* ad *e.* oritur a spinis duarum inferiorum colli vertebrarum, omniumque dorsi; posteriorem earum par-

(1) Dorsi - lumbo - costalis, *Dumas*.

(2) Trapesius, *Riolanus, Cowper, Winslow*. *Occipiti - dorso - clavisus - acromien, Dumas*.

tem complectens. In spinarum intervallis cum Cucullari sinistro cohaeret.

f. Principii plaga tendinea amplior, juxta imam cervicem, summumque dorsum.

g. Plaga tendinea amplior anguli imi.

h. Extremi pars tendinea, qua spinae scapulae non longe a basi insertum *i.*

Post continuo *k. k.* extremo tendinoso insertus *i. l.* exteriori parti marginis superioris spinae scapulae et processus superioris.

m. m. Caro; cujus fibrae superiores descendunt oblique in priora ad claviculam; inferiores adscendunt ad spinam scapulae; quae a confinio dorsi et cervicis, transversae sunt; quibus quo tum superiores, tum inferiores propiores, eo etiam magis sunt decursu similes.

In Syntaxi, Tab. LVI. *B.* etc. in capite, collo, dorso.

FIG. XI.

Cucullaris pars prior.

a. a. Inserta superiori parti et posteriori claviculae, juxta scapulae processum superiorem.

In Syntaxi, Tab. LII. Ψ. in collo.

FIG. XII.

Subclavius (1).

a. Tendo, quo incipit, excurrens per partem inferiorem carnis, et oriens *b.* ab exteriore parte extremi cartilaginei costae primae.

c. c. Extremum, insertum inferiori parti claviculae, mox retro caput ejus, usque ad connexionem cum processu coracoideo.

In Syntaxi, Tab. LIII. σ. ς. ς. in pectore.

(1) Costo - clavicularis, *Dumas*.

FIG. XIII.

Serratus magnus (1).

a. Caput primum, quod oritur *b.* ab exteriore et inferiore parte costae primae, et a principio etiam *c.* inhaeret Intercostali externo primo.

d. Caput secundum, quod oritur *e.* a tota altitudine costae secundae, et a principio etiam *f.* inhaeret Intercostali externo primo.

g. Caput primum et secundum conjuncta in unum, ex quo nata pars crassior est, extremo tendinoso inserta *h.* praecipue interiori parti orae scapulae brevissimae, mediae inter basim oramque superiorem.

i. Caput tertium, oriens *k.k.k.* ab exteriore parte marginis inferioris costae secundae. Latescit ad effigiem trianguli, et pertingit *l. l. l.* ad majorem partem basis scapulae interius.

m. Caput quartum, quod oritur *n. n.* ab exteriore parte costae tertiae, et inhaeret etiam *o. o.* Intercostali externo tertio: *p.* extremo tendinoso, pertinet ad basim scapulae infra caput tertium.

q. Caput quintum, quod oritur *r. r.* ab exteriore parte costae quartae, et tendinoso extremo *s.* inseritur angulo inferiori scapulae, mox infra caput quartum.

t. Caput sextum, inhaerens *u.u.* Intercostali externo quarto, et oriens *v.* ab exteriore parte costae quintae. Insertum *w.* angulo inferiori scapulae, mox infra quintum caput, extremo tendinoso.

x. Caput septimum, quod ab initio *y. y.* inhaeret Intercostali externo quinto, oriturque *z.* ab exteriore parte costae sextae. Pertinet *A.* ad imum anguli inferioris scapulae, infra caput sextum, extremo tendinoso.

B. Caput octavum, ab initio *C. C.* inhaerens Intercostali externo sexto, et *D.* oriens ab exteriore parte costae septimae.

(1) Costo-basi-scapularis, *Dumas*.

E. Caput nonum, inhaerens *F.F.* Intercostali externo septimo, oriens *G.* ab exteriore parte costae octavae.

H. Caput decimum, inhaerens ab initio *I.I.* Intercostali externo octavo, et oriens *K.* ab exteriore parte costae nonae.

L. Communis cauda capitis octavi, noni et decimi, pertinens extremo tendinoso ad angulum inferiorem scapulae. Cum ea quandoque conjunctum caput septimum.

M.N.N.O. Hinc resecta scapula, ut appareret subjacens ei Serrati pars: *M.* ora scapulae inter basim et oram superiorem: *N.N.* basis pars: *O.* angulus inferior.

In Syntaxi, Tab. LX. *K.L.M.N.O.P.Q.* in trunco.

FIG. XIV.

Serratus anticus (1).

a. b. Caput primum, quo oritur *c. c.* ab exteriore parte marginis superioris extremae partis osseae costae tertiae, et *d.* a proxima cartilaginis ejus: *b.* pars tendinea tenuis.

e. f. Caput secundum, quo oritur *g.g.* ab exteriore parte costae quartae, ductu obliquo, a superiore ejus parte, juxta cartilagineam ipsius portionem, et a proxima cartilaginea parte ipsa *h.* deorsum in posteriora inclinato: *f.* pars tendinea tenuis.

i. k. Caput tertium, quo oritur *l.* ab exteriore parte marginis superioris costae quintae, non longe a cartilaginea ejus portione: *k.* pars tendinea tenuis.

l. m. Extremum tendineum, quod in margine, qui axillam spectat, citius apparere incipit *m.* Insertum *n.* superiori et internae parti processus coracoidei scapulae, haud longe a mucrone ejus extremo.

In Syntaxi, Tab. LIII. *v.* etc. in pectore.

(1) Serratus minor, *Riolanus;* Serratus anticus minor, *Veslingius* et alii; Pectoralis minor, *Winslow;* Costo - coracoideus, *Dumas*.

FIG. XV.

Rhomboideus minor (1).

a. Principium tendineum, quo oritur a ligamento cervicis, juxta spinas trium primarum colli vertebrarum: a quo ligamento rescissum *b. b.*

c. c. Extremum scapulae insertum, illi parti basis, quae est juxta nascentem spinam, ubi basis angulum efficit cum ora superiore.

In Syntaxi, Tab. LVII. *m.* in dorso.

FIG. XVI.

Rhomboideus major (2).

a. Principium tendineum, quo oritur a latere extremi mucronis spinae vertebrae colli primae *b.*, dorsi duodecimae *c.*, undecimae *d.*, decimae *e.*, nonae *f.* Et in intervallis spinarum cum proximis musculis cohaeret, unde hic rescissus *g. g. g. g.*

h. i. Hac parte secundum scapulae basim se curvat, non autem inserit.

i. Extremum basi scapulae insertum, usque ad angulum inferiorem *k.*

In Syntaxi, Tab. LVII. *p.* etc. in dorso.

(1) Rhomboidis pars superior, *Riolanus, Douglas, Winslow;* cervici-dorso-scapularis, *Dumas.*

(2) Rhomboidis pars inferior, *Douglas. Winslow.*

TABULA LXXII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Latissimus dorsi a latere (1).

a. a. Latus tendo, quo incipit.
b. Pars carnea.
c. d. Hîc latus tendo a Glutei magni principio, cum quo cohaeret, resectus.
d. e. Lati tendinis origo ab exteriore margine partis mediae cristae iliûm.
f. g. h. Capita, quae ab exteriore costarum parte oriuntur in latere corporis: *f.* quod ab undecima, *g.* quod a decima, *h.* quod a nona.
i. Hîc se ad Teretem majorem inflectit.
k. l. Pars interior: cujus *k.* pars carnea; *l.* tendo in quem desinit.
In Syntaxi, Tab. LX. Ω. etc. in trunco.

FIG. II.

Latissimus dorsi a parte posteriore.

a. a. Latus tendo, quo incipit.
b. b. Ortus ejus ab extremis spinis vertebrarum dorsi sex inferiorum, a spinis vertebrarum lumborum et ossis sacri.
c. d. Ortus a processibus obliquis, qui sunt a latere hiatus ossis sacri, in quem spinae canalis exit.

(1) Aniscalptor, *Laurent, Riolanus, Spigelius, Cowper;* Dorsalis maximus, *Laurent, Winslow.* Dorso - lumbo - sacro - humeralis, *Dumas.*

d. - e. Hac parte cum principio Glutei magni cohaeret, a quo rescissus.

e. - f. Ortus ab exteriore margine partis mediae cristae iliûm.

g. Pars carnea.

h. Hîc se ad Teretem majorem inflectit.

i. k. Pars interior, cujus *i.* pars carnea, *k.* tendo, in quem desinit.

In Syntaxi, Tab. LVI. *P.* etc. in dorso.

FIG. III.

Latissimus dorsi a parte priore.

a. b. Capita, quae a costis oriuntur: *a.* quod a decima, *b.* quod a nona.

c. Pars carnea prior.

d. Pars carnea interior, a dorso veniens, truncata in *e. e.*

f. Tendo in quem abit, insertus *g. g.* aliquantum infra tuber inaequabile minus capitis superioris humeri, eminentiae *h. h.* quae sulcum terminat, a posteriore parte, per quem descendit tendo Bicipitis brachii.

In Syntaxi, Tab. LII. *τ. υ. φ.* in trunco.

FIG. IV.

Pectoralis a parte priore (1).

a. a. Origo a priori parte fere tota claviculae, quâ ad thoracem incurva est.

b. b. b. Origo a priori margine ossis pectoris, a radice sustentaculi claviculae, usque ad locum, ubi inserta cartilago costae sextae.

c. Ab exteriore parte extremae cartilaginis costae sextae.

d. e. A superiore parte et exteriore cartilaginis costae septimae fere extremae, principio tendineo tenui; cujus

(1) Sterno - costo - clavio - humeralis, *Dumas*.

inferior pars *e.* aut ad Pectoralem dici potest pertinere, aut ad aponeurosim Obliqui externi abdominis.

f. f. Hac parte cohaeret cum aponeurosi Obliqui externi abdominis, unde rescissus.

g. Portio ab aponeurosi accedens Obliqui externi abdominis, quae hîc tendinea: *h.h.* hîc rescissa ab aponeurosi.

i. i. Vestigium a Deltoide impressum, cui hac parte subjacet.

k. Tendo in quem abit pars superior, insertus *l. l.* eminentiae oblongae *m.* ossis humeri, in parte ejus interiore. *In Syntaxi* Tab. LII. ξ. in trunco. A latere Tab. LX. *H. I.* in trunco.

FIG. V.

Pectoralis extremum a parte posteriore.

a. b. Partes extremi prioris: quarum *a.* tendinea, *b.* in superficie tendinosa, tenuis.

c. Pars inferior, quae veniens a priori parte, flectit se circum superiorem.

d. d. Extremum tendineum posterius, quod a superiore parte decussat extremum prius, ipsi applicatum et cum eo connexum.

e. e. f. Insertio ossi humeri: Fig. IV. *l. l.*

g. g. g. g. Os humeri truncatum, excissa parte ejus, ut extremum Musculi cerni posset.

FIG. VI.

Infraspinatus (1).

a. - b. Origo a dorso scapulae secundum basim: *b. - c.* ab inferiore parte spinae. Caeterum oritur usque ad radicem processus superioris.

d. Tendo, ubi extus primum incipit apparere.

(1) *Sous - spini - scapulo - trochiterien , Dumas .*

e. f. Portiones carneae, quae ad tendinem illum accedunt: *e.* superior, quae a spina procedit: *f.* inferior, quae ab angulo inferiore.

g. Extremum tendineum, insertum *h.* superiori et posteriori parti tuberis inaequabilis majoris ossis humeri.

In Syntaxi, Tab. LVII. μ. etc. in scapula. A latere Tab. LX. Π. in trunco.

FIG. VII.

Coracobrachialis, a parte priore (1).

a. a. Coracobrachialis.

b. Communis ortus cum capite breviore Bicipitis brachii, a processu scapulae coracoideo.

c. Pars capitis brevioris Bicipitis brachii, extrinsecus tendinosa, et conjuncta cum Coracobrachiali: *d. d.* hîc resecta.

e. Excursus tendinosus per carnem Coracobrachialis, inde ubi caput breve Bicipitis cum eo non amplius cohaeret.

f. Hîc divisus est, penetrante nervo.

g. Insertio posteriori parti et interiori ossis humeri, infra mediam ossis ipsius longitudinem.

In Syntaxi, Tab. LIV. $\zeta.\eta.\beta$. etc. in humero.

FIG. VIII.

Coracobrachialis a parte posteriore.

a. Tendo, qui duobus principiis *b. c.* exoritur.

d. Carnis divisio, per quam nervus penetrat.

In Syntaxi, Tab. LVIII. ν. in brachio.

(1) Coracoideus, *Riolanus;* Perforatus, *nonnulli;* Coraco-humeralis, *Dumas.*

FIG. IX.

Teres major a parte priore (1).

a. Extremum tendineum, insertum *b. b.* eminentiae oblongae *c. c.* ossis humeri, quae est aliquantum infra tuber inaequabile minus capitis ejus superioris.
In Syntaxi, Tab. LIV. *Z. α.* in scapula.

FIG. X.

Teres major a parte posteriore.

a. a. Ortus ab exteriore parte anguli inferioris scapulae ac finitimae partis orae prioris.
b. Extremi pars tendinosa.
In Syntaxi, Tab. LVIII. *κ. λ. μ.* in scapula. A latere Tab. LX. Ψ. in trunco.

FIG. XI.

Deltoides a parte priore (2).

a. Primi ordinis portionum, e quibus constat, prima, principio tendinoso *b. b.* oriens *c. c.* a parte priore claviculae, quâ pars illa concava est; et alias quoque a mucrone processus superioris scapulae.
d. Secundi ordinis prior, principio tendineo *e.* conjuncto ab initio cum principio tendineo portionum quibus intersertum, oriens *f.* a mucrone processus superioris scapulae, inter ortum prioris *a.* et *g.*
g. Primi ordinis tertia, principio tendineo *h.* conjuncto cum principio portionum, quibus intersertum, oriens *i.* ab extremo processus superioris scapulae.

(1) Anguli - scapulo - humeralis, *Dumas*.
(2) Elevator, attollens humerum, *Spigelius;* Sub - acromio - clavi - humeralis, *Dumas*.

k. Secundi ordinis media, quae principio tendineo *l.* cum proximae portionis *g.* principio tendineo conjuncto in unum, oritur a processu superiore scapulae inter ortum portionis *g.*, et *g.* Fig. XII. Pertinet *m.* ad locum medium inter duo tubera oblonga, quae os humeri habet statim supra medium longitudinis suae, et cohaeret in fine cum Brachiali interno.

n. Extremum tendineum, effectum a portionibus *a.d.* insertum *o.* priori tuberi ossis humeri.

In Syntaxi, Tab. LII. *M.* etc. in humero.

FIG. XII.

Deltoides a parte posteriore.

a. Primi ordinis portionum, e quibus constat, secunda et posterior, principio tendineo *b. b.* ad exteriora excurrente, oriens *c.c.* a margine inferiore spinae et processus superioris scapulae.

d. Secundi ordinis portio posterior, principio tendineo *e.* conjuncto cum principio tendineo portionum, quibus intersertum, oriens *f.* a margine inferiore processus superioris inter portiones *a.* et *g.*

g. Primi ordinis portio quarta, principio tendineo *h.* conjuncto cum principio portionum quibus intersertum, oriens *i. i.* a cubito processus superioris ubi se flectit.

k. Secundi ordinis portio media, quae principio tendineo *l.* cum proximae portionis *g.* principio tendineo conjuncto in unum, oritur a margine processus superioris.

m. m. Extremum tendineum, quod portiones *a. d.* efficiunt, insertum *n. n.* posteriori tuberi oblongo ossis humeri, cui se etiam portio *g.* inserit.

o. o. Hinc rescissa caro, qua cohaeret cum Brachiali interno.

In Syntaxi, Tab. LVI. *ζ.* etc. in humero. A latere Tab. LX. *A.* etc. in brachio sinistro.

FIG. XIII.

Teres minor a parte posteriore (1).

a. a. Origo a margine scapulae priore et inferiore; et quidem ab ejus exteriore parte tota, ab angulo inferiore usque ad cervicem.
b. Tendo, insertus ossi humeri *c.*
d. e. Portiones carneae cum tendine insertae: *d.* altera a parte superiore; altera *e.* ab inferiore.
Insertus inferiori et posteriori parti tuberis inaequabilis majoris ossis humeri, finitimaeque parti cervicis.
In Syntaxi, Tab. LVII. *τ.* in scapula. A latere Tab. LX. Φ. in trunco.

FIG. XIV.

Teres minor a parte priore.

a. a. Principii pars tendinosa.
b. b. Origo a margine scapulae priore et inferiore.

FIG. XV.

Subscapularis (2).

a. b. c. d. e. Fasciculorum, e quibus constat, primi ordinis quinque, qui oriuntur ab eminentiis, quae in cava scapulae parte sunt juxta basim ejus: primus *a.* mox infra angulum superiorem: quintus *e.* ad radicem anguli inferioris: tres reliqui *b. c. d.* medio inter hos loco *f. f. f. f.* principia tendinea.
g. h. i. k. l. Fasciculorum, e quibus constat, secundi ordinis quinque;

(1) *Margini - sus - scapulo - trochiterien, Dumas.*
(2) Immersus, sive subscapularis, *Riolanus;* Sous - scapulo - trochinien, *Dumas.*

quorum quatuor inferiores *h. i. k. l.* interjecti primi ordinis quinque; superior *g.* supra eorumdem superiorem: *m. m. m. m. m. m.* origo eorum ab interiore parte sçapulae.

Ordo tertius in intervallis fasciculorum secundi ordinis, subjectus primo. Ordines ipsi totam interiorem scapulae superficiem occupant.

n. n. Extremum commune.

o. Tendineum extremum, insertum *p. p.* tuberi inaequabili minori capitis ossis humeri, a summo ad imum.

q. Carnea extremi pars, infra tendineam modo dictam inserta ossi humeri infra tuber modo memoratum.

r. Tuber inaequabile minus capitis humeri.

In Syntaxi, Tab. LV. Φ. etc. in scapula.

FIG. XVI.

Supraspinatus a parte posteriore (1).

a. Pars carnea insidens cavo, quod est supra spinam scapulae.

b. b. b. Prima origo a posteriore parte cavi quod est supra spinam: inde usque ad lunulam, quae ad radicem processus coracoidei, oriri pergens.

c. Extremum tendineum, insertum *d.* vertici tuberis inaequabilis majoris capitis humeri.

In Syntaxi, Tab. LVII. ι. in scapula.

FIG. XVII.

Supraspinatus a parte priore.

a. Tendo, in quem abit, insertus *b.* vertici tuberis inaequabilis majoris capitis humeri.

c. c. Truncatus processus coracoideus.

In Syntaxi, Tab. LIII. *r. s.* in brachio.

(1) *Sus-spini-scapulo-trochiterien, Dumas.*

TABULA LXXIII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Brachialis internus (1).

a. b. Bicorne principium quo oritur ab osse humeri.
c. c. c. Cornu posterioris origo ab eodem osse.
d. Pars depressior, cui adjacet Supinator longus.
e. Superficies tendinosa extremi.
f. Insertus interiori parti capitis superioris ulnae.
In Syntaxi, Tab. LIV. *κ.* etc. in humero.

FIG. II.

Brachialis internus a parte exteriore.

a. Principii cornu prius: *b. b.* ortus ejus ab osse humeri.
c. c. Pars depressior, quae est *d.* Fig. I.
In Syntaxi, a latere Tab. LX. *S.* in brachio sinistro.

FIG. III.

Biceps brachii (2).

a. b. c. Caput brevius: *a.* principium extrinsecus tendinosum, oriens *b.* a superiore parte extremi processus coracoidei scapulae: *c.* venter.
d. e. f. g. Caput longius: *d. e. f.* tendo, quo incipit, oriens *d.* a par-

(1) Humero - cubitalis, *Dumas.*
(2) Coraco - radialis, *Winslow;* Scapulo - coraco - radialis, *Dumas.*

te superiore et exteriore marginis sinus illius scapulae, cum quo committitur caput humeri. Decurrit *d.*-*e.* super caput humeri, et *e.*-*f.* per sinum qui est inter tubera inaequabilia capitis ejusdem: *g.* venter.

h. Venter communis.

i. Tendo, quo se inserit radio.

k. Aponeurosis, quam dat vaginae tendineae cubiti, *l. l.* truncata.

In Syntaxi, Tab. LIII. *w.*-*y.* in brachio. A latere Tab. LX. *P. Q. R.* in brachio sinistro.

FIG. IV.

Bicipitis extremus tendo a parte exteriore.

Extremus hic tendo, quia manus prona, inflexus ad priorem partem tuberculi, quod eminet infra cervicem radii.

a. a. Insertus parti posteriori ejusdem tuberculi.

FIG. V.

Triceps brachii a parte interiore (1).

a. b. Caput, quod *Longus* vocatur: *b.* principium tendinosum.

c. d. Caput, quod dicitur *Brachialis externus*: principium tendinosum marginis posterioris, qui oritur *e. e.* a margine posteriore humeri, et a tendine *f. f.* (2).

f. f. g. g. h. Tendo quidam, qui ab osse humeri *g. g.* oritur per longitudinem, et inseritur condylo *h.*

i. Tendo, qui ortus e superficie Brachialis externi, pertinet ad condylum humeri posteriorem *k.* conjunctus cum tendine *f. f.*

l. m. Caput, quod *Brevis* vocatur: *m.* principii pars tendinosa.

(1) Extensor cubiti magnus, *Douglas*; *Tri-scapulo-humero-olecranien*, *Dumas*.

(2) Longum cum Brevi *Gemellum* appellat *Cowper*; Bicipitem externum, *Douglas*. Anconeus magnus, internus, externus dicitur a *Winslowio*.

n. Intervallum inter eum et os humeri, per quod insignis nervus cum arteria et vena procedit.

In Syntaxi, Tab. LIII. *δ. ε. ζ. η.* in brachio. Tab. LIV. *θ. ι.* in humero.

FIG. VI.

Triceps brachii a parte exteriore.

a. b. c. d. Caput, quod *Brevis* vocatur: *b.* pars tendinosa, oriens *c. c. c.* ab exteriore parte ossis humeri per longitudinem, et quidem a radice cervicis: *d.* sinus a Deltoide impressus.

e. f. g. h. Caput, quod vocatur *Longus: f.* principium tendinosum, quo oritur *g.* ab imo cervicis scapulae: *h.* sinus impressus a Deltoide.

i. Caput, quod dicitur *Brachialis externus.*

k. Tendo communis trium horum capitum: *l.* tendinea pars, quam Longus efficit: *m.* pars tendinea a Brachiali externo addita tendini communi.

n. Pars tendinea, quae oriens a superficie Brachialis externi ad condylum humeri majorem pertinet *o.*

p. q. Tendo communis insertus exteriori parti verticis olecrani.

r. Tendinis communis mucro tenuior, insertus *q. s.* priori parti olecrani, et spinae, quae continuo eminet ab ulna.

In Syntaxi, Tab. LVII. *ω. - N.* in brachio. A latere, Tab. LX. *T. - X.* in brachio sinistro.

FIG. VII.

Tricipitis brachii caput, quod vocatur Brachialis externus, a parte exteriore.

a. - b. Longi caro rescissa: *b. - c.* Brevis truncata pars cum tendine communi.

d. e. Brachialis externus, cui vestigium impressum *d.* a Longo, *e.* à Brevi.

f. f. f. Ortus ejus ab exteriore parte ossis humeri, et porro *g.* ab exteriore parte radicis condyli.

h. Pars tendinosa.

i. Pars tendinea oriens e superficie Brachialis externi, et pertinens *k.* ad condylum humeri majorem.

l. Tendo communis Tricipitis.

m. Pars tendinea, quam Longus efficit et adjungit tendini communi.

n. Pars tendinea Brachialis externi.

o. o. Tendo insertus exteriori parti verticis olecrani.

p. Hîc Brachialis externus cum tendine communi ad olecranon pertingit, portione carnea.

In Syntaxi, Tab. LVIII. ξ. - ψ. in brachio.

FIG. VIII.

Anconeus (1).

a. Tendo quo incipit, et oritur *b.* ab exteriore et inferiore parte condyli minoris humeri.

c. c. Extremum, insertum priori parti olecrani, statim infra Brachialem externum, marginique exteriori ulnae infra olecranum.

In Syntaxi, Tab. LVII. *Y.* etc. in brachio.

FIG. IX.

Radialis internus (2).

a. Principium tendineum, quo oritur *b.* ab extremo condyli posterioris ossis humeri; una cum proximis musculis, Palmari longo, Ulnari interno, etc.

(1) Angoneus vel cubitalis, *Riolanus;* Anconeus parvus, *Winslow;* Epicondylo-cubitalis, *Dumas*.

(2) *Epitrochlo-metacarpien, Dumas*.

c. Tendo, in quem abit: qui parte *d.* crassiore procedit per sinum oblongum insculptum in interna parte ossis multanguli majoris, et inseritur *e.* mediae internae superiori parti capitis primi metacarpi indicis.

In Syntaxi, Tab. LII. Ψ. Ω. in brachio. A latere Tab. LX. *μ.* in brachio dextro.

FIG. X.

Ulnaris internus a parte interiore (1).

a. Principium tendineum, oriens *b.* a condylo majore humeri et cohaerens cum capite tendineo musculorum, qui ab illo condylo oriuntur. Per interiorem partem musculi excurrit longe *c.*

d. Principium oriens ab olecrano.

e. e. Pars tenuis et lata, quae est principii *d.* continuatio, et abscedit *f. f.* a vagina tendinea cubiti *g.*

h. Tendo in quem abit, insertus *i.* gibbae parti ossis subrotundi carpi, qua parte illud maxime eminet in interiora.

In Syntaxi, Tab. LIII. *A. A. B.* in brachio.

k. Ligamentum, quod *l.* ab osse subrotundo carpi, deductum est ad interiorem et superiorem partem capitis superioris ossis metacarpi manus quarti *m.*

FIG. XI.

Ulnaris internus et Radialis externus brevior, a parte exteriore.

a. - k. *Ulnaris internus: a.* principium, oriens *b.* a parte inferiore et posteriore condyli humeri, et cohaerens cum capite tendineo communi musculorum, qui oriuntur ab eodem condylo.

(1) Cubitalis internus, *Riolanus, Winslow; Epitrochli-cubito-carpien, Dumas.*

c. Principium oriens a margine posteriore olecrani, prope et infra finem tendinis Tricipitis brachii.

d. d. Pars tenuis et lata, quae est continuatio ejusdem principii *c.*, et quae parte *e. e.* abscedit a vagina tendinea cubiti; sive potius principio tendineo tenui *i.* oritur *k. k.* cum ipsa vagina ab ulnae spina, quae eminet a posteriore parte olecrani. Parte *f. g.* infra ab eadem spina oritur.

h. Tendo insertus ossi subrotundo.

In Syntaxi, Tab. LVII. *l.* - *q.* in brachio. A latere Tab. LX. *π. ρ. σ.* in brachio dextro; *Y.* in sinistro.

l. - *r.* *Radialis externus brevior* (1): *l.* Ortus a condylo priore ossis humeri, capite tendineo communi cum Extensore digitorum, Ulnari externo etc.

m. Principium tendineum a communi capite separatum. Tendinea pars excurrit diu *n. n.* ubi sinus ab Extensore digitorum communi impressus.

o. Pars interior, eaque tendinosa.

p. Tendo in quem abit, insertus *q.* priori et exteriori parti radicis capitis superioris ossis metacarpi digiti medii, et proximo capiti superiori metacarpi indicis.

r. Hîc procedit tendo per posteriorem partem sinus secundi capitis inferioris radii, qui prior externorum: retineturque ligamento armillari exteriore *16.* in manu dextra Tab. LVI. et in manu sinistra Tab. LX. *ζ.*

In Syntaxi, Tab. LVIII. *G. H. I.* in cubito. A latere Tab. LX. *l. m. m. m.* in brachio sinistro.

(1) Radieus externus, *Riolanus;* Radialis externus secundus, *Winslow; Epicondylo-sus-metacarpien, Dumas.*

TABULA LXXIV.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Radialis externus brevior, a parte priore (1).

a. Principium tendineum: *b.* tendo in quem abit, insertus *c.* priori et exteriori parti radicis capitis superioris ossis metacarpi digiti medii, et proximo capiti superiori metacarpi indicis.

d. Hic procedit per posteriorem partem sinus secundi capitis inferioris radii, et ibi retinetur ligamento armillari exteriore *e.* in brachio sinistro Tab. LII.

In Syntaxi, Tab. LIV. φ. φ. χ. χ. ψ. in cubito sinistro.

FIG. II.

Radialis externus longior, a parte exteriore (2).

a. a. Origo a margine priore ossis humeri, et continuo *b.* a condylo priore.

c. Hac parte conjungit se cum Extensore communi digitorum et Ulnari externo. Vide Tab. LVI. *C.* in cubito.

d. Pars tendinosa principii.

e. Tendo in quem abit; insertus *f.* parti exteriori et priori radicis capitis superioris ossis metacarpi indicis.

α. Tendo hic procedit per priorem partem sinus secundi

(1) Radieus externus, *Riolanus;* Radialis secundus exterior, *Winslow; Epicondylo-sus-metacarpien, Dumas.*

(2) Radieus externus, *Riolanus;* Radialis externus prior, *Winslow; Humero-sus-metacarpien, Dumas.*

capitis inferioris radii, et retinetur ligamento armillari exteriore *16*. in manu dextra Tab. LVI. quod et in Tab. LX. *ζ*. in manu sinistra.

g. Pars interior.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *B*. - *F*. in cubito. A latere Tab. LX. *g. h. i. i. i. k*. in brachio sinistro.

FIG. III.

Radialis externus longior a parte priore.

a. Principium tendinosum.

b. c. Hîc se in duos dividit, quorum *b*. praecipuus.

d. Tendo in quem abit pars praecipua.

e. Tendinis pars minor, quae se cum altera *d*. conjungit: ex quo fit *f*. tendo communis, insertus *g*. exteriori parti et priori radicis capitis superioris ossis metacarpi indicis.

h. Hîc procedit tendo per priorem partem sinus secundi capitis inferioris radii, et retinetur ligamento armillari exteriore *e*. in brachio sinistro, Tab LII.

In Syntaxi, Tab. LIV. *σ*.-*υ*. in cubito sinistro.

FIG. IV.

Ulnaris externus (1).

a. Principium tendineum oriens *b*. ab exteriore parte condyli prioris humeri.

c. Pars vaginae tendineae, quae post integumenta communia complectitur musculos qui in exteriore cubiti parte siti sunt, cum principio tendineo *a*. orta a condylo *b*.

d. d. Hîc rescissa, mox infra ortum Ulnaris ab ea.

(1) Cubitalis externus, *Winslow; Epicondy-cubito-sus-metacarpien, Dumas.*

e. Tendo in quem abit. Is parte *f.* procedit per sinum priorem et exteriorem extremae ulnae: ibique retinetur ligamento *14.*, *15.*, *17.* in manu dextra Tab. LVI., in manu sinistra *y. α.*

g. Insertus superiori parti eminentiae, quae est ad posticam partem capitis superioris ossis metacarpi quarti.

In Syntaxi, Tab. LVI. *W.* - *Z.* in cubito. A latere Tab. LX. *n. o.* in brachio sinistro, *τ.* in dextro.

FIG. V.

Supinator longus (1).

a. b. Principium tendinosum, hìc interruptum: quo oritur *c. d. d.* ab inferiore parte marginis prioris humeri, mox supra ortum Radialis externi longioris.

a. b. e. Sinus a Brachiali interno impressus.

f. Tendo in quem abit, insertus *g.* priori parti capitis inferioris radii, ad principium sinus illius, per quem decurrunt tendines Abductoris longi pollicis, et Extensoris minoris.

In Syntaxi Tab. LII. Π. Σ. in brachio. A posteriori parte Tab. LVI. *ω.* in cubito. A latere Tab. LX. *a.* in brashio sinistro, *κ.* in dextro.

FIG. VI.

Supinator brevis a parte exteriore (2).

a. Tendo, oriens *b.* a parte inferiore extremi condyli prioris humeri.

c. c. Pars extrinsecus tendinosa, *d.* - *e.* hac parte, ab initio

(1) Supinatorum primus, *Spigelius;* Supinator radii longus, *Cowper; Humero-sus-radial, Dumas.*

(2) Supinatorum secundus, *Spigelius;* Supinator radii brevis, *Cowper;* Epicondylo-radialis, *Dumas.*

tota tendinea, oriens ab exteriore parte capsae articulum radii cum humero et ulna continentis, unde rescissa: *e.* - *f.* ab hac eminentia incipiens, deorsum aliquantum exporrecta.

g. Extremum radio insertum.
In Syntaxi, Tab. LIX. Θ. etc. in brachio.

FIG. VII.

Supinator brevis a parte interiore.

a. Tendo, quo incipit. Parte *b.* inserit se supra eminentiam radii, cui insertus Biceps brachii. Porro inserit se *c. c. c.* secundum ambitum tuberculi quod est ante eminentiam memoratam. Post *d. d.* fere usque ad mediam radii longitudinem interius.

e. Pars posterior inter ulnam et radium conspicua.
In Syntaxi, Tab. LV. *b.* - *f.* in cubito.

FIG. VIII.

Pronator teres a parte interiore (1).

a. a. Principium oriens ab interiore et superiore parte condyli posterioris humeri.

b. Pars tendinosa extrinsecus.

c. Tendo in quem abit.
In Syntaxi, Tab. LII. Φ. in brachio. A latere Tab. LX. λ. in brachio dextro, *b.* in sinistro.

FIG. IX.

Pronatoris teretis extremum a parte exteriore.

a. Tendo extremus, insertus *b. b.* superficiei inaequabili, quae est in media gibba parte radii.

(1) Epitrochlo - radialis, *Dumas*.

FIG. X.

Pronator quadratus, a parte interiore (1).

a. a. Superficies tendinosa.

b. b. Ortus ab oblonga eminentia, quae est in interiore et posteriore ulnae parte supra caput ejus inferius.

c. c. Insertio inferiori parti radii, tum interiori ejus superficiei et margini, qui ex adverso ulnae est.

In Syntaxi, Tab. LV. *g.* - *k.* in cubito. A parte posteriore, Tab. LIX. Φ. in brachio dextro et sinistro.

FIG. XI.

Pronator quadratus, a latere.

a. a. Superficies tendinosa.

b. b. Ortus ab oblonga eminentia, de qua dictum est in Fig. X.

(1) Pronator inferior quadratus, *Riolanus, Cowper;* Pronator transversus, *Winslow;* Cubito-radialis, *Dumas.*

TABULA LXXV.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Extensor communis digitorum manus cum Extensore proprio auricularis.

a. - z. *Extensor communis digitorum manus* (1).

b. Principium tendineum oriens *c.* ab extremo condylo priore ossis humeri.

d. Pars vaginae tendineae, quae post integumenta complectitur musculos, cum principio tendineo *b.* orta a condylo *c.*

e. e. Hinc reliquum ejus rescissum.

f. Portio ad indicem pertinens: *g.* tendo in quem abit, cui se deinde adjungit Indicatoris tendo *V.* ex quo fit tendo communis *h.*

i. Tendo ad digitum medium pertinens, in quo tendine incisura *k.* qua per manum incedit. Portio carnea, quae tendinem hunc producit, subjecta portionibus duabus reliquis *f. l.*

l. Portio ad annularem pertinens: *m.* tendo in quem abit; in progressu suo per dorsum manus incisuram *n.* habens: *o.* ejus ramus, adjungens se tendini digiti medii: *p.* ejusdem tendinis ramus, qui se deinde findit in duos, quorum alter *q.* adjungit se tendini *ε.* auricularis, alter *r.* rursus in duos se dividit; alteroque *s.* pariter accedit ad tendinem *ε. ζ.* auricularis, immo potius ad tendinem *q.* cum tendine auricularis conjunctum: al-

(1) Magnus Extensor digitorum, *Riolanus;* Extensor quatuor digitorum, *Winslow; Epicondylo - sus - phalangettien commun, Dumas.*

tero *t.* ad truncum tendinis *m. n.* annularis: *n.* portio a tendine *n.* abscedens, accedensque ad tendinem *ε. ζ.* auricularis, sive potius ad tendinem *q.*

υ. Portio tendinea, qua truncus tendinis *m. n.* ad annularem pertinentis cum tendine auricularis *ε. ζ.* conjunctus ad initia digitorum; quae portio fit ex portionibus *s.* et *u.* et infra hanc aponeurosi *w.* a tendine *m. n.* abscedente, confluentibus in unum.

x. Portio tendinea, qua truncus tendinis *m. n.* ad annularem decurrentis, cum tendine *i.* medii juxta digitorum radices conjunctus. Fit ex tendine *o.* confluente cum aponeurosi *y.* quae abscedit a trunco *m. n.* tendinis annularis.

z. Aponeurosis, quae a tendine *i.* medii orta ad tendinem *g.* indicis accedit.

In Syntaxi, Tab. LVI. *d.* etc. in cubito, et Tab. LX. *p. q. r. s. t.* in brachio sinistro et manu, tum et in manu dextra.

α. - ζ. *Extensor proprius digiti auricularis.*

β. Ejus principium, cum principio Extensoris communis digitorum conjunctum.

γ. Pars vaginae cubiti tendineae, de qua supra dictum est ad *d.* Ab ea subtus fibrae hujus musculi procedunt.

δ. δ. Hinc reliquum ejus rescissum.

ε. Tendo in quem abit; *ζ.* quâ per dorsum manus decurrit leviter fissus.

In Syntaxi, Tab. LVI. *a.* etc. in cubito, Tab. LX. *v. w.* in brachio sinistro.

η. θ. ι. κ. Tendines Extensorum, qua per digitos incedunt, conjuncti cum tendinibus Interosseorum, Lumbricalium etc. Quorum *η.* qui digiti auricularis est, fit ex tendine *ε.* Extensoris auricularis proprii, conjuncto cum portionibus *q.* et *s. u. w.* ab Extensore communi accedentibus: *θ.* qui annularis: *ι.* qui medii; sunt Extensoris communis: *κ.* qui indicis fit ex tendine Indicatoris *V.* conjuncto cum tendine *g.* ab Extensore communi.

λ. λ. λ. λ. Extrema illorum tendinum: μ. unumquodque insertum tuberculo oblongo et transverso quod est in superiore capite ossis ordinis secundi.

ν. ξ. Tendinis indicis conjunctio ν. cum tendine Lumbricalis primi: ξ. cum tendine Interossei posterioris indicis.

ο. π. Tendinis digiti medii conjunctio ο. cum tendine, qui Interosseo priori digiti medii communis cum Lumbricali secundo: π. cum tendine Interossei posterioris digiti medii.

ρ. σ. Tendinis digiti annularis conjunctio ρ. cum tendine qui Interosseo priori annularis et Lumbricali tertio communis: σ. cum tendine Interossei posterioris digiti annularis.

τ. υ. Tendinis digiti auricularis conjunctio τ. cum tendine, qui Interosseo priori auricularis et Lumbricali quarto communis: υ. cum communi tendine Abductoris Flexorisque parvi digiti auricularis.

φ. Tendo Lumbricalis primi hîc truncatus, qui se conjungit ν. cum tendine indicis, acceptaque ab eo portione auctus decurrit χ. ad os tertium.

ψ. Tendo Interossei posterioris indicis hîc truncatus, qui se conjungit ξ. cum tendine indicis acceptaque portione auctus decurrit ω. ad os tertium.

A. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines χ. ω. insertum *B.* eminenti mediae exteriori parti capitis superioris ossis tertii.

C. Tendo Interosseo priori digiti medii cum Lumbricali secundo communis hîc truncatus: qui tendo se conjungit ο. cum tendine digiti medii, et accepta ab eo portione decurrit *D.* ad os tertium.

E. Tendo Interossei posterioris digiti medii truncatus: qui se conjungit π. cum tendine digiti medii, et accepta portione auctus, decurrit *F.* ad os tertium.

G. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *D.* et *F.* insertum *H.* eminenti mediae exteriori parti capitis superioris ossis tertii.

I. Tendo Interosseo priori annularis cum Lumbricali tertio communis, truncatus; qui tendo se conjungit *ρ*. cum tendine annularis, et hinc auctus decurrit *K*. ad os tertium.

L. Tendo Interossei posterioris digiti annularis, truncatus; qui tendo se conjungit *σ*. cum tendine annularis, et hinc auctus, decurrit *M*. ad os tertium.

N. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *K*. *M*. insertum *O*. eminenti mediae exteriori parti capitis superioris ossis tertii.

P. Tendo Interosseo priori auricularis cum Lumbricali quarto communis, truncatus; qui se conjungit *τ*. cum tendine auricularis; acceptaque ab eo portione auctus, decurrit *Q*. ad os tertium.

R. Tendo communis Abductoris Flexorisque parvi digiti auricularis, truncatus; qui tendo se conjungit *υ*. cum tendine auricularis, acceptaque portione auctus decurrit *S*. ad os tertium.

T. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *Q*. *S*. insertum *U*. eminenti mediae exteriori parti capitis superioris ossis tertii.

In Syntaxi, Tab. LVI. *y*. z. *γ*. *δ*. *ε*. *η*. *θ*. *ι*. *κ*. etc. in manu dextra. Tab. LVII. Tab. LVIII. etc.

V. Tendo Indicatoris truncatus.

FIG. II.

Profundus a parte exteriore.

a. *a*. Ortus ab ulnae posteriore parte, incipiens infra radicem olecrani.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *R*. *S*. *S*. in cubito dextro.

FIG. III.

Profundus a parte interiore cum Lumbricalibus.

a. - p. Profundus (1).

b. b. b. Ortus ab ulna, et a vicina parte ligamenti, quod intercedit ulnam inter et radium.

c. Principii pars tendinosa.

d. e. f. Tendines tres ex carne orientes. Quorum primus *d.* abit in tendinem indicis *g. h.* Secundus *e.* in tendinem medii *i. k.* Tertius *f.* in duos *l.m., n.o.*: quorum alter *l.m.* digiti annularis est; alter *n. o.* auricularis. Quâ tendines illi per volam et digitos decurrunt, quodammodo per longitudinem fissi sunt, et quasi ex duobus inter se connexis videntur constructi *h. k. m. o.* ad postremum *p. p. p. p.* inserti asperae superficiei, quae est in interiore parte ossium tertii ordinis, ad radicem capitis superioris.

g. i. l. n. Hîc tendines trajiciunt se per sinum interiorem carpi, sub ligamento carpi interiore, quod vide Tab. LIV. *N.* in manu dextra.

In Syntaxi, Tab. LIV. *C. C.* etc. in cubito.

q. - t. Lumbricalis primus (2), oriens *r. r.* a crassiore parte earum in quas tendo Profundi ad indicem pertinens quodammodo fissus est.

s. Tendo, qui se conjungit cum communi tendine Extensorum indicis, et deinde ad os indicis tertium pertinet.

t. Aponeurosis, quam conjungit cum aponeurosi Abductoris indicis.

u. - y. Lumbricalis secundus; insigniore parte *v. v.* oriens a crassiore parte tendinis Profundi ad medium digitum pertinentis: dein minus insigni *w.* a tendine pertinente ad indicem.

(1) Flexor tertii digitorum internodii, *Spigelius;* Perforans, *Cowper, Winslow; Cubito - phalangettien commun, Dumas.*

(2) Musculi flectentes primum internodium, *Spigelius; Annuli - tendino - phalangiens, Dumas.*

x. Tendo ejus, qui conjunctus cum tendine Interossei prioris digiti medii communem cum eo tendinem *y*. efficit, qui conjungit se cum tendine Extensoris communis.

z. - δ. *Lumbricalis tertius:* ad similitudinem secundi oritur insigniore parte α. α. a crassiore parte tendinis Profundi ad digitum annularem pertinentis; minus insigni β. a tendine pertinente ad digitum medium.

γ. Tendo ejus, qui conjunctus cum tendine Interossei prioris digiti annularis communem cum eo tendinem δ. efficit, qui abit cum tendine Extensoris communis ad os tertium digiti annularis.

ε. - ι. *Lumbricalis quartus:* ad similitudinem secundi insigniore parte ζ. ζ. oriens a crassiore parte tendinis Profundi ad digitum auricularem pertinentis, et minus insigni η. a tenuiore parte tendinis ad annularem pertinentis.

θ. Tendo ejus, qui conjunctus cum tendine Interossei prioris digiti auricularis communem cum eo tendinem ι. efficit conjungentem se cum tendine Extensoris auricularis, et ad os tertium digiti illius pertinentem.

In Syntaxi, Tab. LIV. *c. f. e.: g. w.: k. s.: n. p.* in manu dextra.

FIG. IV.

Sublimis (1).

a. Principium tendinosum, oriens *b*. ab interiore parte condyli majoris humeri.

c. Portio exili tendine *c*. oriens *d*. a priori parte eminentiae ulnae, cui Brachialis internus inseritur.

e. Caput amplum et tenue procedens a radio.

f. Pars tendinosa principii orientis a radio.

g. *g*. Ortus hujus capitis a radio juxta finem Supinatoris brevis et Pronatoris teretis incipiens: et hinc quoque oriri pergens.

(1) Digitorum secundi internodii flexor, *Spigelius;* Perforatus, *Cowper; Epitrochlo - coroni - phalanginien*, *Dumas*.

i. Portio ad indicem pertinens: *k.* tendo, in quem abit.
l. - - - ad digitum medium pertinens: *m.* tendo, in quem abit.
n. - - - ad digitum annularem pertinens: *o.* tendo, in quem abit.
p. - - - ad digitum auricularem pertinens: *q.* tendo, in quem abit.
k. m. o. q. Hîc tendines procedunt per interiorem concavam carpi partem, sub ligamento carpi interiore, quod vide Tab. LIII. *l.* in manu dextra.
r. Tendo in longitudinem quodammodo fissus. Ut hic, sic reliqui.
s. t. Cornua duo, in quae tendo se findit; inserta *u. v.* interiori parti mediae longitudinis marginum ossis secundi ordinis; alterum priori, alterum posteriori. Sic in reliquis.
w. Pars tenuior, qua cornua illa sub tendine Profundi cohaerent inter se.
In Syntaxi, Tab. LIII. *C.* - *Q.* in cubito, etc.

FIG. V.

Sublimis.

a. Ligamentum, quod ab inferiore parte condyli posterioris humeri ad posticam capitis superioris ulnae, juxta imam sinus ejus lunati pertinet.
b. c. c. Rescissi Sublimis portio, *b.* quâ oritur a condylo, *c. c.* quâ a ligamento *a.* et a superiore et posteriore parte eminentiae inaequabilis ulnae, cui Brachialis internus inseritur.

FIG. VI.

Interossei manus interni ab exteriore parte (1).

a. *Interosseus digiti auricularis*, oriens *b. b.* a facie ossis me-

(1) *Sous-metacarpo-lateri-phalangiens, Dumas.*

tacarpi digiti illius, quae spectat os metacarpi annularis.

c. Tendo ejus, qui cum tendine Lumbricalis quarti conjungit se cum tendine Extensoris proprii auricularis et decurrit *e.* ad os tertium auricularis.

f. g. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem Extensoris; inferiore parte *f.* producta a tendine *c.*; superiore *g.* veniens e capsa articuli hujus digiti cum suo metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *m. n. o. p. q. r.* in manu dextra.

h. Tendo Extensoris proprii auricularis: *i.* tendo communis Abductoris Flexorisque parvi ejusdem digiti.

k. *Interosseus prior annularis*, oriens *l.l.* a latere illo ossis metacarpi digiti illius, quod spectat os metacarpi medii.

m. Tendo ejus, qui accepto tendine Lumbricalis tertii, conjungit se *n.* cum tendine Extensoris communis ad hunc digitum pertinente, et decurrit *o.* ad os tertium digiti hujus.

p. q. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem Extensoris; inferiore parte *p.* producta a tendine *m.*; superiore *q.* veniens e capsa articuli digiti hujus cum metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *y. z. α. β. δ.* in manu dextra.

r. Tendo Extensoris communis ad hunc digitum pertinens: *s.* tendo Interossei posterioris digiti annularis.

t. *Interosseus posterior indicis*, oriens *u. u.* ab illa superficie ossis metacarpi indicis, quae spectat os metacarpi medii.

v. Tendo ejus, qui se conjungit cum tendine extensore indicis, et decurrit *x.* ad os tertium ejusdem digiti.

y. z. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem extensorem indicis; inferiore parte *y.* producta a tendine *v.*; superiore *z.* veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *σ. ς. τ. υ.* in manu dextra.

α. Tendo extensor indicis: *β.* tendo Lumbricalis primi.

γ. *Interosseus prior indicis* (1), oriens *δ. δ.* a facie priore ossis metacarpi indicis.

(1) Abductor indicis, *Cowper*.

ε. Ejus tendineum extremum, insertum ζ. priori parti capitis superioris ossis primi indicis.

In Syntaxi, Tab. LVIII. 2. 3. in manu dextra.

FIG. VII.

Interossei manus interni ab interiore parte.

a. Interosseus prior indicis, oriens *b. b. b.* a facie priore ossis metacarpi indicis: *c.* extremum tendineum, insertum *d.* priori parti capitis superioris primi ossis indicis.

In Syntaxi, Tab. LV. ν. ω. in manu dextra.

e. Interosseus posterior indicis, oriens *f. f.* ut in Fig. VI. *u. u.*

g. Tendo ejus, qui accepta portione a tendine extensorum indicis decurrit ad os tertium indicis.

In Syntaxi, Tab. LV. *x. y.*

h. Interosseus prior annularis, oriens *i. i.* a facie illa ossis metacarpi digiti annularis, quae spectat os metacarpi medii.

k. Tendo ejus, cui se adjungit tendo Lumbricalis tertii, *l.* hîc truncatus; communisque ex iis factus tendo *m.* decurrit ad os tertium digiti hujus.

In Syntaxi, Tab. LV. ε. ζ. in manu dextra.

n. Interosseus digiti auricularis, oriens *o. o.* Ut in Fig. VI. *b. b.*

p. Tendo ejus, cui se adjungit tendo Lumbricalis quarti, truncatus *q.*: communisque ex iis factus tendo *r.* decurrit ad os tertium hujus digiti.

In Syntaxi, Tab. LV. μ. ν. in manu dextra.

FIG. VIII.

Interossei manus bicipites, seu externi a parte interiore (1).

a. - f. Interosseus prior digiti medii.

a. Caput tenuis, quod ab osse metacarpi indicis oritur.

(1) *Sus - metacarpo - lateri - phalangiens*, *Dumas*.

b. Caput crassius, oriens *c. c.* a latere ossis metacarpi digiti medii, quod spectat os metacarpi indicis.

d. Tendo ejus, cui se adjungit tendo Lumbricalis secundi, truncatus *e.* et communis ex iis factus tendo *f.* cum tendine Extensoris communis decurrit ad os tertium digiti hujus.

In Syntaxi, Tab. LV. z. in manu dextra, LIX. juxta *k.* in manu sinistra.

g. - k. *Interosseus posterior digiti medii.*

g. Caput tenuis oriens ab osse metacarpi annularis.

h. Caput crassius, oriens *i. i.* ab osse metacarpi digiti medii, quâ spectat os metacarpi annularis.

k. Tendo ejus, qui accepta portione a tendine Extensoris communis ad digitum medium pertinente, decurrit ad os tertium medii.

In Syntaxi, Tab. LV. *γ. δ.* in manu dextra, LIX. *l. l.* in manu sinistra.

l. - o. *Interosseus posterior digiti annularis.*

l. Caput tenuius, quod oritur ab osse metacarpi auricularis.

m. Caput crassius, oriens *n. n.* a latere ossis metacarpi digiti annularis quâ spectat os metacarpi auricularis.

o. Tendo ejus, qui accepta a tendine Extensoris communis ad annularem pertinente portione auctus, decurrit ad os tertium digiti hujus.

In Syntaxi, Tab. LV. *ι. κ.* in manu dextra, LIX. *n. n.* in manu sinistra.

FIG. IX.

Interossei manus bicipites, seu externi ab exteriore parte.

a. - h. *Interosseus posterior digiti annularis.*

a. Caput tenuius, oriens *b. b.* ut in Fig. VIII. *l.*

c. Caput crassius, oriens *d. d.* ut in Fig. VIII. *n. n.*

e. Tendo, qui se conjungit *f.* cum tendine Extensoris communis, et decurrit *g.* ad os tertium digiti ipsius.

h. i. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem Extensoris communis, inferiore parte *h.* producta a tendine *e.*; superiore *i.* veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVII. *π. ρ. σ. ς. τ.* in manu dextra.

k. Tendo ab Extensore communi ad digitum annularem pertinens: *l.* tendo Interosseo priori annularis cum Lumbricali tertio communis.

m. - t. Interosseus posterior digiti medii.

m. Caput tenuius, oriens *n. n.* ab exteriore margine ossis metacarpi annularis, qua spectat os metacarpi medii.

o. Caput crassius, oriens *p. p.* ut in Fig. VIII. *i. i.*

q. Tendo, qui se conjungit *r.* cum tendine Extensoris communis, et decurrit *s.* ad os tertium digiti.

t. u. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem Extensoris communis; inferiore parte *t.* producta a tendine *q.*; superiore *u.* veniens e capsa articuli hujus digiti cum metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVII. *a. b. c. f. g. h.* in manu dextra.

v. - ε. Interosseus prior digiti medii.

v. Caput crassius, oriens *w. w.* ab osse metacarpi digiti medii quâ spectat os metacarpi indicis.

x. Caput tenuius, oriens *y. y.* ab exteriore margine ossis metacarpi indicis, quâ spectat os metacarpi medii.

z. Tendo, qui accepto tendine Lumbricalis secundi, conjungit se *α.* cum tendine Extensoris communis, et accepta ab eo portione, decurrit *β.* ad os tertium digiti medii.

γ. Commune extremum, in quod se conjungunt tendines *s. β.* insertum *δ.* ossi tertio.

ε. ζ. Aponeurosis, quae accedit ad tendinem Extensoris communis ad digitum medium pertinentem; inferiore parte *ε.* producta a tendine *z.*; superiore *ζ.* veniens e capsa articuli digiti cum metacarpo.

In Syntaxi, Tab. LVII. *i. i. k. k. l. m. n. p.* in manu dextra.

η. Tendo ab Extensore communi pertinens ad digitum medium.

TABULA LXXVI.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Flexor parvus digiti minimi manus (1).

a. Ortus ab exteriore parte ligamenti carpi, *b.* a media parte extremi processus incurvi ossis cuneiformis carpi.

c. Tendo in quem abit. Quo cum tendine Abductoris conjuncto fit tendo communis *d.*: is conjungit se cum tendine Extensoris auricularis proprio, et decurrit ad os tertium hujus digiti. Vide Fig. I. *R. v. S. T. U.*

In Syntaxi, Tab. LIII. *τ. v. φ.* in manu dextra, LVII. *ζ.* in manu sinistra.

FIG. II.

Abductor digiti minimi manus (2).

a. Ortus ejus ab interiore et a posteriore parte eminentiae rotundae ossis subrotundi: *b.* a proxima ligamenti carpi interioris.

c. Tendo alter, in quem abit, insertus *d.* posteriori parti capitis superioris ossis primi digiti minimi.

e. Tendo alter qui se conjungit cum tendine Flexoris parvi truncato in *f.* Communis ex eo factus tendo inserit se infra extremum tendineum *d.*; dein adjungit se *g.* tendini Extensoris proprii auricularis.

(1) Pars *Hypothenaris* parvi digiti, *Riolanus. Second carpo-phalangien du petit doigt, Dumas.*

(2) Pars Hypothenaris parvi digiti, *Riolanus;* Extensor tertii internodii minimi digiti, *Cowper;* Hypothenar parvus, *Winslow; Carpo-phalangien du petit doigt, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LIII. ψ. ω. in manu dextra: Tab. LVII, θ. in manu sinistra: Tab. LX. *k*. in dextra.

FIG. III.

Indicator (1).

a. Principium tendineum oriens *b. b.* juxta posteriorem partem Extensoris majoris pollicis ab exteriore parte spinae ulnae, et a ligamento cubiti ossibus interjecto, juxta ulnam.

c. Tendo in quem abit, qui decurrit sub ligamento manus armillari (Tab. LVI. *16*. in manu dextra), dein se conjungit *d*. cum tendine Extensoris communis digitorum ad indicem pertinente *e*. hîc truncato, et cum eo efficit communem tendinem *f*.

In Syntaxi, Tab. LVII. *f. g. h.* in brachio.

g. Tendo Interossei posterioris indicis.

h. Tendo Lumbricalis primi.

FIG. IV.

Abductor indicis manus a parte exteriore (2).

a. Principium tendineum, oriens *b*. a dorso ossis multanguli majoris.

c. Origo a superiore parte marginis ossis metacarpi pollicis, quo id indicem respicit.

d. Portio oriens ab interiore et superiore parte ossis metacarpi indicis.

e. Aponeurosis, quam conjungit cum tendine Lumbricalis primi, et adjungit communi tendini Extensorum indicis, a quo hîc *f*. rescissa.

In Syntaxi Tab. LVII. *3 z*. in manu dextra: Tab. LX. π. in manu sinistra.

(1) Indicem abducens, *Spigelius, Veslingius;* Extensor secundi internodii indicis proprius, *Douglas;* Extensor proprius indicis, *Winslow; Cubito - sus - phalangettien de l' index, Dumas*.

(2) Adductor pollicis, *Spigelius, Cowper;* Semi - interosseus indicis, *Winslow*.

FIG. V.

Abductor indicis manus a parte interiore.

a. Tendinosa principii pars.
b. Extremum tendineum, quo insertus *c.* capiti superiori ossis primi indicis.

FIG. VI.

Opponens pollicis manus (1).

a. Ortus ab ossis multanguli majoris eminentia priore, et *b. b. b.* a ligamento carpi, principio tendinoso.
c. Tendinea extremi portio.
d. d. Insertio internae superficiei ossis metacarpi pollicis, ad caput ejus inferius.
e. Vestigium impressum ab Abductore brevi pollicis, et Abductore brevi altero.
In Syntaxi Tab. LIII. *q.* etc. in manu dextra: Tab. LVII. *ρ.* in manu sinistra.

FIG. VII.

Abductor brevis pollicis manus (2).

a. a. Origo a ligamento carpi interiore.
b. Extremum tendineum, cujus pars *c.* inserta internae et priori parti capitis superioris ossis primi pollicis.
d. Tenuitas tendinea, quae conscendit dorsum pollicis, et coit cum priore parte tendinum Extensorum pollicis.
e. Portio, quam tendo partis superioris Abductoris longi pollicis manus dat huic Abductori brevi.
In Syntaxi, Tab. LII. *Y. Z.* Γ. in manu dextra: Tab. LVI. *θ. κ.* in manu sinistra.
f. Tendo Extensoris minoris pollicis manus truncatus.
g. Tendo communis Extensorum pollicis.

(1) Flexor primi internodii pollicis, *Douglas;* Thenar, *Winslow.*
(2) Pars Thenaris, *Winslow; Scapho - sus - phalanginien du pouce, Dumas.*

FIG. VIII.

Abducto, brevis alter pollicis manus.

a. Ortus ejus ab inferiore et exteriore parte ligamenti carpi interioris.

b. Extremum tendinosum, insertum *c.* internae et priori parti capitis superioris ossis primi pollicis.

In Syntaxi, Tab. LIII. *u.* etc. in manu dextra: Tab. LVII. *τ.* in manu sinistra.

FIG. IX.

Abductor longus pollicis manus a parte exteriore (1).

a. a. Principium tendineum, oriens *b. b.* ab ulnae spina, statim supra ulnae medium ab exteriore parte.

d. Pars, quae oritur *e. e.* a radii facie exteriore. Oritur etiam ab exteriore parte ligamenti, quod inter ulnam radiumque jacet intermedium.

f. Tendinosa illius portionis pars.

g. Tendo partis superioris.

h. Tendo partis inferioris, *i.* hîc truncatus.

In Syntaxi, Tab. LVII. Λ.-Φ. in brachio: Tab. LX. *x. y. y. z. z.* in brachio et manu sinistra.

FIG. X.

Abductor longus pollicis manus a parte interiore.

a. Pars ejus interior: *b.* superior: *c.* tendo in quem abit: cujus pars *d.* inserta internae parti ossis multanguli majoris, juxta pollicem: portio *e.* accedit ad Abductorem brevem pollicis manus, hîc truncata.

f. Pars inferior: *g.* tendo ejus insertus *h.* tuberculo, quod est in priore et interna parte capitis superioris ossis metacarpi pollicis.

(1) Extensor primi internodii pollicis, *Cowper;* Portio primi Extensoris pollicis, *Winslow; Cubito-radi-sus-metacarpien du pouce, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LIII. *a. b. c. d.* in cubito dextro: Tab. LVI. *η.* in manu sinistra.

FIG. XI.

Flexor brevis pollicis manus (1).

a. Origo ab interiore parte et inferiore ossis multanguli minoris, *b.* capitati, *c.* cuneiformis. Oritur etiam ab eminentia interna multanguli majoris et a capitibus vicinis ossium metacarpi indicis et medii digiti, saepe et annularis et pollicis.

d. Cauda altera, extremo tendineo *e.* inserta *f.* superiori parti illius ossium sesamoideorum, quae apposita ad articulum pollicis cum metacarpo, quod ab indice remotius.

g. Altera extremo tendineo *h.* inserta *i.* ossi sesamoideo, quod indici propius; dein infra illud *k.* proximae parti laterali capitis superioris ossis primi pollicis.

In Syntaxi, Tab. LV. *l.-q.* in manu dextra: Tab. LIX. Ψ.-*e.* in manu sinistra.

FIG. XII.

Flexor longus pollicis manus (2).

a. a. Prima origo a radio; tum et a ligamento ossibus cubiti interjecto.

b. Principii pars tendinosa.

c. Portio, quae ad eum accedit exili tendine *d.* oriens *e.* a condylo majore humeri, rarius occurrens: *f.* tendo, in quem portio illa abit, qui ad carnem Flexoris se adjungit, efficitque primum initium tendinis ejus *g.*

h. Tendo incedens inter ossa sesamoidea pollicis.

(1) Pars Flexoris primi et secundi ossis pollicis, *Cowper;* Flexor secundi internodii, *Douglas;* Antithenar, seu semi-interosseus pollicis, *Winslow;* *Carpo-phalanginien du pouce, Dumas.*

(2) Flexor tertii internodii pollicis, *Spigelius, Cowper, Douglas;* Longissimus pollicis, *Cowper;* *Radio-phalangettien du pouce, Dumas.*

i. Quâ secundum metacarpum pollicis incedit, per longitudinem quodammodo fissus est.

k. Insertus parti posticae fere mediae ossis ultimi pollicis, quâ eminet asperula.

Ligamentum quo coercetur, ubi secundum primum os pollicis incedit; vide Tab. LII. Σ. in manu dextra.

In Syntaxi, Tab. LIV. Π. - *B.* in cubito et manu: Tab. LVIII. *X. X. Y.* in cubito sinistro et manu.

FIG. XIII.

Extensor major pollicis manus (1).

a. a. Ortus ab exteriore parte ulnae, et *b.* a ligamento, quod ab ulna ad radium deductum.

c. Principii pars tendinea.

d. Tendo in quem abit.

e. Tendo Extensoris minoris pollicis manus, hîc truncatus. Fig. XIV. *c.*

f. Commune extremum, in quod confluunt tendines Extensoris majoris et minoris pollicis, insertum *g.* tuberculo oblongo et transverso, quod eminet e priore et superiore parte ultimi ossis pollicis.

In Syntaxi, Tab. LVI. *a. b. c. d. e.* in brachio.

h. Aponeurosis, quae se adjungit tendini communi Extensorum pollicis, truncata.

FIG. XIV.

Extensor minor pollicis manus (2).

a. Pars tendinea principii oriens *b.* ab exteriore parte spinae ulnae, cui adnexum ligamentum interosseum, tum et a ligamento ipso.

c. Tendo in quem abit.

(1) Extensor tertii internodii pollicis, *Cowper, Douglas; Cubito - sus - phalangettien du pouce, Dumas.*

(2) Extensor secundi internodii pollicis, *Cowper, Douglas; Cubito - sus - palangien du pouce, Dumas.*

d. Tendo Extensoris majoris pollicis manus, hîc truncatus. Fig. XIII. *d.*

e. Commune extremum, in quod confluunt tendines Extensoris minoris et majoris, insertum *f.* tuberculo oblongo et transverso quod eminet e priore et superiore parte ossis ultimi pollicis.

In Syntaxi, Tab. LVII. Ψ. Ω. *d.* in brachio.

g. Aponeurosis eadem, quae est *h.* in Fig. XIII.

FIG. XV.

Adductor pollicis manus (1).

a. Origo ab interiore parte capitis superioris ossis metacarpi digiti annularis, juxta os metacarpi digiti medii; et inde *b. b.* ab interno latere ossis metacarpi medii.

c. Extremum tendineum, insertum *d.* ei parti capitis superioris ossis primi pollicis, quae spectat indicem.

In Syntaxi, Tab. LV. *ȿ.* etc. in manu dextra: Tab. LIX. *g. h.* in manu dextra et sinistra.

FIG. XVI.

Adductor metacarpi digiti minimi manus (2).

a. Origo a posteriore parte extremi fere processus incurvi ossis cuneiformis carpi, et *b.* a proxima exteriore parte ligamenti interioris carpi, infra processum illum.

c. c. His partibus insertus est ossi metacarpi minimi juxta capita ejus.

In Syntaxi, Tab. LIV. *U.* etc. in manu dextra: Tab. LVIII. Ξ. Π. Σ. in manu sinistra.

(1) Pars *Hypothenaris* pollicis, *Riolanus;* Mesothenar, *Winslow; Metacarpo-phalanginien du pouce. Dumas.*

(2) Pars Hypothenaris parvi digiti, *Riolanus;* Interosseus ultimo ossi metacarpii parte manus externa adhaerens, *Spigelius;* Pars abductoris digiti minimi, *Cowper;* Flexor primi internodii, *Douglas; Metacarpien, Winslow; Carpo metacarpien du petit doigt, Dumas.*

FIG. XVII.

Palmaris longus et brevis.

a.-o. *Palmaris longus* (1).

b. Principium tendineum oriens ab extrema interiore parte condyli posterioris humeri, quod principium deinde per eum excurrit *c.*

d. Tendo in quem abit.

e. Aponeurosis in quam tendo ille dilatescit, partem accipiens a ligamento carpi interiore. Ea aponeurosis in quatuor portiones *f. g. h. i.* ad digitos procedentes, primum leviter distincta, deinde magis, ut non nisi filis tendineis transversis *k. k. k.* cohaereant.

l. l.: l. l.: l. l.: l. l. Extrema bicornia, in quae portio quaeque ad digitum pertinens abit. Eaque se adnectunt ligamento transverso, quod est ad radices digitorum, et cujus partes vestit, tum eam, quae est inter duo cornua cujusque portionis *m. m. m. m.*; tum illam, quae est inter cornua duarum portionum inter se proximarum.

o. Portio, quam dat Abductori brevi pollicis manus, rescissa.

In Syntaxi, Tab. LII. *α.-ε.* in brachio; Tab. LVI. *L.* in cubito, et *ρ.* in manu sinistra.

p. p. *Palmaris brevis*, in fasciculos inaequaliter distinctus (2).

q. q. Hîc abscedit a principio aponeurosis Palmaris longi.

r. r. Extrema, quae abeunt in tendineum involucrum manus sequens post integumenta, et ad os metacarpi manus quartum pertinens.

In Syntaxi, Tab. LII. *g.g.* in manu dextra: Tab. LVI. *σ. σ.* in manu sinistra.

(1) Latescentis chordae musculus, *Falloppius*; Palmaris, *Riolanus*; Cubitalis gracilis, *Winslow*; *Epitrochlo-carpi-palmaire*, *Dumas*.

(2) Carpieus, *Riolanus*; Caro quaedam quadrata, *Spigelius*, *Douglas*; Palmaris cutaneus, *Winslow*, *Dumas*.

TABULA LXXVII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Gluteus magnus (1).

Caro in fasciculos inter se laxe cohaerentes extrinsecus congesta.

a. a. Ortus ab osse iliûm, ad exteriorem marginem partis posterioris cristae, qua hoc os ultra sacrum retrorsum porrectum.

b. Hac parte oritur a margine externo ossis sacri.

c. Hac a tuberculo primo eorum, quae sunt a latere hiatus, in quem spinae dorsi canalis, medullam continens, exit.

d. Hac ab articulo processuum obliquorum ossis sacri et coccygis.

e. A latere coccygis.

f. Tendo in quem abit, qui inserit se eminentiae femoris, quae per posteriorem ejus partem a radicé trochanteris majoris deorsum porrecta.

g. Hac parte conjungit se cum Vasto externo.

In Syntaxi, Tab. LVI. *γ.* in nate: Tab. LX. *w.x.y.* in coxa.

FIG. II.

Gluteus medius a parte posteriore (2).

a. a. a. Origo a facie dorsi ossis iliûm, juxta cristam ejus.

(1) Gluteus maximus et extimus, *Riolanus, Douglas; Le grand Fessier, Winslow; Ilio - sacro - femoral, Dumas.*

(2) *Le moyen Fessier, Winslow; Ilio - trochanterien, Dumas.*

b. Extremum tendineum, oblique affixum *c. c.* trochanteri majori, a radice ejus ad summum verticem.

d. d. Vestigium a Gluteo magno impressum.

In Syntaxi, Tab. LVII. *i.* etc. in inferiore trunci parte: Tab. LX. *t.* in coxa.

FIG. III.

Gluteus medius a parte priore.

a. Pars exterior: *b.* interior.

c. c. Origo a crista iliûm.

d. Pars tendinea, qua extremum tendineum ab interiore parte incipit.

In Syntaxi, Tab. LIII. *s.* in trunco.

FIG. IV.

Gluteus minor a parte posteriore (1).

a. a. a. Prima origo a dorso ossis iliûm, inter ortum Glutei medii et ischii principium, et a superiore parte orae posterioris ipsius ischii.

b. Pars tendinea, qua extremum tendineum ab exteriore parte incipit.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *z.* etc. in coxa.

FIG. V.

Gluteus minor a parte priore.

a. a. Ortus ab osse iliûm.

b. Pars exterior: *c.* interior.

(1) Tertius et intimus Gluteus, *Riolanus; Le petit Fessier, Winslow; Ilio-ischii-trochanterien, Dumas.*

d. Extremum tendineum, quod desinit ad eam partem trochanteris majoris, quae est juxta latus externum, a radice ejus usque ad partem superiorem: Tab. LIV. ρ. in trunco.

In Syntaxi, Tab. LIV. ξ. - σ. in trunco.

FIG. VI.

Pyriformis a parte posteriore (1).

a. Ortus ab exteriore parte orae posterioris et inferioris ossis iliûm, juxta sacrum.

b. Tendo in quem abit, qui pertinet ad internam partem medii cacuminis trochanteris majoris.

In Syntaxi, Tab. LVII. *n.* in inferiore trunci parte.

FIG. VII.

Pyriformis a parte priore.

a. b.: c. d.: e. f. Portiones tres, quibus oritur a parte priore ossis sacri, ab initio tendineae *b. d. f.*

g. Earum superior oritur a priori parte corporis secundi ossis sacri, mox supra foramen secundum.

h. Media a priori parte illius processus, qui est inter foramen secundum et tertium.

i. Inferior a priori parte processus, qui inter foramen tertium et quartum.

FIG. VIII.

Quadratus femoris a parte posteriore (2).

a. Principii pars tendinea.

(1) Iliacus externus, *Riolanus*, *Spigelius*, *Cowper*; Primus et superior Quadrigeminus, *Riolanus*; *Sacro - ili - trochanterien*, *Dumas*.

(2) Quartus Quadrigeminus quadratus, *Riolanus*. *Tuber - ischio - trochanterien*, *Dumas*.

b. b. Extremum insertum oblongae eminentiae ossis femoris, quae partim eminet a posteriore parte radicis trochanteris majoris, partim infra eam.
In Syntaxi, Tab. LVII. *z.* in inferiore trunci parte.

FIG. IX.

Quadratus femoris a parte priore.

a. a. Origo ab exteriore margine tuberis ischii.

FIG. X.

Gemini (1).

a. Geminorum superior, oriens *b.* ab exteriore parte extremi processus acuti ischii, juxta sinum, per quem Obturator internus se flectit.
c. Extremum tendineum.
d. Geminorum inferior, oriens *e. e.* ab exteriore parte tuberis ischii, juxta inferiorem partem sinus, per quem Obturator internus se flectit.
f. Principii pars interior, oriens *g. g.* extrinsecus ab ischio, a lunato termino sinus illius per quem Obturator internus se flectit.
h. Extremum tendineum. Quae extrema cum tendine Obturatoris interni conjuncta, cum eo se inserunt internae et priori parti cacuminis trochanteris majoris.
In Syntaxi, Tab. LVII. *q. s.* in inferiore trunci parte.

FIG. XI.

Obturator internus (2).

a. a. a. Origo ab interiore parte plus quam dimidia foraminis

(1) Marsupium carneum, *Columbus, Spigelius;* Secundus et tertius Quadrigeminus, *Riolanus; Ischio-spini-trochanterien, Dumas.*

(2) Marsupialis, *Cowper, Douglas; Intra-pelvio-trochanterien, Dumas.*

magni ossis coxae principio tendinoso: primum per latus pelvis procedit retrorsum; deinde se circum ischii marginem flectit *b.* per sinum, qui est inter ejus acutum processum et imum tuber; posteaque decurrit per dorsum ischii.

c. Tendo in quem abit, pertinens ad internam et priorem partem cacuminis trochanteris majoris.

In Syntaxi, Tab. LVIII. Θ.-Π. in coxa.

FIG. XII.

Obturator externus, a parte posteriore (1).

a. Pars quae foramen magnum ossis coxae obturat.

b. b. Originis pars ab interiore margine foraminis ipsius magni.

c. Extremi pars tendinea. Tendo extremus insertus posteriori parti lateris interni radicis trochanteris majoris.

In Syntaxi, Tab. LIX. ρ. ρ. σ. τ. in coxa.

FIG. XIII.

Obturator externus, a parte priore.

a. a. Principium tendinosum, procedens *b. b. b.* a priori parte ossis pubis et ischii, et ab iis quâ dimidiam et priorem partem ambitus faciunt foraminis magni ossis coxae.

In Syntaxi, Tab. LV. α. β. in trunco.

(1) *Extra-pelvio-pubi-trochanterien, Dumas.*

TABULA LXXVIII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Psoas magnus (1).

a. Capitis primi principium tendineum, oriens *b.* ab imo margine corporis vertebrae primae dorsi, et *c.* a ligamento, quod inter corpus illud et corpus quintae lumborum intercedit. Quandoque ab ipsomet corpore quintae.

d. e. Capitis secundi principium tendineum, oriens *d.* ab imo margine corporis vertebrae quintae lumborum, et *e.* a ligamento quod inter corpus illud et corpus quartae intercedit.

f. g. Capitis tertii principium tendineum, oriens *f.* ab imo margine corporis vertebrae quartae lumborum, et *g.* a ligamento, quod inter corpus illud et corpus tertiae intercedit.

h. i. Capitis quarti principium tendineum, oriens *h.* ab imo margine corporis vertebrae tertiae lumborum, et *i.* a ligamento quod intercedit inter corpus illud et corpus secundae.

k. l. Capitis quinti principium tendineum, oriens *k.* ab imo margine corporis vertebrae secundae lumborum, et *l.* a ligamento, quod inter corpus illud et corpus primae intercedit.

m. Tendo in quem abit.

n. n. Hinc caro Iliaci interni, quae se ad tendinem illum adjungit, rescissa.

(1) Lumbalis, *Spigelius, Cowper;* Lumbaris internus, *Winslow; Pré-lumbo-trochanterien, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LV. *t.* etc. in trunco: a latere, Tab. LX. o. in coxa sinistra.

FIG. II.

Psoae magni capita.

Omnia a Psoa rescissa, cui illa, quae a corporibus vertebrarum oriuntur, ex parte subjecta: illa autem, quae a processibus transversis, in totum.

a. d. g. k. n. Capita quinque, quae a corporibus vertebrarum et ligamentis intermediis oriuntur.

a. Primi principium tendineum, oriens *b. c.* ut in Fig. I. dictum fuit.

d. Secundum, quod oritur tendineo principio *e. f.* ut in Figura mododicta, *d. e.*

g. Tertium, quod oritur tendineo principio *h. i.* ut in Fig. I. *f. g.*

k. Quartum, quod tendineo principio *l. m.* oritur *l.* ab imo margine corporis vertebrae tertiae lumborum, et *m.* a ligamento, quod inter corpus illud et corpus secundae intercedit.

n. Quintum, quod tendineo principio *o. p.* oritur ut in Fig. I. *k. l.*

q. s. u. w. y. Capita quinque, quae oriuntur principio tendineo a parte priore et inferiore processuum transversorum vertebrarum lumborum: *q.* primum principio *r.* a processu transverso quintae: *s.* secundum, principio *t.* quartae: *u.* tertium, principio *v.* tertiae: *w.* quartum, principio *x.* secundae: *y.* quintum, principio *z.* primae.

FIG. III.

Iliacus internus (1).

a. Hac portione oritur a posteriore parte processus transversi vertebrae primae lumborum.

(1) *Iliaco - trochantin, Dumas.*

b. Origo a ligamento *k.*

c. c. d. Prima origo ab interna superficie ossis iliûm, mox infra cristam.

Infra *d.* ubi crista a priori parte desinit: praeterea oritur ab ora priore ossis iliûm, ab ambitu interno, et ab inferiore parte radicis tuberculi, quod ex eadem illa ora eminet; tum a vicina parte capsae articulum coxae continentis.

e. Pars concava, quae cavum abdominis spectat.

f. f. Hîc caro ad tendinem Psoae magni accedit.

g. Infra eum tendinem caro ipsi femori se inserit.

h. Hinc resectus Psoas magnus.

Tendo communis Psoae magno cum Iliaco interno.

In Syntaxi, Tab. LV. *y.* in trunco.

k. Ligamentum a processu transverso primae lumborum ad proximam partem cristae iliûm pertinens.

FIG. IV.

Psoae magni et Iliaci interni extremum a parte posteriore.

a. Iliaci interni.

In Syntaxi, Tab. LIX. *ξ. o.* in coxa et femore.

b. Tendo communis Psoae magno cum Iliaco interno, insertus *c. c.* trochanteri minori, eumque quasi comprehendens.

In Syntaxi, Tab. LIX. *π.* in coxa et femore.

FIG. V.

Adductor magnus femoris a parte priore (1).

a. a. Origo ab exteriore parte marginis extremi ossis pubis, juxta synchondrosim, unde usque ad tuber ischii oriri pergit.

(1) Tertium caput Tricipitis, *Riolanus; Ischio-pubi-femoral, Dumas.*

b. c. d. Partes inter se leviter distinctae, quae simul efficiunt extremum superius, femoris lineae posteriori per longitudinem insertum.

e. f. Pars magis distincta, abeuns deinde in extremum inferius, quod ad condylum interiorem pertinet: *f.* tendo e carne nascens.

In Syntaxi, Tab. LV. $\varkappa.\lambda.\mu.\nu.\xi.o.$ in femore.

FIG. VI.

Adductor magnus femoris a parte posteriore.

a. b. Origo ab exteriore parte tuberis ischii ad imum ejus usque: *a.* parte tendinosa, *b.* tendinea, quae excurrit *c.* per carnem.

d. Pars e priori parte veniens, ubi per altitudinem ossis pubis oritur.

e. e. Extremum latum, quod fine aliquantum tendinoso, ossi femoris *f. f. f.* insertum; asperae lineae quae est in postica ejus parte.

g. Extremum inferius quod abit in tendinem *h.* insertum *i.* mediae superiori parti lateris interni condyli interni femoris.

k. Vestigium a Gluteo magno impressum.

l. l. Tota haec pars concava ob vestigium impressum a Semimembranoso et Semitendinoso.

In Syntaxi, Tab. LIX. ς. – *D.* in femore.

FIG. VII.

Adductor magnus femoris a parte priore (1).

a. Principium tendineum, oriens *b.* a ligamento, quo synchondrosis ossium pubis ab exteriore parte constri-

(1) Primum caput Tricipitis, *Riolanus; Spini-pubio-femoral*, *Dumas*.

cta, et *c.* a tuberculo quod est in pubis ossis parte priore et superiore.

d. Pars tendinosa extremi.

In Syntaxi, Tab. LIII. Δ. Θ. in femore. A latere, Tab. LX. *m.* in sinistra coxa.

FIG. VIII.

Adductoris longi femoris extremum a parte posteriore.

a. a. Pars carnea truncata.

b. Extremi pars tendinea, inserta *c. c.* mediae fere longitudini femoris, ibique asperae eminentiae, quae longitudinem illam a posteriore parte discernit.

FIG. IX.

Adductoris brevis femoris extremum a parte posteriore.

a. a. Pars carnea truncata.

b. c. d. Ad extremum tripartita est; quarum portionum pars e. tendinea.

f. g. h. h. Inserta asperae eminentiae posteriori femoris.

FIG. X.

Adductor brevis femoris a parte priore (1).

a. Caput extrinsecus tendinosum, oriens *b.* ab osse pubis juxta synchondrosim, infra ortum Adductoris longi, tum *c.* a ligamento synchondrosim continente.

d. Extremum tendinosum.

In Syntaxi, Tab. LIV. ψ. ω. Γ. in femore.

(1) Alterum caput Tricipitis, *Riolanus*; *Sous-pubio-femoral*, *Dumas*.

TABULA LXXIX.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Pectineus a parte priore (1).

a. a. b. Origo, *a. a.* ab oblonga eminentia, quae est in parte priore cruris inferioris ossis pubis juxta synchondrosim ad tuberculum superius: et *b.* a tuberculo usque.

c. Extremum tendineum.

In Syntaxi, Tab. LIII. Γ. in femore. A latere, Tab. LX. *n.* in coxa sinistra.

FIG. II.

Pectinei extremum a parte posteriore.

a. a. Pars carnea truncata.

b. Extremum tendineum, insertum *c. c.* asperae lineae ossis femoris, a trochantere minore aliquantum deorsum ductae.

FIG. III.

Tensor vaginae femoris (2).

a. Principium tendineum oriens *b.* ab exteriore parte extremi prioris cristae iliûm.

c. Extremum, unde rescissa pars tendinea, quam adjungit vaginae tendineae femoris.

(1) *Pubio-femoral, Dumas.*

(2) Pars carnea Membranosi, *Spigelius, Cowper;* Musculus fasciae latae, *Winslow; Ilio-aponeurosi-femoral, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LII. *M. N. O.* in femore. A latere, Tab. LX. *q. r. s.* in sinistra coxa.

FIG. IV.

Vastus internus et externus a parte posteriore.

a. a. b. Vastus internus (1).

a. a. Origo ab obliqua eminentia, quae infra trochanterem minorem, ab ima radice colli femoris ad longam illam posteriorem femoris spinam pertinet, et deinde secundum hujus longitudinem a parte ejus interiore.

b. Pars a tota principii latitudine diu tendinosa.

In Syntaxi, Tab. LVII. *v.* in femore.

c. c. d. e. Vastus externus.

c. c. Origo ab externa parte radicis trochanteris majoris et secundum exteriorem spinae hujus, quae a trochantere ipso ad condylum externum eminet.

d. e. Pars tendinosa: *e.* vestigium a Gluteo magno impressum.

In Syntaxi, Tab. LVII. *β.-δ.* in femore.

FIG. V.

Vastus externus et internus cum Crurali a parte priore.

a. b. c. d. e. f. f. f. g. h. i. i. Vastus externus.

b. c. Ortus ejus ab eminentia, quae in priori femoris parte ad radicem colli inter trochanteres est: *c. d.* ab externa parte radicis trochanteris majoris.

e. Pars tendinosa principii.

f. f. f. g. Insigne vestigium a Recto cruris impressum.

g. h. Tendo, insertus *i. i.* margini patellae, ab externa parte et superiore.

In Syntaxi, Tab. LIII. *δ.-θ.* in femore. A latere Tab. LX. *η. θ. ι. κ.* in pede sinistro.

(1) Vastum internum una cum externo et crurali *Dumas* appellat *Tri-femoro-tibi-rotulien.*

k. l. m. n. n. n. n. o. p. p. Vastus internus.

l. l. Hîc vestigium a Recto cruris impressum.

m. Ortus ab obliqua eminentia, quae infra trochanterem minorem ab ima radice colli femoris porrecta.

n. n. Hac parte carnem adjungit ad tendinem Cruralis.

o. Tendo, insertus *p. p.* margini patellae a parte interna.

In Syntaxi, Tab. LIII. Σ.-α. in femore. A latere, Tab. LX. *H. I.* in pede dextro, π. ρ. in sinistro.

q. r. s. Cruralis (1). *r.* Tendo e priori parte carnis nascens, qui supra genu, se Vastorum tendinibus adjungit, et se inserit post eos superiori parti patellae.

s. Summus ortus, ab eminentia obliqua, quae est in priori femoris parte ad radicem colli inter trochanteres; dein oriri pergit a facie anteriore femoris ipsius.

In Syntaxi, Tab. LIII. β. γ. in femore.

FIG: VI.

Semimembranosus a parte priore (2).

a. Tendo quo incipit.

b. Caudae tendineae ortus ex carne: *c.* quae post in totum tendo, insertus praecipue *d.* capiti superiori tibiae, mox sub rotundulo et summo ejus margine, a latere interno, juxta partem posteriorem.

e. Aponeurosis prior, inserta margini tibiae, ab ea parte, cui se affigit praecipua pars caudae.

In Syntaxi, Tab. LIV. Π. Σ. Φ. in femore.

FIG. VII.

Semimembranosus et Bicipitis cruris caput breve a parte posteriore.

a. – g. Semimembranosus.

(1) Crureus seu femoreus, *Cowper*; Cruraeus, *Douglas*.

(2) *Ischio-popliti-tibial, Dumas.*

a. Tendo, quo incipit, et oritur *b.* a superiore parte dorsi tuberis ischii, juxta externum latus.

c. Venter carneus.

d. Caudae tendineae ortus ex carne.

e. Pars caudae illius praecipua, pertinens ad caput superius tibiae.

f. Ejusdem aponeurosis posterior, quam inserit eminentiae obliquae et inaequabili, quae infra posteriorem partem radicis capitis superioris tibiae, quâ sustinet condylum internum femoris.

g. Aponeurosis prior, quam inserit margini interno tibiae.
In Syntaxi, Tab. LVIII. *A.-G.* in femore. A latere, Tab. LX. *P. Q. R. S.* in pede dextro.

h. etc. *Bicipitis cruris caput breve.*

i. Oritur ab inferiore parte asperae eminentiae, quae per longitudinem posticae partis femoris porrecta est; tum et a sepimento tendineo, quod ipsi et Vasto externo interjectum.

k. k. Rescissa pars tendinis, quae oritur a capite longiore.

l. Pars tendinis, quae augetur carne capitis brevioris.

m. Extremus tendo, insertus *n.* exteriori parti capitis superioris fibulae.
In Syntaxi Tab. LVIII. *P.* etc. in femore.

FIG. VIII.

Semitendinosus et Biceps cruris a parte posteriore.

a. - f. *Semitendinosus* (1).

a. Principii pars tendinea, oriens *b.* a dorso tuberis ischii cum capite longiore Bicipitis, et deinde conjuncta *c. c.* cum principio tendineo capitis illius, a quo abscedit.

d. Carnea principii pars, aliis tendinea, quae oritur ab eodem tubere.

e. Tendo in quem abit.

f. Vestigium a Gluteo magno impressum.

(1) Seminervosus, *Riolanus*, *Douglas*; *Ischio-creti-tibial*, *Dumas*.

In Syntaxi, Tab. LVII. o. - ς. in femore. A latere, Tab. LX. *T. U.* in pede dextro.

g. etc. *Biceps cruris* (1).

g. Caput longius.

h. Tendo quo incipit, et oritur *i.* fere a medio partis superioris dorsi tuberis ischii, conjunctus a principio cum Semitendinoso.

k. k. Caput brevius.

l. Tendo communis, in quem desinunt capita, oriens primum *l.* a superficie capitis longioris, auctus deinde *m.* accessione capitis brevioris, postcaque *n.* extremo pertinens *o.* ad exteriorem partem capitis superioris fibulae.

p. Vestigium a Gluteo magno impressum.

In Syntaxi Tab. LVII. θ. - ι. in femore. A latere, Tab. LX. α. ζ. in pede sinistro.

FIG. IX.

Biceps et Semitendinosus a parte priore.

a. - *g.* *Biceps cruris*. *a.* Caput longius: *b.* tendo quo incipit, et qui diu excurrit per ejus principium, ab ea parte, qua contingit Semitendinosum.

c. Caput brevius.

d. Tendo extremus, cujus *e.* pars praecipua, inserta *f.* exteriori parti capitis superioris fibulae: *g.* pars ad tibiam pertinens ad exteriorem partem ejus, ante caput fibulae.

In Syntaxi, Tab. LIV. *C. D. E. F.* in femore.

h. - *m.* *Semitendinosus*.

i. Tendinea pars principii, quae conjuncta *k. k.* cum principio tendineo capitis longioris Bicipitis cruris; a quo principio abscedit.

l. l. Tendo in quem abit, insertus *m.* lateri interno tibiae, mox infra Gracilem.

In Syntaxi, Tab. LIII. ρ. in crure.

(1) *Ischio - femoro - peronier, Dumas.*

TABULA LXXX.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Rectus cruris a parte priore (1).

a. Tendo praecipuus, oriens *b. b.* ab interiore parte tuberculi, quod est in ora priore ossis iliûm.
Juxta *c.* principium tendineum alterum.
d. Venter aliquandiu tendinosus, excurrentibus principiis tendineis.
e. e. Hinc fibrae ventris, quae in superficie sunt, a media superficie in utrumque latus oblique deorsum vergunt.
f. Tendo in quem desinit, et qui *g. g.* patellae se inserit, et subtus etiam inter *g. g.*
h. Aponeurosis, quae a tendine Recti excurrit per priora patellae, et se adjungit priori parti ligamenti, quod a patella ad tibiam pertinet.
In Syntaxi, Tab. LII. *T.-X.* in femore.
i. Ligamentum a patella ad tibiam pertinens.
k. k. Locus ubi subtus a patella oritur.
l. l. Hîc tibiae insertum, et tota hac parte *m.*
In Syntaxi, Tab. LII. Δ. Θ. Λ. in crure.

FIG. II.

Rectus cruris a latere.

a. Tendo praecipuus, quo oritur *b. b.* a superiore parte tuberculi, quod in ora priore ossis iliûm.

(1) Rectus gracilis, *Riolanus;* Rectus femoris, *Cowper;* Gracilis anterior, *Winslow; Ilio-rotulien, Dumas.*

c. Principium tendineum alterum, oriens *d. d.* a superiore et posteriore parte marginis acetabuli, et a vicina parte capsae articulum coxae continentis.

e. Ab his principiis venter extrinsecus aliquandiu tendinosus.

f. Tendo in quem desinit, ex interiore parte *g.* musculi cito nascens et in aponeurosim *h.* continuatus, quae excurrit per priora patellae.

k. l. Ligamentum, de quo dictum est in Fig. I. *i. k. l. m.*
In Syntaxi, Tab. LX. *λ.-o.* in pede sinistro.

FIG. III.

Sartorius (1).

a. Principium extrinsecus tendinosum, oriens *b.* ab extremo priore cristae iliûm, proximaque parte orae prioris.

c. Tendo in quem abit, insertus *d. d.* lateri interno tibiae juxta inferiorem partem tuberis, cui adnexum est ligamentum a patella procedens.
In Syntaxi, Tab. LII. *H. I.* Φ. Ψ. Ω. in femore et crure. A latere, Tab. LX. *K. L. M.* in pede dextro, *p.* in sinistro.

FIG. IV.

Gracilis (2).

a. Principium tendineum, oriens juxta synchondrosim pubis *b.* a ligamento, tum et infra synchondrosim a margine ossis pubis.

(1) Longus sive Sutorius, *Riolanus;* Fascialis, fascia, *Spigelius; Ilio-creti-tibial, Dumas.*

(2) Posticus gracilis, *Riolanus;* Gracilis internus, seu Rectus internus, *Winslow; Sous-pubio-creti-tibial, Dumas.*

c. Vestigium impressum ab Adductore longo.

d. Tendo in quem abit, insertus *e.* tibiae, mox sub insertione tendinis Sartorii.

In Syntaxi, Tab. LIV. *Ψ.-B.* in femore. A latere, Tab. LX. *N. O.* in pede dextro.

e. Ligamentum, quo synchondrosis pubis a priori parte constricta.

FIG. V.

Popliteus (1).

a. Tendo quo incipit, et oritur *b.* e sinu, qui est in medio partis inferioris lateris externi condyli exterioris femoris, supra marginem, quo is in tibia innititur.

c. Pars tendinosa.

d. d. Extremum, quo se inserit superficiei posteriori tibiae, quae est inter radicem capitis ejus superioris et oblongam eminentiam, unde Solei origo. Extremum pertinet ad internum marginem tibiae, qui nempe spectat alterum crus.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *W. X. Y.* in crure.

(1) Suppopliteus, *Spigelius; Femoro-popliti-tibial, Dumas.*

TABULA LXXXI.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Peroneus brevis a parte posteriore (1).

a. Pars originis a fibula. Infra partem illam subtus oriri pergit a spina, quae est posterius prope latus externum fibulae.

b. c. d. Tendo, qui parte *c.* latior et crassior se ad malleolum inflectit, ubi continetur ligamento (Tab. LVI. *n.* in crure): *d.* hac quoque parte latior et crassior, ubi juxta superiorem partem eminentiae calcanei per ligamentum alterum incedit, quod est *o.* Tab. LVI. in pede extremo, et *F.* Tab. LX. in pede sinistro.

e. Insertus superiori et posteriori parti radicis tuberis illius quod est in osse metatarsi quinto ab exteriore parte.

In Syntaxi, Tab. LIX. *M.-R.* in crure et pede extremo.

FIG. II.

Peroneus brevis a parte priore.

a. a. Origo a latere externo fibulae, et a spina quae est prope latus externum a posteriore parte. Oritur etiam a vagina tendinea cruris, interserta musculis ipsis in crure positis.

In Syntaxi Tab. LV. ω. Γ. Δ. in crure. A latere Tab. LX. *B. C. D. E.* in pede sinistro.

(1) Peroneus anticus, *Riolanus;* Peroneus secundus, semifibulaeus, *Spigelius;* Peroneus medius sive anterior, *Winslow; Grand-peroneo-sus-metatarsien, Dumas.*

FIG. III.

Peroneus longus a parte posteriore (1).

a. Principium oriens *b.* a latere externo capitis superioris fibulae, ad radicem capitis ipsius.

c. d. e. Principium alterum oriens a dimidia superiore parte illius spinae fibulae quae in externo ejus latere incipit non multum infra caput superius; sed a *d.* ad *e.* subtus oritur.

f. Tendo: cujus *g.* nodus primus quâ se flectit ad posteriora malleoli externi; *h.* secundus quâ ad eminentiam quae est in latere externo calcanei: *i.* tertius quâ ad os cubiforme.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *m.-t.* in crure et pede extremo.

FIG. IV.

Peroneus longus in planta pedis.

a. Tendo, cujus *b.* nodus, quâ applicatus ad eminentiam calcanei, quae est in latere ejus externo: *c.* nodus insignior, quâ se flectit ad eminentiam, quam habet os cubiforme ab inferiore parte, et per sinum incedit, qui est ante eminentiam illam.

d. Extremo suo insertus parti eminenti ossis metatarsi pollicis.

e. Portio a tendine abscedens, quae se circum tuber ossis cubiformis flectit, et abit in duas partes *f. g.* insertas *h. i.* ossi cuneiformi magno.

k. Portio alia a tendine abscedens inserta *l.* ossi metatarsi secundo.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *b.-i.*

(1) Peroneus posticus, *Riolanus;* Peroneus primus, fibulaeus, *Spigelius; Tibi-peroneo-tarsien, Dumas.*

FIG. V.

Peroneus longus a parte priore.

a. Principii superioris ortus a latere externo partis prioris radicis capitis superioris fibulae: *b.* a tibià vicina.

c. c. d. d. Principii inferioris ortus a plusquam dimidia superiore parte illius spinae fibulae, quae in externo latere non multum infra caput superius eminere incipit.

e. e. Vestigium ab Extensore longo digitorum impressum.

f Pars interior, sinuata, cui insidet Peroneus brevis.

g. Tendo, e carnis parte exteriore nascens.

In Syntaxi, Tab. LIV. *G.-L.* in crure. A latere Tab. LX. Σ.-Ω. in pede sinistro.

FIG. VI.

Tibialis anticus (1).

a. a. Ortus a tibia, tum et a proximo ligamento cruris ossibus inserto.

b. Pars vaginae tendineae cruris, a qua Tibialis subtus abscedit: *c. c.* hîc truncata, ubi musculus non amplius abscedit ab ea.

d. Tendo in quem abit.

In Syntaxi, Tab. LII. *n.-p.* in crure et pede extremo.

FIG. VII.

Tibialis antici extremum bicorne in planta pedis.

a. Extremi cornu alterum insertum *b.* rotundae illi et laevi superficiei, quae est in parte interiore et inferiore ossis cuneiformis magni, finitima ossi metatarsi primo.

(1) Tibicus anticus, *Riolanus;* Tibiaeus anticus, catenae musculus, *Spigelius;* *Tibio-sus-metatarsien, Dumas.*

c. Alterum cornu, tenuius, mox ante finem praecedentis insertum *d.* eminentiae, quae est in capite primo ossis metatarsi pollicis ab interno latere.
In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *k. l.*

FIG. VIII.

Soleus a parte priore (1).

a.a.b.c.c. Origo a capite superiore fibulae, magnaque portione spinae, quae infra caput illud eminet a posteriore parte.
d. e. f. f. Origo, *d. e.* ab eminentia obliqua tibiae quae est in ejus parte posteriore non longe a capite superiore; et continuo *e. f. f.* a margine posteriore spinae interioris tibiae, ultra mediam ossis hujus longitudinem.
g. h. Superficies tendinosae, longe excurrentes.
i. i. Pars tendinea, carnem bifariam septi modo distinguens.
k. k. l. l. Carnes, quae ex utroque latere descendendo convergunt, et accedunt ad septum tendineum *i. i.*
m. n. Mucrones, in quos caro ab utroque latere abit; quorum interior *n.* crassior, insignior et excurrens longius.
o. Tendo in quem abit, rescissus *p.* a calcaneo.
q. Superficies tendinosa, qua tendo ab hac parte incipit.
In Syntaxi, Tab. LII. *ξ. ε. η.* in crure.
r. r. r. r. Hîc truncatum est os tibiae.
s. s. Hîc truncata fibula.

FIG. IX.

Soleus a parte posteriore.

a. Ortus a parte posteriore capitis superioris fibulae.
b. Pars tendinea principii, quod oritur a tibia *c. c.*
d. d. Superficies tendinosa, qua tendo incipit in parte posteriore.

(1) Gasterocnemius internus, *Spigelius*, *Cowper*; *Tibio-peronei-calcanien*, *Dumas*.

e. e. Nota incisurae similis, ubi intus in carne pars tendinea, carnem illam septi modo distinguens.

f. Tendo in quem abit.

g. g. Hinc rescissus Gemelli tendo, ubi se primum tendini Solei adjungit.

h. Tendo Achillis, insertus *i. i.* posticae et inferiori parti prominentis tuberis calcanei, quod calcem efficit.

In Syntaxi, Tab. LVII. Ω.-*E.* in crure. A latere, Tab. LX. ω. Λ. Θ. in pede sinistro.

FIG. X.

Gemellus (1).

a.b.c.d.e.f. Caput interius, principiis duobus, iisque tendinosis *b. d.* incipiens.

b. Principium inferius crasso tendine oritur *c. c.* mox supra posteriorem partem condyli interni femoris, juxta latus internum.

d. Principium superius tenue, quod oritur *e. e.* a margine partis posterioris femoris juxta latus internum, mox supra principium inferius.

f. Superficies tendinosa, quae fit ab excurrente principio tendineo.

g. h. i. k. Caput exterius, principio tendineo *h.* oriens *i. i.* ab eminentia oblonga, quae in latere externo femoris est, juxta partem posteriorem, mox supra sinum, e quo nascitur Popliteus.

k. Superficies tendinosa, quam efficit excurrens principium tendineum.

l. m. Mucrones duo, in quos caro desinit.

n. Tendo qui se tendini Solei adjungit.

In Syntaxi, Tab. LVI. Λ.-Φ. in crure.

o. Tendo Solei, truncatus *p.*

(1) Gastrocnimii, internus et externus, *Riolanus;* Gemellus externus, *Spigelius;* Gastrocnemii, *Heisterus, Winslow; Bi-femoro-calcanien, Dumas.*

q. Tendo Achillis, insertus *r. r.* posticae et inferiori parti prominentis tuberis calcanei, quod calcem efficit.

FIG. XI.

Plantaris (1).

a. a. Ortus a radice condyli externi femoris, mox juxta internam partem ortus Gemelli.

b. Tendo, in quem abit, insertus interno lateri calcanei, juxta finem tendinis Achillis, ut in Tab. LX. Ξ. in pede dextro.

In Syntaxi, Tab. LVII. Σ. Φ. in femore et crure.

FIG. XII.

Tibialis posticus a parte posteriore (2).

a. a. Origo a tibia, unde extrinsecus tendinosus *b. b.* Oritur autem prope partem illam cui fibula innixa est.

c. Principium a fibula oriens.

d. d. Superficies tendinosa partis illius, quae a fibula oritur.

e. f. Tendo, parte *e.* oriens ex carne, parte *f.* procedens pone malleolum internum, qua crassior et durior.

In Syntaxi, Tab. LIX. *E.-L.* in crure.

FIG. XIII.

Tibialis posticus a parte priore.

a. Tendo ad malleolum internum procedens: post infra eum *b.* per latus internum pedis extremi.

c. Tendinis pars praecipua inserta parti eminenti tuberis

(1) Extensor tarsi minor, *Douglas; Petit - femoro - calcanien, Dumas.*

(2) Tibicus posticus, *Riolanus;* Nauticus, tibiaeus posticus, *Spigelius; Tibio-tarsien, Dumas.*

crassi et inaequabilis, quod ab osse naviculari eminet interius.

d. Tendinis portio tenuior, inserta *e.* parti inferiori ossis cuneiformis primi.

In Syntaxi, Tab. LV. π.- ψ. in crure et pede extremo.

FIG. XIV.

Tibialis postici tendo in planta pedis.

a. Hîc truncatus.

b. Nodus, quâ applicatus ad caput tali, et ad inferiorem partem et posteriorem tuberis ossis navicularis.

c. Hîc tendinis pars praecipua subtus ossi naviculari inserta, quâ os illud ab interno pedis latere eminet.

d. d. Hîc insertus portione tenuiore parti inferiori ossis cuneiformis primi.

e. Portio tenuior, quae se inserit *f.* imae parti deorsum protuberanti ossis cuneiformis tertii, et excurrit *g.* ad os metatarsi secundum et *h.* ad tertium. Dat et portionem *i.* Flexori pollicis brevi, rescissam *k.* ab eo.

l. Alia portio abscedens a tendine, abeuns in duas *m. o.*: quarum altera *m.* inserta *n.* inferiori parti calcanei prope cuneiforme: altera *o.* inserta *p.* inferiori parti ossis cubiformis, haud longe a postica parte cuneiformis tertii.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XII. *E. F. G. H. I.*

TABULA LXXXII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Extensor longus digitorum pedis cum Peroneo tertio, a latere.

a. *Extensor* (1) ipse una cum *Peroneo tertio* (2).

b. b. c. c. Prima pars principii, oriens *b. b.* a radice capitis superioris tibiae, mox ante fibulae caput superius; et *c. c.* a spina priore fibulae capitis illius.

d. Pars vaginae tendineae cruris, a qua subtus caro hujus principii procedit, rescissa in *e. e.* ubi nulla amplius caro abscedit.

f. g. h. h. Principii pars altera, quae ab initio tendinea *g.* oritur *h. h.* a fibulae spina priore, quae spectat tibiam.

i. i. Principii tertia pars, ab initio *i. i.* maximam partem tendinea, oriens *k k.* a fibulae spina priore inferius ubi spina illa explicatur in planitiem.

l. Tendo Extensoris longi, qui se in quatuor tendines findit *m. n. o. p.* per dorsum pedis ad quatuor digitos minores decurrentes.

q. Tendo Extensoris longi per dorsum digiti minimi decurrens: *r.* extremum insertum tuberculo oblongo et transverso, quod est in capite primo ossis secundi ordinis a parte superiore: *s. t.* portiones ad os tertium procurrentes, quae abeunt in extremum commune *u.* insertum *v.* superiori parti capitis primi ossis tertii.

w. Aponeurosis, quae ab hoc latere accedit ad tendinem *q.*

(1) Cnimodactyleus, *Riolanus; Peroneo - tibi - sus - phalangettien commun, Dumas.*

(2) Quintus tendo Extensoris longi digitorum, *Morgagni; Petit peroneo - sus - metatarsien, Dumas.*

producta ab Abductore minimi, a quo resecta *x*.

y. y. y. Truncati tendines Extensoris brevis digitorum pedis.

z. α. Tendo communis Extensoris longi et brevis: *z.* pars a brevi producta: *α.* pars a longo: *β.* extremum ossi secundi ordinis insertum, ut *r.* in digito minimo: *γ. δ.* portiones ad os tertium procurrentes, quarum altera *γ.* est Extensoris brevis. altera *δ.* longi: *ε.* commune extremum earum, insertum *ζ.* superiori parti capitis primi ossis tertii.

η. Aponeurosis quae ab hoc latere accedit ad partem illam tendinis communis, quae effecta est a tendine Extensoris brevis. Eadem in digito tertio et secundo.

θ. ι. κ. Tendo Peronei tertii, oriens *θ.* ex carne, insertus *κ.* superiori parti radicis capitis primi ossis metatarsi quinti, juxta commissuram cum quarto.

In Syntaxi, Tab. LX. *G.-R.*, et *f.-m.* in pede sinistro. Tab. LIII. *A.-E.*, et *m.-q.* in crure et pede extremo.

FIG. II.

Interossei pedis externi seu bicipites a parte superiore (1).

a.b.b.c.d.d.e.f. Interosseus secundus digiti quarti.

a. Caput crassius, oriens *b.b.* a plus quam dimidia posteriore parte lateris ossis metatarsi quinti, quod est a regione quarti.

c. Caput tenuius, oriens *d. d.* a posteriore parte marginis inferioris ossis metatarsi quarti, quo respicit quintum.

e. Tendo, insertus *f.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti quarti, quo spectat quintum.

In Syntaxi, Tab. LV. II. in pede extremo.

g.h.h.i.k.k.l.m. Interosseus secundus digiti tertii.

g. Caput crassius, oriens *h.h.* ab osse metatarsi quarti, quo respicit tertium, ut *b.b.* a metatarso quinto.

(1) *Sus-metatarso-lateri-phalangiens*, *Dumas*.

i. Caput tenuius, oriens *k. k.* ab osse metatarsi tertii, quo respicit quartum, ut *d. d.* a metatarso quarto.

l. Tendo, insertus *m.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti tertii, quo spectat quartum.

In Syntaxi, Tab. LV. Ξ. in pede extremo.

n.o.o.p.q.q.r.s. Interosseus secundus digiti secundi.

n. Caput crassius, oriens *o. o.* ab osse metatarsi tertii, quo spectat secundum, ut *h. h.* a metatarso quarto.

p. Caput tenuius, oriens *q. q.* ab osse metatarsi secundi, quo tertium respicit et quidem ab inferiore margine eminentiae oblongae, quae posterius per latus illud porrecta est.

r. Tendo, insertus *s.* inferiori parti illius lateris capitis primi ordinis digiti secundi quo spectat tertium.

In Syntaxi, Tab. LV. Λ. in pede extremo.

t.u.u.v.w.x.y.z.α. Interosseus primus digiti secundi.

t. Caput crassius, oriens *u.u.* ab osse metatarsi secundi quo spectat primum: *v.* pars tendinea.

w. Caput tenuius, principio tendineo *x.* oriens *y.* a superiore parte mucronis ossis cuneiformis magni, qui ossi metatarsi primo et secundo insertus.

z. Tendo, insertus *α.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti secundi, quo pollicem spectat.

In Syntaxi, Tab. LV. Θ. in pede extremo.

FIG. III.

Interossei pedis externi, seu bicipites a parte inferiore.

a.b.c.d.e. Interosseus secundus digiti quarti: b. tendinea principii pars: c. ortus ab ossis metatarsi quarti capite primo, quâ quintum respicit; tum et a ligamento, quod tendinem Peronei longi retinet in planta: vide Tab. LXXXIII. Fig. XII. *U. P.*

d. Tendo, insertus *e.* ut in Fig. II. *e. f.*

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *β. γ. δ.*

f. g. h. i. k. *Interosseus secundus digiti tertii*: *g.* tendinea pars principii: *h.* ortus a radice capitis primi ossis metatarsi tertii, qua parte quartum respicit: *i.* tendo, insertus *k.* ut in Fig. II. *l. m.*

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *v. w. x.*

l. m n. o. p. q. *Interosseus secundus digiti secundi*: *m.* tendinea pars principii; *n. n.* ortus ab osse metatarsi secundo ante radicem capitis ejus primi, qua parte respicit tertium: *o.* ortus ab osse metatarsi tertio, juxta radicem capitis primi, quâ secundum spectat: *p.* Tendo, insertus *q.* ut in Fig. II. *r. s.*

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *p. q. r.*

r. s. t. u v. w. *Interosseus primus digiti secundi*: *r.* caput crassius: *s. t.* tendineae partes principii: *u.* ortus a plus qnam dimidia posteriore parte illius lateris ossis metatarsi secundi, quo primum spectat: *v.* tendo, insertus *w.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti secundi, quo pollicem spectat.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *m. n. o.*

FIG. IV.

Interossei pedis interni, ab inferiore parte (1).

a. b. b. c. d. e. *Interosseus digiti minimi*: *b. b.* ortus a posteriore parte marginis inferioris illius lateris ossis metatarsi quinti, quo respicit pollicem: *c.* pars tendinea principii. Quomodo praeterea oriatur a ligamento quod Peronei longi tendinem in planta retinet, vide Tab. LXXXIII. Fig. XII. *S. N.*

d. Tendo, insertus *e.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti quinti, quo pollicem spectat.

(1) *Sous-metatarso-lateri-phalangiens, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII ε. ζ. η.

f.g.g.h.i.k. Interosseus primus digiti quarti: g. g. ortus ejus a posteriore parte marginis inferioris illius lateris ossis metatarsi quarti, quo respicit pollicem: *h.* pars tendinea principii: *i.* tendo, insertus *k.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti quarti, quo id pollicem spectat.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *y. z. α.*

l.m.m.n.o.p. Interosseus primus digiti tertii: m. m. ortus ejus a posteriore parte marginis inferioris illius lateris ossis metatarsi tertii, quo respicit pollicem: *n.* tendinea pars principii: *o.* tendo, insertus *p.* inferiori parti illius lateris capitis primi ossis primi ordinis digiti tertii, quo id pollici respondet.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XIII. *s. t. u.*

FIG. V.

Flexor brevis digitorum pedis (1).

a. Ortus ab ima parte calcanei, juxta radicem tuberis, quo calx efficitur, extrinsecus tendinosus *b.*

c. Portio ad digitum secundum pertinens: *d.* tendo ejus, divisionis notam habens in *e.* et post abeuns in caudas duas *f. g.* quae cohaerent inter se parte tenuiore *h.* et ad postremum insertae *i. k.* tuberculis, quae sunt in inferiore parte marginis ossis secundi ordinis digiti hujus, ante caput ossis illius primum.

l. Portio ad digitum tertium pertinens: *m.* tendo ejus, desinens ut tendo *d.* portionis primae.

n. Portio ad digitum quartum: *o.* tendo ejus, qui desinit ut tendo *d.*

p. Tendo qui spectat ad digitum minimum, et desinit ut tendo *d.*

(1) Pedieus internus, vel Pternodactyleus, *Riolanus;* Perforatus, *Spigelius*, *Cowper;* Flexor sublimis, *Douglas; Calcaneo-phalanginien commun*, *Dumas*.

Ligamenta, quibus hi tendines retinentur, vide Tab. LXXXIII. Fig. IX. *s. t.*

In Syntaxi, eadem Tab. LXXXIII. Fig. X. *L.-V.*

FIG. VI.

Flexor longus digitorum pedis a parte posteriore (1).

a. Pars tendinea summi principii, oriens *b.* a posteriore parte tibiae, infra ortum Solei.

c. Pars tendinea principii, oriens *d. d.* a posteriore parte tibiae, et *e.* a proxima parte ligamenti quod cruris ossibus interjacet. Tendinea haec portio una cum proxima carnea *f.* subjecta Tibiali postico.

g. Tendo. Ligamentum, quo retinetur juxta malleolum internum, vide Tab. LVI. *e.* in crure et pede extremo.

In Syntaxi, Tab. LVIII. *f. g.* in crure.

FIG. VII.

Flexor longus digitorum pedis a parte priore.

a. a. Ortus a tibiae margine.

b. c. Tendo oriens *b.* ex carne, et decurrens *c.* per latus internum pedis extremi ad plantam.

Ligamentum, quo juxta malleolum retinetur, vide Tab. LII. *u.* in crure et pede extremo, et Tab. LX. *δ.* in pede dextro.

d. Caput ad Flexorem hunc in planta accedens: *e. e.* ortus ejus a latere interno tuberis calcanei, quod calcem facit.

In Syntaxi, Tab. LIV. *X.-c.* in crure et pede extremo. A latere, Tab. LX. *Ψ. Ω. α. ω.* in pede dextro.

(1) Perodactyleus, *Riolanus;* Perforans, *Spigelius, Cowper;* Flexor profundus, *Douglas; Tibio-phalangettien commun, Dumas.*

FIG. VIII.

Flexor longus digitorum pedis cum Lumbricalibus et tendine Flexoris longi pollicis in planta.

a. b. Tendo *Flexoris longi digitorum pedis: b.* nodus, ubi se ad calcaneum atterit.

c. Portio, quam tendo Flexoris longi digitorum adjungit, continuatque tendini Flexoris longi pollicis.

d.e.f.g.g.h.i. Caput, quod ad Flexorem longum digitorum accedit in planta, constans a principio duabus portionibus *e. f.*; quarum altera *e.* oritur *g. g.* ab imo calcaneo ante partem anteriorem et inferiorem tuberis quod calcem efficit; altera *f.* incipit tenui tendine *h.* ab inferiore parte calcanei *i.* ante inferiorem et exteriorem partem tuberis oriente.

k.l.m.n. Quatuor tendines, in quos tendo abit Flexoris longi digitorum, una cum capite quod ad eum accedit. Hi tendines ad digitos quatuor parvos pertinent *o. p. q. r.* per longitudinem quodammodo fissi, et inserti *s. s. s. s.* ossibus tertiis. Ligamenta, quibus tendines retinentur, vide Tab. LXXXIII. Fig. IX. *s. t. u.*

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *A.-R.*

t. u. v. *Lumbricalis primus* (1), oriens *u.* a tendine primo et secundo Flexoris longi digitorum. *v.* tendo in quem abit.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *S. T. V.*

w. x. *Lumbricalis secundus: x.* tendo in quem abit.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *W.*

y. z. α. *Lumbricalis tertius,* oriens *z.* a tendine secundo et tertio: *α.* tendo ejus.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *X. Y.*

β. γ. δ. *Lumbricalis quartus,* oriens *γ.* a tendine tertio et quarto: *δ.* tendo in quem abit.

In Syntaxi, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *Z. α.*

Tendines se affigunt tuberculis ossium primi ordinis di-

(1) *Planti - tendino - phalangien, Dumas.*

gitorum, quae sunt in inferiore parte illius lateris quo pollicem spectant, et in capite primo ossium ipsorum. Aponeurosim adjungunt tendinibus Extensoris longi.

ε. Tendo *Flexoris longi pollicis pedis*, qui accepta portione ζ. a tendine Flexoris longi digitorum auctus, dein η. per longitudinem quodammodo fissus ad postremum θ. insertus est ossi ultimo pollicis inferius. Ligamenta, quibus continetur, vide Tab. LXXXIII. Fig. IX. *c. d. d.* *In Syntaxi*, Tab. LXXXIII. Fig. XI. *b. c. d. e.*

FIG. IX.

Extensor brevis digitorum pedis (1).

a. a. Origo a superiore parte tuberis, quo pars prior calcanei in superiora eminet.

b. Portio ad pollicem procedens: *c.* tendo in quem abit, insertus *d.* eminentiae obliquae, quae est in superiore parte ossis primi pollicis, mox ante caput ejus primum, juxta latus, quo spectat digitos parvos.

e. Portio ad digitum secundum pertinens: *f.* tendo ejus.

g. Portio quae petit digitum tertium: *h.* tendo ejus.

i. Portio ad quartum digitum procedens: *k.* tendo ejus.

l. l. l. Tendines illi cum tendinibus Extensoris longi digitorum conjuncti in communes tendines, intermedia divisionis nota.

m. m. m. Truncati tendines Extensoris longi digitorum.

n. l. Tendo communis, factus ex conjunctione tendinis *n.* Extensoris longi, et *l.* brevis: *o.* extremum insertum ossi secundi ordinis: *p. q.* portiones ad os tertium procurrentes; quarum altera *p.* est Extensoris longi, altera *q.* brevis: *r.* earum commune extremum, insertum *s.* superiori parti capitis primi ossis tertii ordinis. Eadem in digito tertio et in quarto.

(1) Pedieus, *Riolanus; Calcaneo-sus-phalangettien commun, Dumas.*

In Syntaxi, Tab. LX. *a.-e.* in pede sinistro; Tab. LIV. *e.-l.* in pede extremo.

FIG. X.

Flexor longus pollicis pedis (1).

a. a. Origo a fibulae superficie posteriore, incipiens ante tertiam partem longitudinis, pergens fere usque ad malleolum *b. b.*
c. c. Hîc fibrae ac utroque latere descendentes convergunt.
d. Tendo. Ligamentum, quo ipse retinetur, vide Tab. LX. Φ. in pede dextro.
In Syntaxi, Tab. LVIII. *h. i. k.* in crure.

FIG. XI.

Extensor proprius pollicis pedis a latere (2).

a. a. Origo a superficie fibulae, quae tibiae est a priori parte obversa, secundum totam fere longitudinem spinae prioris: infra autem ubi spina illa quasi retusa est, a superficie quae succedit. Tum et a ligamento, quod ossium intervallum occludit, et infra exigua portione a tibia *b.* proxime ligamentum.
c. Pars tendinea principii.
d. Tendo, insertus *e.* superiori parti capitis primi ossis ultimi pollicis.
f. Aponeurosis quae ad tendinem ab hoc latere accedit, veniens e capsa articuli pollicis cum metatarso.
In Syntaxi, Tab. LX. *S.S.S.T.* in pede sinistro; λ.λ.μ.ν. in pede dextro. A priori parte Tab. LIII. *H. I. K. L. M.* in crure et pede extremo.

(1) *Peroneo-phalanginien du gros orteil, Dumas.*
(2) *Peroneo-sus-phalanginien du pouce, Dumas.*

TABULA LXXXIII.

Ex eodem Opere.

FIGURA I.

Syntaxis ossium pedis extremi ab inferiore parte.

A.B.C.D.E. Calcaneus: *B.* tuber quod calcem efficit: *C.* tuberculum laevi cartilagine crustatum, quod sustinet tendinem Peronei longi: *D.* eminentia, a qua subtus oritur ligamentum *K.* Fig. XII.: *E.* sinus per quem incedit tendo Flexoris longi pollicis.

F. G. H. Talus: *G. H.* caput cartilagine crustatum, cujus pars *G.* ad articulum cum calcaneo pertinet; pars autem *H.* committitur cum ligamento, quod a calcaneo ad naviculare sub hoc capite deductum.

I. K. L. Os cubiforme: *K.* eminentia, secundum quam incedit tendo Peronei longi: *L.* tuberculum eminens, laevi cartilagine crustatum ad quod admotus nodus insignis ejusdem illius tendinis.

M. N. Os naviculare: *N.* tuber eminens, cui tendo Tibialis postici inseritur.

O. P. Q. Os cuneiforme magnum: *P.* eminentia, cui tendo Tibialis postici inseritur: *Q.* eminentia, cui inseritur pars tendinis Tibialis antici, *k* Fig. XIII.

R. Cuneiforme minus.

S. T. Cuneiforme medium: *T.* tuberculum, a quo oritur tendineum principium Flexoris brevis pollicis, *r.* Fig. XII.

U. V. W. X. Os metatarsi pollicis: *V.* pars, cui inseritur portio tendinis Tibialis antici, *l.* Fig. XIII.; *W.* superficies, cui inseritur tendo Peronei longi: *X.* caput anterius laevi cartilagine crustatum.

Y. Z. Ossa sesamoidea, apposita ad articulum pollicis cum suo metatarsi osse: *Y.* exterius, *Z.* interius.

a.f.: *b.f.*: *c.f.*: *d.e.f.* Ossa metatarsi digitorum parvorum: *a.* primi, *b.* secundi, *c.* tertii, *d.e.* quarti, cujus *e.* tuber eminens: *f.f.f.f.* capita anteriora, laevi cartilagine crustata.

g.h.i.k.l.: *m.* Ossa primi ordinis: *g.* pollicis: *h.i.k.l.* digitorum parvorum: *m.* orbita laevi cartilagine crustata; qualis et in reliquis.

n.o.p.q.: *r.* Ossa secundi ordinis digitorum parvorum: *r.* orbita laevi cartilagine crustata; qualis et in reliquis.

s. t. Os ultimum pollicis: *t.* tuberculum extremum, quale et in ossibus tertiis digitorum parvorum, quae sunt *u. v. w. x.*

FIG. II.

Abductor pollicis pedis cum Flexore brevi ab inferiore parte.

a. - e. *Abductor pollicis pedis* (1).

a. Ortus a radice tuberis calcanei, quo calcem efficit, extrinsecus tendinosus *b.*

c. Tendo, ad postremum *d.* conjunctus cum ligamento *f.* quod ab osse sesamoideo exteriore pollicis pertinet ad os pollicis primum, et cum eo ligamento insertus *e.* interiori et inferiori parti capitis, quo incipit os primum pollicis.

In Syntaxi, Fig. X. *F. - K.*

f. Ligamentum, quod ab osse sesamoideo exteriore ortum *g.* pertinet ad os primum pollicis, et ei se inserit cum tendine *d.* Abductoris.

h. - s. *Flexor brevis pollicis pedis* (2).

h. Principium tendineum longius, oriens *i.* ab inferiore et

(1) Pollicem adducens, *Casserius*, *Spigelius*; Thenar, *Winslow*; *Calcaneo-phalangien du pouce*, *Dumas*.

(2) Interosseus, *Spigelius*; Pars Thenaris, *Winslow*; *Tarso-phalangien du pouce*, *Dumas*.

interiore parte extremi prioris calcanei, mox pone commissuram ejus cum cubiformi.

k. Principium tendineum brevius, oriens *l.* ab ima parte ossis cuneiformis, quod medium dicitur.

m. Pars illius portionis aponeurosis plantae mediae, quae abit in principium Flexoris brevis pollicis.

n. Flexoris ejusdem pars, quae pertinet ad os sesamoideum exterius pollicis.

o. o. Hac parte accedit ad tendinem Abductoris pollicis: *p.* hac inserta ossi sesamoideo exteriori pollicis.

q. Pars quae pertinet ad os sesamoideum interius pollicis.

r. Tendo in quem abit, insertus *s.* parti posteriori ossis sesamoidei interioris; conjunctus *t.* cum extremo tendineo Adductoris pollicis.

In Syntaxi, Fig. XII. *o.-u.* et *y. z. α.*

u. Hinc rescissus Adductor pollicis cum Transversali pedis.

v. Extremum commune tendineum Adductoris pollicis et Transversalis pedis, conjunctum *w.* cum ligamento *y.* et cum eo *x.* ossi primo pollicis insertum.

y. Ligamentum, quod oritur *z.* ab osse sesamoideo interiore pollicis, et conjunctum cum extremo tendineo communi *v.* Adductoris pollicis et Transversalis pedis, et se inserit *x.* ossi primo pollicis.

FIG. III.

Abductor pollicis pedis cum Flexore brevi, a latere.

a.a.b.b.c. *Abductor pollicis pedis: a. a.* origo a parte inferiore lateris interni radicis tuberis calcanei: *b. b.* Hîc fibrae in angulos conveniunt: *c.* Tendo in quem abit.

In Syntaxi, Tab. LX. *σ. - τ.* in pede dextro.

d. e. *Flexor brevis pollicis pedis: e.* pars haec inferior adjungit se tendini Abductoris pollicis.

In Syntaxi, Tab. LX. *υ. υ. φ.* in pede dextro.

f. Aponeurosis procedens partim *g.* a tendine Abductoris pollicis, partim *h.* a capsa articuli pollicis cum meta-

tarso, et accedens *i. i.* ad tendinem Extensoris proprii pollicis.

k. Tendo Extensoris proprii, truncatus *l.* et insertus *m.* ossi primo pollicis.

FIG. IV.

Adductor pollicis pedis, cum Transversali pedis.

a. b. b. c. c. Ligamentum, quod oriens a calcaneo *b b.* pertinet ad os cubiforme, insertum *c. c.* tuberi ejus.

d. Excursus ligamenti, qui extrinsecus accedit ad ligamentum *a.* Fig V. et una abeunt *e. e.* in primum principium Adductoris pollicis.

f. - m. *Adductor pollicis* (1). Subtus oritur ab ima parte ossis metatarsi quarti, et a parte inferiore fere tota capitis primi ossis metatarsi tertii et proxima secundi.

f. Adductoris pollicis pars quodammodo separata.

g. Pars altera insignior: *h.* pars tendinea principii.

i. Extremum tendineum, quod primum conjunctum *k.* cum extremo tendineo *p.* Flexoris brevis pollicis, et cum eo se inserit posteriori et inferiori parti ossis illius sesamoidei pollicis quod exterius est; dein *l.* conjunctum cum ligamento *n.* cum eo se inserit *m.* ossi primo pollicis, inferiori parti illius lateris capitis primi, quo digitum secundum respicit.

In Syntaxi, Fig. XII. *k. - n. v.*

n. Ligamentum, quod ab osse sesamoideo interiore pollicis oritur *o.* et conjunctum *l.* cum tendineo extremo *i.* Adductoris pollicis, cum eo se inserit *m.* ossi primo pollicis.

p. Tendineum extremum caudae interioris Flexoris brevis pollicis, truncatum *q.* et insertum *r.* ossi sesamoideo interiori pollicis.

(1) Interosseus, *Spigelius;* Interosseus ad indicem pertingens, *Bucretius;* Pars antithenaris, *Winslow; Tarso-metatarsi-phalangien du pouce*, *Dumas*.

s. Hîc truncatus excursus *d.* una cum ligamento *a.* Fig. V.

t. - y. *Transversalis pedis* (1): *u.* Principium tendineum cujus primum principium *w.* nascitur e capsa, qua continetur articulus digiti quinti cum metatarso. *x.* Hac parte nascitur e capsa articulum digiti quarti cum suo osse metatarsi continente, et a proxima aponeurosi vestiente ibi Interosseos digiti illius: *y.y.* extremum quo se adjungit extremo tendineo communi Adductoris et Flexoris brevis pollicis.

In Syntaxi vide Fig. XII. *f. g. h. i.*

FIG. V.

Flexor brevis digiti minimi pedis a parte inferiore.

a. b. Ligamentum latum, quod oritur ab ossis cubiformis tubere imo, inseriturque capitibus primis ossium metatarsi secundi, tertii, quarti, quinti. Extrinsecus ex parte vestitum accedente excursu *b.* Ligamenti *a.* Fig. IV. qui excursus truncatus in *c.*

d. e. f. g. *Flexor brevis digiti minimi pedis* (2): *e.* hîc oritur a ligamento *a.* Subtus etiam a media inferiore parte radicis capitis primi ossis metatarsi quinti.

f. Extremum tendineum, insertum *g.* imae parti capitis primi ossis primi digiti minimi.

In Syntaxi, Fig. XII. *Q. R.*

h. Hinc interossei digiti minimi ortus a ligamento *a. b.* rescissus: *i.* Hinc Interossei secundi digiti quarti: *k.* hinc primi digiti ejusdem: *l. l.* hinc partis praecipuae Adductoris pollicis: *m.* hinc partis ejus alterius.

(1) *Metatarso-phalangien du pouce, Dumas.*

(2) Interosseus, *Spigelius;* Flexor primi internodii digiti minimi, *Douglas, Cowper;* Parathenar parvus, *Winslow; Metatarso-phalangien du petit doigt, Dumas.*

FIG. VI.

Flexor brevis digiti minimi pedis a latere.

a. Origo ab ossis metatarsi quinti margine externo, spectante inferiora, juxta caput primum.
b. Pars, quae inserta *c. c.* exteriori margini superficiei inferioris ossis metatarsi digiti minimi, mox pone caput ejus prius.
d. Pars altera, eaque praecipua, quae inserta ossi primo digiti minimi: *e.* extremum tendineum, in quod abit.
In Syntaxi, Tab. LX. *w x.* in pede sinistro.

FIG. VII.

Abducter digiti minimi pedis a latere (1).

a. Pars carnea nuda.
b. Tendo, in quem ad postremum abit, insertus *c.* externae parti radicis capitis primi ossis primi digiti minimi.
d. Hac parte tectus aponeurosi.
e. e. Ortus ab exteriore parte tota radicis tuberis calcanei, quo calcem efficit.
f. Pars aponeurosis qua intectus est, inserta *g.* posticae parti tuberis magni et inaequabilis, quod e capite primo ossis metatarsi digiti minimi in externum pedis latus eminet.
In Syntaxi, Tab. LX. *u. - y.* in pede extremo.

FIG. VIII.

Abductor digiti minimi pedis a parte inferiore.

a. b. Duae partes e quibus constat. Quarum haec *a.* separatum tendinem efficit, qui se in aliis cum tendine par-

(1) Metatarseus, *Winslow, Calcaneo-phalangien du petit doigt, Dumas.*

tis alterius conjungit in unum, in aliis totus separatus.

c. c. Origo ab inferiore parte tota radicis tuberis calcanei; unde pars altera extrinsecus in totum tendinosa *d.*; altera ex parte *e.*

f. Tendo, insertus *g.* externae parti radicis capitis primi ossis primi digiti minimi.

In Syntaxi, Fig. X. *A. B. C. D. E.*

FIG. IX.

Pes extremus ab inferiore parte, in quo expressa, quae mox post integumenta communia sequuntur, aponeuroses, musculi, ligamenta. Figura haec cum sequentibus syntaxim exhibet musculorum, qui sunt in planta pedis.

A.-H. Media plantae aponeurosis: *B.* ortus ejus a tubere calcanei: *C. D. E. F. G.* Quinque portiones ejus ad digitos pertinentes, quae ad postremum bifidae, complectuntur tendines Flexorum; ab his portionibus propagines tenues excurrunt antrorsum: *H.* Portio, quae conjuncta cum aponeurosi Abductorem pollicis tegente.

I.-N. Aponeurosis Abductorem tegens digiti minimi: *K.* ortus ejus a tubere calcanei: *L.* Portio quam inserit capiti primo ossis metatarsi digiti minimi: *M.* Portio, quae conjuncta est cum aponeurosi plantae media: *N.* Portio quam dat principiis Flexoris brevis digiti minimi, et Interossèi ejusdem digiti.

O. P. Aponeurosis tegens Abductorem pollicis: *P.* ortus ejus a calcaneo.

Q. R. S. *Abductor pollicis*: *R.* tendo, conjunctus *S.* cum ligamento quod ab osse sesamoideo exteriore pertinet ad os primum pollicis.

T. Ligamentum quod ab osse sesamoideo exteriore pollicis fertur ad os primum ejusdem digiti.

U. V. W. Flexoris brevis pollicis pars pertinens ad os sesamoideum exterius, parte *V.* inserens se ossi illi; parte autem *W.* adjungens tendini Abductoris longi pollicis. *X.* Flexoris pars, quae pertinet ad sesamoideum interius.

Y. Z. Extremum commune tendineum Flexoris brevis Adductorisque pollicis et Transversalis pedis, insertum ossi sesamoideo interiori, ac deinde conjunctum cum ligamento, quod ab eodem osse sesamoideo pertinet ad os primum pollicis, et cum eo inseritur *Z.*

a. Ligamentum veniens ab osse sesamoideo interiore, et inserens se ossi primo pollicis.

æ. æ. b. Tendo Flexoris longi pollicis, insertus *b.* ossi pollicis ultimo.

c. Ligamentum, quod tendinem *æ.* continet circa articulum pollicis cum metatarso.

d. d. Ligamenta duo, quae se decussant, et continent tendinem *æ.* qua is decurrit secundum pollicis os primum.

e. f. g. h. *Lumbricales: e.* primus, *f.* secundus, *g.* tertius, *h.* quartus.

i. i. i. *Transversalis pedis.*

k. *Interosseus* secundus digiti primi parvorum.

l. *Interosseus* secundus digiti secundi parvorum.

m. m *Interosseus* secundus digiti tertii parvorum.

n. *Flexor brevis digitorum pedis.*

o. *Interosseus* digiti minimi.

p. *Flexor brevis* digiti minimi.

q. r. *Abductor* digiti minimi: *r.* tendo, insertus ossi primi ordinis.

s. Ut in hoc digito, sic in reliquis parvis, Ligamenta quae continent tendines Flexoris digitorum brevis et longi, circa capita anteriora ossium metatarsi.

t. Ut in hoc, sic in reliquis parvis digitis, Ligamenta quae continent tendines Flexoris digitorum brevis et longi circa mediam longitudinem ossium primi ordinis.

u. Ut in hoc, sic in reliquis parvis, Ligamenta, quae con-

tinent tendines Flexoris longi digitorum circa os secundi ordinis.

v. w. w. Tendo Flexoris brevis digitorum: *w. w.* cornua ejus, quae ad os pertinent secundi ordinis. A cujus tendinis latere pollicem spectante, etiam tendo Flexoris longi. Haec in reliquis quoque digitis.

x. Tendo Flexoris longi digitorum, insertus ossi tertio. Ejus etiam portio cum ab illo tendinis Flexoris brevis digitorum *v.* latere, quod pollicem respicit, tum inter cornua *w. w.* Confer Fig. X.

FIG. X.

Primus musculorum ordo, remotis aponeurosibus, et ligamentis plerisque Figurae proximae praecedentis.

A. B. C. D. E. Abductor digiti minimi, ex duabus partibus *A.* et *B.* constans. *C. D.* Origo a tubere calcanei, unde extrinsecus tendinosus: *E.* tendo, insertus ossi primo minimi.

F. G. H. I. Abductor pollicis: G. ortus a tubere calcanei, unde extrinsecus tendinosus: *H.* tendo, ad postremum *I.* conjunctus cum ligamento quod ab osse sesamoideo pollicis exteriore pertinet ad os pollicis primum et cum eo ligamento ossi primo inseritur.

K. Ligamentum quod ab osse sesamoideo exteriore pollicis ortum pertinet ad os primum pollicis.

L. - V. Flexor brevis digitorum pedis: M. ortus ejus a tubere calcanei, unde extrinsecus tendinosus: *N.* portio ad digitum primum parvorum: *O.* ejus tendo, qui ad postremum abit in *P. Q.* cornua duo: *R.* portio ad digitum secundum: *S.* ejus tendo, ad postremum simili modo bicornis: *T.* portio ad tertium: *U.* ejus tendo, pariter bicornis ad postremum: *V.* tendo ad quartum pertinens, similiter ad postremum bicornis.

W. Pars tendinea, quae oritur ab ossis cubiformis tubere imo, et abit in principia Flexoris brevis digiti minimi *a.* Interossei ejusdem *Z.* et Interossei secundi digiti tertii parvorum *X.*

X. Y. *Interosseus secundus digiti tertii* parvorum: *Y.* extremum tendineum, insertum ossi primo digiti illius.

Z. *Interosseus digiti minimi.*

a. b. *Flexor brevis digiti minimi: b.* extremum tendineum.

c. d. e. f. *Lumbricales: c.* quartus, *d.* tertius, *e.* secundus, *f.* primus.

g. g. h. *Transversalis pedis: h.* principium tendineum.

i. *Interosseus secundus* digiti secundi parvorum.

k. - - - - - - digiti primi parvorum.

l. m. Tendo Flexoris longi digitorum, insertus *m.* ossi tertio.

n. o. Tendo Flexoris longi pollicis, insertus *o.* ossi ultimo.

p. *Adductor pollicis.*

q. q. Flexoris brevis pollicis pars ad os sesamoideum interius pertinens.

r. s. t. Extremum tendineum commune Flexori brevi pollicis, Adductori et Transversali pedis: parte *s.* insertum ossi sesamoideo interiori, parte autem *t.* conjunctum cum ligamento *u.* quod ab osse sesamoideo interiore pertinet ad os primum pollicis.

v. Portio, quam aponeurosis plantae media dat principiis Flexoris brevis pollicis.

w. x. y. Flexoris brevis pollicis pars ad os ejus sesamoideum exterius pertinens, *x.* hac parte adjungit se tendini Abductoris pollicis: *y.* hac inserit se ossi sesamoideo.

FIG. XI.

Secundus ordo musculorum, remotis Abductore digiti minimi, maxima parte Abductoris pollicis, Flexori brevi digitorum pedis.

A. B. Tendo Flexoris longi digitorum pedis: *B.* nodus quâ se

ad calcaneum atterit: *C. D. E. F. G.* Caput, quod ad Flexorem hunc accedit in planta, e duabus portionibus. Partis alterius *C.* origo *E.* a calcaneo. Altera *D.* incipit tenui tendine *F.* oriente *G.* a calcaneo. *H.* Portio, quam tendo Flexoris longi digitorum adjungit tendini Flexoris longi pollicis: *I. K. L. M.* quatuor tendines, in quos abit, qui ad quatuor parvos digitos pertinent *N. O. P. Q.* per longitudinem quodammodo fissi, et inserti *R.* ossibus tertiis.

S. T. V. *Lumbricalis primus*, oriens *T.* a tendine primo et secundo Flexoris longi digitorum: *V.* tendo ejus.

W. *Lumbricalis secundus*.

X. Y. - - - - - *tertius*: *Y.* oriens a tendine secundo et tertio Flexoris longi.

Z. a. - - - - - *quartus*: oriens *a.* a tendine tertio et quarto Flexoris longi.

b. c. d. e. Tendo Flexoris longi pollicis pedis, auctus portione *c.* accepta a tendine Flexoris longi digitorum pedis, dein *d.* per longitudinem quodammodo fissus, et insertus *e.* ossi ultimo pollicis.

f. g. h. Tendo Tibialis postici: *f.* nodus ejus quâ ad caput tali applicatus: *g.* hîc subtus ossi insertus naviculari: *h.* hîc insertus cuneiformi magno.

i. k. Tendinis Tibialis antici extrema duo, quorum alterum *i.* insertum ossi cuneiformi magno, alterum *k.* pertinet ad os metatarsi pollicis.

l. Portio, quam aponeurosis plantae media dat principiis Flexoris brevis pollicis.

m. n. Tendo Abductoris pollicis truncatus: *n.* extremum, quo se cum ligamento *o.* quod ab osse sesamoideo pollicis exteriore pertinet ad os ejus primum, conjungit et inserit ossi primo pollicis.

p. q. r. Flexoris brevis pollicis pars, quae ad os sesamoideum pollicis exterius pertinet: *q.* hac parte adjungit se tendini Abductoris pollicis: *r.* hac vero inserit se sesamoideo exteriori.

s. s. Flexoris brevis pollicis pars, quae pertinet ad os sesamoideum interius.

t. t. Adductor pollicis.

u. v. w. Extremum tendineum commune Flexoris pollicis brevis, Adductoris, et Transversalis pedis, de quo vide Fig. X. *r. s. t.*

x. Ligamentum, quod est *u.* Fig. X.

y. Tendo Peronei brevis.

z. α. β. - - - Peronei longi: *α.* nodus, quâ juxta calcanei eminentiam incedit: *β.* nodus alter, quâ se ad os cubiforme inflectit.

γ. δ. ε. Ligamentum, quod a calcaneo oriens *δ.* inserit se cubiformis eminentiae, ad quam se inflectit tendo Peronei longi, insertum *ε.* eminentiae illi.

ζ. Pars tendinea, quae oritur a cubiformis tubere imo, abitque in principia Flexoris brevis digiti minimi, Interossei ejusdem, et Interossei secundi digiti tertii parvorum. *η.* Excursus ligamenti cui *γ.* inscripta; qui adjungens se parti tendineae *ζ.* cum ea efficit partem tendineam communem *θ.*, quae accedit ad principia Flexoris brevis digiti minimi, Interossei ejusdem digiti, utriusque Interossei digiti tertii parvorum, Adductoris pollicis.

ι. κ. *Flexor brevis digiti minimi*, extremo tendineo *κ.* insertus ossi primo digiti ipsius.

λ. *Interosseus digiti minimi.*

μ. ν. - - - - - *secundus digiti tertii* parvorum: *ν.* extremum tendineum insertum ossi primo digiti illius.

ξ. *Interosseus primus digiti tertii.*

ο. Interossei secundi digiti secundi extremum tendineum insertum ossi primi ordinis digiti secundi.

π. Interossei secundi digiti primi extremum tendineum insertum ossi primi ordinis digiti ipsius.

FIG. XII.

Musculorum ordo tertius, remotis capite quod ad Flexorem longum digitorum in planta accedit; tendine Flexoris longi digitorum pedis, Lumbricalibus, et tendine Flexoris longi pollicis pedis.

A. Tendo Peronei brevis.

B. C. D. Tendo Peronei longi: *C.* nodus ejus, quâ ad calcaneum applicatus: *D.* nodus alter, quâ se ad cubiforme inflectit.

E. F. G. H. I. Tendo Tibialis postici truncatus in *E.*: *F.* nodus quâ ad tali caput applicatus: *G.* hîc subtus naviculari insertus: *H.* hîc insertus ossi cuneiformi magno: *I.* portio quae se inserit ossi cuneiformi tertio, excurritque praeterea ad os metatarsi secundum et ad tertium, datque portionem Flexori pollicis brevi.

K. L. M. M. Ligamentum, quod a calcaneo *L.* oriens pertinet ad os cubiforme, et insertum ei *M. M.*

N. P. Vide Fig. XI. *ζ.* - *θ.*

Q. R. Ut in Fig. XI. *ι. κ.*

S. U. V. Ut in Fig. XI. *λ. μ. ν.*

W. X. Interosseus primus digiti tertii parvorum: *X.* extremum tendineum, insertum ossi primi ordinis.

Y. Z. Interosseus secundus digiti secundi parvorum: *Z*: extremum tendineum, insertum ossi primi ordinis.

a. b. *Interosseus primus digiti secundi* parvorum: *b.* extremum tendineum, insertum ossi primi ordinis.

c. d. *Interosseus secundus digiti primi*: *d.* tendo insertus ossi primi ordinis.

e. Tendo Interossei primi digiti primi parvorum, insertus ossi primi ordinis.

f. g. h. i. *Transversalis pedis*, qui parte *g.* oritur a capsa articulum digiti tertii parvorum continente cum suo osse metatarsi: *h.* principium tendineum: *i.* extremum quo se adjungit extremo tendineo communi pollicis Adductoris Flexorisque brevis.

k.l.m.n. *Adductor pollicis: l.* pars ejus quodammodo separata: *m.* pars tendinea principii: *n.* extremum tendineum.

o.p.q.r.s. Flexoris brevis pollicis pars, quae pertinet ad os sesamoideum interius: *p.* tendo a calcaneo *q.* oriens, cujus tendinis pars abit in principium hujus Flexoris: *r.* tendineum principium hujus partis, oriens ab osse cuneiformi medio: *s.* tendinei extremi origo.

t. u. v. w. Extremum tendineum commune, de quo vide Fig. X. *r. s. t. u.*

x. Fig. X. *v.* Fig. XI. *l.*

y. z. α. Vide Fig. X. *w. x. y.*

β. γ. δ. Truncatus Abductor pollicis: *γ.* tendo ejus extremo *δ.* conjunctus cum ligamento, quod ab osse sesamoideo exteriore pertinet ad pollicis os primi ordinis et cum eo ossi illi insertus.

ε. Ligamentum, quod os sesamoideum exterius conjungit cum osse primo pollicis.

ζ. η. Duae portiones extremae tendinis Tibialis antici; quarum altera *ζ.* inserta ossi cuneiformi magno; altera *η.* ad os pertinet metatarsi pollicis.

FIG. XIII.

Ordo quartus musculorum in planta; remoto tendine Tibialis postici, ligamento quod a calcaneo oriens ad os pertinet cubiforme, Flexore brevi digiti minimi, Transversali pedis, Adductore pollicis, Flexore brevi pollicis, ligamentis inter ossa sesamoidea et os primum pollicis, Abductoris pollicis extremo.

a. Tendo Peronei brevis.

b.c.d.e.f.g.h.i. Tendo Peronei longi: *c.* nodus quâ applicatus ad calcaneum: *d.* nodus insignior, quâ se flectit ad cubiformis eminentiam. *e.* extremum ossi metatarsi pollicis insertum: *f.* portio a tendine abscedens et abeuns in partes duas *g. h.* insertas ossi cuneiformi magno: *i.*

portio a tendine abscedens, inserta ossi metatarsi secundo.

k. l. Fig. XII. ζ. η.

m. n. o. Interosseus primus digiti primi parvorum: *n.* ortus ejus ab osse metatarsi secundo: *o.* tendo insertus ossi primi ordinis.

p. q. r. Interosseus secundus digiti primi: *q.* principium tendineum oriens ab osse metatarsi secundo et tertio: *r.* tendo insertus ossi primi ordinis.

s. t. u. Interosseus primus digiti secundi parvorum: *t.* ortus ejus ab osse metatarsi tertio: *u.* tendo insertus ossi primi ordinis.

v. w. x. Interosseus secundus digiti secundi: *w.* ortus ejus ab osse metatarsi tertio: *x.* tendo insertus ossi primi ordinis.

y. z. α. Interosseus primus digiti tertii parvorum: *z.* ortus ejus ab osse metatarsi quarto: α. tendo insertus ossi primi ordinis.

β. γ. δ. Interosseus secundus digiti tertii: γ. ortus ejus ab osse metatarsi quarto: δ. tendo insertus ossi primi ordinis.

ε. ζ. η. Interosseus digiti minimi: ζ. origo ab osse metatarsi quinto: η. tendo insertus ossi primi ordinis.

BURSAE TENDINUM MUCOSAE.

TABULA LXXXIV.

FIGURA I.

EX CADAVERE.

Capitis dexterum latus, cui collum adhaeret et superior thoracis pars. Bursas repraesentat mucosas quae in hac trunci parte una simul demonstrari possunt.

a. Tendo musculi Obliqui superioris oculi dextri.
b. Trochlea cartilaginea, per quam tendo *a.* trajicitur.
c. Ligamentum, quo trochlea ossi frontis, et quidem orbitae limbo superiori adnectitur.
d. d. Vagina mucosa, tamquam bursa illam tendinis partem complectens musculi Obliqui, quae est inter trochleam et bulbum oculi.
e. Hîc vagina in longum dissecta fuit, ut inclusus tendo appareat.
f. Musculi Styloglossi pars tendinea a spina ossis temporis dextri descendens.
g. Musculi Stylohyoidei tendo ortus ab eadem spina.
h. Bursa mucosa, quae tendines illos prope spinam comprehendit.
i. i. Venter anterior musculi Biventris maxillae tam dextri quam sinistri.
k. Tendo medius Biventris dextri.
l. Venter posterior ejusdem musculi dextri, ab apophysi mastoidea separatus, et reflexus.
m. Musculi Stylohyoidei portio inferior simul et anterior quâ inseritur ossi hyoidi, et quâ per ejus fibras transit tendo musculi Biventris.
n. Membrana quae vaginam efficit circum tendinem medium Biventris (1).

(1) Bursa vesicularis musculi Biventris appellatur a cl. *Rosenmüller* (Alex. Monroi Icon. et descript. bursar. mucosar. Lips. *1799*. Tab. I. 3.).

o. Portio ejusdem membranae, quae ad os hyoideum descendit.

p. p. Os hyoideum membrana cinctum undequaque.

π. π. Bursa mucosa, qua insertiones obvolvuntur musculorum a sterno et a scapula ad hyoideum os adscendentium.

q. q. Musculus Sternohyoideus in utroque latere.

r. r. Musculus Omohyoideus, seu Costa-coraco-hyoideus.

s. Musculus Sterno-cleido-mastoideus sinister; dexter enim rescissus.

t. Portio musculi Pectoralis minoris sursum revoluta.

u. Bursa ejusdem mucosa.

v. Communis tendo musculi Coracobrachialis et capitis brevis Bicipitis in superiora reflexus et truncatus.

w. Ejus tendinis bursa mucosa (1).

x. Musculi Subclavii sinistri facies posterior. Tendo resectus est a costa prima. Qua vero ratione tendo ipse costae infigatur exhibetur in latere dextro.

y. Bursa mucosa Subclavii.

z. Bursa mucosa musculi Subscapularis. Alii dicunt bursam *coracoideam*. Musculi situs nota peculiari non indiget.

Caput etiam humeri tenui quadam tela obductum esse Icon ostendit. Hanc vero seorsim delineari curavi Tab. LXXXV. Fig. IV. *G.*

β. Musculus Subclavius dexter.

δ. ε. Ligamenta duo inter processum coracoideum et claviculam: *δ.* ligamentum trapezoides dictum: *ε.* ligamentum conoideum.

ζ. Bursa vesicularis inter ea ligamenta. Appellant bursam *jugularem*.

FIG. II.

Ex Jo. Chr. Rosenmuller opere, cui titulus: Alex. Monroi Icon. et descipt. bursar. mucosar. corp. human. Lips. 1799.

Caput osseum pueri quindecim annorum, eo situ positum,

(1) Deest quandoque bursa istiusmodi. Interdum etiam ea desideratur quae tendini subjecta est musculi Pectoralis minoris. Vide *Chr. Mart. Koch* Dissertat. de bursis tendinum mucosis. Lips. 1788.

quo ejus superficies inferior a dextro latere conspicitur.

A. Orbitae dextrae particula.
B. Os maxillare superius dextri lateris.
C. Condylus maxillae inferioris dextri lateris.
D. Pars condyli maxillae inferioris sinistri lateris.
E. Os temporum dextri lateris.
F. Os parietale dextri lateris.
G. Os occipitale.
H. Processus mastoideus ossis temporum dextri lateris.
I. Condylus dexter ossis occipitis.
K. Particula condyli sinistri ossis occipitis.
L. L. Processus palatinus utriusque ossis maxillaris superioris.
M. M. Processus palatinus utriusque ossis palatini.
N. Ala dextra ossis sphenoidei.
O. Vomer.
P. Corpus ossis sphenoidei.
Q. Processus basilaris ossis occipitis.
a. Ala externa dextra processus pterygoidei ossis sphenoidei.
b. b. Processus sphenoidalis ossis palatini.
c. c. Hamulus processus pterygoidei ossis sphenoidei in utroque latere.
d. Prope hanc litteram foramen quod dicitur ovale, in dextro latere.
e. Foramen spinosum ejusdem lateris.
f. Processus spinosus ossis sphenoidei.
g. Apertura meatus auditorii externi dextri.
h. Processus styloideus dexter.
i. Apertura externa canalis carotici dextri.
k. Foramen jugulare dextrum.
l. Portio externa Masseteris, quae aeque ac interna separata est a maxilla inferiori et reclinata super arcum zygomaticum.
m. Portio interna Masseteris.
n. Resectus a palato extremus musculus Circumflexus palati.
o. Pars carnosa musculi Circumflexi palati.
p. Musculus Pterygoideus internus.

q. Venter posterior Biventris maxillae inferioris.
r. Pars Trachelomastoidei.
s. Pars Splenii.
t. Cleidomastoidei pars extrema reclinata.
u. Sternomastoidei pars extrema reclinata.
1. 2. Bursae vesiculares sub Massetere sitae.
3. Bursa vesicularis Circumflexi palati.
4. Bursa vesicularis ventris posterioris Biventris maxillae inferioris.

FIG. III.

Ex Frid. Ern. Gerlach *Dissertat. de bursis tendinum mucosis in capite et collo reperiundis. Viteberg. 1793.*

Bursa mucosa tendinis Biventris maxillae.

a. a. Maxillae inferioris basis.
b. Ossis hyoidei basis.
c. c. Ejus cornu sinistrum.
d. e. f. Musculus Biventer maxillae inferioris sinister: *d.* venter anterior: *e.* venter posterior: *f.* tendo medius.
g. Aponeurosis, qua tendo Biventris adnectitur basi et cornu majori ossis hyoidei.
h. Musculus Stylohyoideus.
i. Musculus Mylohyoideus sinistri lateris.
k. Ceratoglossus.
l. Sternohyoideus.
m. Omohyoideus.
n. Hyothyreoideus.
o. Sternothyreoideus.
p. Sterno-cleido-mastoideus reclinatus.
q. Parotis.
r. Glandula maxillaris.
s. Truncus arteriae carotidis.
t. Nervus hypoglossus.
u. - - - vagus.
w. Bursa mucosa tendinis Biventris maxillae aperta. Membrana hujus bursae fili ope expansa est.

TABULA LXXXV.

FIGURA I.

Ex Tabulis Anatomicis Just. Chr. Loder.

Bursae mucosae musculorum claviculae, scapulae, et partis superioris humeri.

a. Scapulae superficies anterior.
b. Ejus processus coracoideus.
c. c. Clavicula sursum reflexa.
d. Os humeri.
e. Ligamentum commune scapulae trapezoides.
f. Ligamentum scapulae commune conoideum, cujus portio tantum conspicitur.
g. Bursa mucosa, quae inter haec ligamenta et processum coracoideum occurrit.
h. h. Membrana capsularis humeri.
i. Musculus Subclavius.
k. Bursa mucosa Subclavii. Bursa autem haec non eodem semper loco occurrit. Id adverterat *Loderus*, ideoque confer Tab. LXXXIV. Fig. I. *y.* a sinistris.
l. Pars musculi Subscapularis.
m. Bursa mucosa Subscapularis.
n. Stylus huic bursae immissus, ac per foramen in fundo ejus in cavum membranae capsularis humeri penetrans.
o. Pectoralis minor truncatus et reclinatus.
p. Commune principium Coracobrachialis et capitis brevis Bicipitis truncatum et reclinatum.
q. Bursa mucosa, quae saepe inter tendinem Pectoralis minoris et processum coracoideum occurrit..
r. r. Bursa mucosa, quae inter commune principium Coraco-

brachialis capitisque brevis Bicipitis et membranam capsularem humeri est.

s. Teretis majoris tendo reclinatus.
t. Bursa mucosa Teretis majoris.
u. Latissimi dorsi tendo reclinatus.
v. Bursa mucosa Latissimi dorsi.

FIG. II.

Ex eodem Opere Loderi.

Bursae mucosae Deltoidei et Infraspinati.

a. Membrana capsularis humeri.
b. Tendo capitis longi Bicipitis brachii.
c. Musculus Teres minor.
d. Pars Infraspinati rescissi et inclinati.
e. Bursa mucosa Infraspinati.
f. Deltoideus musculus sursum reflexus.
g. g. Bursa mucosa Deltoidei.

FIG. III.

Ex eodem Opere Loderi.

Bursa mucosa vaginalis capitis longi Bicipitis.

a. Pectoralis major truncatus et reclinatus.
b. b. Caput longum Bicipitis brachii, cujus principium est a limbo superiore cavitatis scapulae, cum qua humerus articulatur.
c. c. Bursa mucosa vaginalis capitis longi Bicipitis brachii.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Bursae mucosae Subscapularis, Latissimi dorsi, Pectoralis majoris.

A. Superficies anterior scapulae.

B. Ejus processus coracoideus.
C. Os humeri.
D. Musculus Subscapularis in superiora reflexus et truncatus.
E. Bursa mucosa ampla musculi Subscapularis. Tabul. LXXXIV. Fig. I. z.
F. Minor alia Bursa quae adjacet quandoque Bursae *E*.
G. Caput humeri capsulari ligamento contentum, et laxa membrana tectum, sub qua si aer impellatur, membrana ipsa in amplum recipiens explicatur, muco interius oblinitum. Hujus membranae meminit etiam *Fourcroyus* in Actis Acad. Scientiar. Parisiensis.
H. Musculus Teres major.
I. Tendo ejus.
K. Musculi Bicipitis pars superior.
L. Vagina, quae tendines complectitur musculi Bicipitis.
M. Tendo Latissimi dorsi sursum revolutus et dissectus.
N. Bursa ejusdem musculi Latissimi dorsi.
O. Musculus Pectoralis major in exteriora reflexus et truncatus.
P. Bursa Pectoralis majoris.

FIG. V.

Ex Cadavere.

Bursa mucosa interior musculi Teretis majoris.

A. Scapulae superficies posterior.
B. Os humeri.
C. Caput humeri.
D. Musculus Teres major.
E. Ejus pars tendinea.
F. Bursa mucosa interior, quae reconditur in tendine musculi Teretis majoris, *Albino* nota et *Fourcroyo*, at nondum delineata.
G. Tendinis lamella ab humero separata et conversa, ut bursae cavum pateret *F*.

TABULA LXXXVI.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Bursa Anconei et capitulo - radialis.

A. Portio inferior cubiti sinistri.
B. Ejus condylus exterior.
C. Ulnae olecranum.
D. Radius.
E. Ligamentum quod nonnumquam occurrit oblique descendens ab exteriori condylo ad ulnam.
F. Musculus Anconeus, cujus pars exterior, quae prope radium est nonnihil separata.
G. Anconei tendo.
H. Bursa mucosa quae est sub Anconeo musculo inter ipsum et caput radii.
I. Musculus Supinator brevis.
K. Carnea massa, quae communi tendine *L.* oritur ab exteriore condylo, dein vero dividitur in carpi extensorem, et extensorem communem digitorum.
m. Bursa *capitulo - radialis.*

FIG. II.

Ex citato Opere Loderi.

Bursa mucosa Tricipitis brachii.

A. Ossis humeri corpus, a posteriori parte.
B. Condylus ejus internus.
C. - - - - - externus.
D. Pars Tricipitis brachii abscissi et reclinati.
e. Bursa mucosa Tricipitis.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Bursa mucosa Bicipitis brachii.

A. Ossis humeri ab anteriori parte spectati condylus internus.
B. Ulna.
C. Radius.
D. Brachialis musculus internus truncatus.
E. Bicipitis tendo tuberi radii insertus et ad latus reclinatus.
F. Bursa mucosa Bicipitis, quae duplex videtur, quia septo divisa est.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Bursa flexoria media, flexoria digitorum et eae quae sunt inter musculos Lumbricales et Interosseos.

A. Os metacarpi pollicis.
B. Portio Flexoris brevis pollicis.
C. Adductor pollicis.
D. Tendo Flexoris longi pollicis, vaginali tunica tectus.
E. Flexor parvus digiti minimi.
F. Abductor digiti minimi.
G. Bursa flexoria media, membrana constans laxa et tenui, et quae tendines omnes musculi Flexoris digitorum in se continet.
H. Hîc bursa ipsa dissecta, ut ejus cavum pateret.
I. Lumbricalis primus.
k. Bursa mucosa inter tendinem Lumbricalis primi et Interossei prioris indicis.
l. Bursa mucosa inter tendinem Lumbricalis tertii et tendinem Interossei prioris digiti annularis.

m. m. Ligamenta annularia quae tendines Flexorum continent ubi prima ossa digitorum manus nectuntur ossibus metacarpi.

n. Ligamenta digitorum cruciata.

o. Ligamentum annulare in articulo ossis secundi ordinis digitorum cum primo.

p. Ligamentum annulare latum, quod Flexorum tendines coercet inter articulum primi ossis digitorum cum secundo, et articulum secundi cum tertio osse.

q. q. q. Bursa flexoria digiti medii, quae tendines comitatur Flexorum musculorum. Sic in reliquis digitis.

FIG. V.

Ex citato Opere Loderi.

Bursae mucosae musculorum in parti interiori carpi et vola manus.

a. Abductor longus pollicis.

b. Bursa mucosa vaginalis hujus musculi.

c. Radialis interni tendo.

d. Bursa mucosa vaginalis Radialis interni.

e. e. Flexoris longi pollicis tendo.

f. Bursa mucosa vaginalis Flexoris longi pollicis.

g. Stylus immissus Bursae mucosae, quae pone hunc tendinem et quidem inter illum et membranam capsularem articuli carpi occurrit.

h. Sublimis musculus.

i. k. l. m. Tendines quatuor Sublimis, ad digitos suos procedentes, quorum quilibet Bursa mucosa vaginali involutus est (1).

n. Specillum immissum Bursae mucosae quae pone Profundum, inter illum et membranam capsularem articuli carpi occurrit.

o. Bursa mucosa tendinis Ulnaris interni, qui ea continetur.

(1) Scalptoris errore factum est ut nota *m.* qua indicari debuerat tendo Sublimis ad indicem spectans, tendini insculpta fuerit Flexoris longi pollicis bursa *f.* incluso.

FIG. VI.

Ex eodem Opere LODERI.

Bursae mucosae musculorum in dorso carpi manusque.

a. Abductor longus pollicis.
b. Ejus tendo.
c. Extensor minor pollicis: *d.d.* tendo ejus.
e. Bursa mucosa vaginalis Extensoris minoris pollicis.
f. g. Radialis externi longi tendo, insertus *g.* basi ossis metacarpi indicis.
h. i. Radialis externi brevis tendo, insertus *i.* basi ossis metacarpi digiti medii.
k. k. Bursa mucosa vaginalis communis Radialis externi longi et brevis. Communicat illa quoque cum bursa superiori (*m*) Extensoris majoris pollicis.
l. Specillum immissum Bursae mucosae propriae Radialis externi brevis, quae pone tendinem est paullo supra insertionem ejus.
m. n. o. Tendo Extensoris majoris pollicis: *m.* Pars quae involuta est bursa mucosa vaginali superiori communicante cum bursa *k.*: Pars *n.* involuta est bursa mucosa vaginali inferiori: Pars *o.* decurrit ad pollicem.
p. p. p. Extensor communis digitorum manus.
q. q. q. Bursa mucosa vaginalis hujus musculi.
r. r. Extensor digiti minimi.
s. s. Bursa mucosa vaginalis hujus musculi.
t. Ulnaris externus.
u. Pars tendinis Ulnaris externi inclusa bursa mucosa propria vaginali.
x. Bursa mucosa inter digitum indicem et medium.
y. - - - - - - - inter medium digitum et annularem.
z. - - - - - - - inter digitum annularem et minimum.

TABULA LXXXVII.

Ex Tabulis Anatomicis Loderi.

FIGURA I.

Bursae mucosae musculorum in parte superiori femoris, ab anteriori.

a. Os iliûm.
b. Ossis pubis ramus superior.
c. Os femoris.
d. Ejus trochanter major.
e. Membrana capsularis femoris.
f. Gluteus minimus.
g. Bursa mucosa hujus musculi.
h. Gluteus medius, deorsum reflexus.
i. i. Bursa mucosa hujus musculi, in hoc specimine duplex.
k. Gluteus maximus deorsum reflexus.
l. Bursa mucosa hujus musculi.
m. Vastus externus.
n. Pars Iliaci interni.
o. Pars Psoae majoris.
p p. Bursa mucosa Iliaci interni et Psoae majoris.
q. Pectineus.
r. Bursa mucosa hujus musculi. Vide Fig. II. *u.*
s. Adductoris longi truncati pars sursum reflexa.
t. Adductor brevis: *u.* Adductor magnus.

FIG. II.

Bursae mucosae in superiori parte femoris, ab anteriori.

a. b. c. d. e. Ut in Fig. I.
f. Gluteus minimus reclinatus.
g. - - - - medius reclinatus.
h. - - - - maximus reclinatus.
i. Iliacus internus.
k. Psoas major.

l. m. Pectineus discissus: *l.* pars superior sursum reclinata: *m.* pars inferior deorsum reflexa.

n. Adductor longus rescissus et reclinatus.

o. Gracilis rescissus et reclinatus.

p. Adductor brevis: *q.* magnus.

r. Obturator externus.

s. Vastus externus.

t. Bursa mucosa Psoae magni et Iliaci interni, Fig. I. *p. p.*

u. Bursa mucosa Pectinei, Fig. I. *r.*

v. Bursa mucosa Glutei minimi, Fig. I. *g.*

w. Bursa Glutei medii mucosa, Fig. I. *i. i.*

x. Glutei maximi bursa mucosa, Fig. I. *l.*

FIG. III.

Bursa mucosa Psoae majoris et Iliaci interni.

a. Pars ossis iliûm.

b. c. Os pubis: *b.* ramus superior: *c.* ramus inferior.

d. e. f. Os ischii: *d.* ramus adscendens: *e.* descendens: *f.* spina.

g. h. i. Os femoris: *g.* corpus: *h.* trochanter minor: *i.* major.

k. k. Membrana capsularis femoris.

l. Tendo Iliaci interni truncatus et reclinatus.

m. Bursa mucosa Psoae magni et Iliaci interni.

FIG. IV.

Bursae mucosae musculorum in parte superiori femoris, a posteriori.

a. Crista ossis iliûm.

b. Os sacrum.

c. Femur.

d. Gluteus medius.

e. Musculus Pyriformis.

f. g. Gemini: *f.* superior: *g.* inferior.

h. Obturatoris interni tendo.

i. Quadratus femoris.

k. Adductor magnus.

l. l. Gluteus maximus reclinatus.

m. n. Caput commune, *m.* Bicipitis, *n.* Semitendinosi reflexum.
o. Semimembranosus truncatus et reflexus.
p. Ligamentum tuberoso-sacrum.
q. q. Bursa mucosa Glutei maximi.
r. Bursa mucosa, quae est sub Gemino superiori, et partim sub tendine Pyriformis.
s. Bursa mucosa, quae est sub tendine Obturatoris interni, et sub Gemino inferiori.
t. Bursa inter hos musculos et Gluteum maximum.
u. u. Bursae duae, saepe unica tantum, sub capite communi Bicipitis et Semitendinosi.
v. Bursa Semimembranosi.

FIG. V.

Bursae mucosae musculorum partis superioris femoris, a posteriori.

a. Os iliûm.
b. Portio ossis sacri.
c. Femur.
d. Ligamentum tuberoso-sacrum.
e. f. g. Glutei truncati et reflexi: *e.* minimus: *f.* medius: *g.* maximus.
h. Pyriformis.
i. k. Gemini: *i.* superior: *k.* inferior.
l. l. Obturator internus discissus et reclinatus.
m. Quadratus femoris.
n. Adductor magnus femoris.
o. p. Commune principium *o.* Capitis longi Bicipitis, et *p.* Semitendinosi sursum reflexum.
q. Semimembranosus truncatus et reclinatus.
r. Bursa mucosa Glutei minimi.
s. s. Bursae duae mucosae, interdum una, Glutei medii.
t. Cōmunis bursa mucosa Obturatoris interni et Geminorum.
u. Specillum, quod extremo hujus bursae immissum est.
v. v. Bursa mucosa communis principii Bicipitis et Semitendinosi. In hoc specimine duplex est.
w. Bursa mucosa Semimembranosi.

TABULA LXXXVIII.

FIGURA I.

EX CADAVERE.

Bursa musculi Quadrati femoris et bursa iliaca.

a. Os iliûm.
b. Crus pubis superius.
c. Ligamentum cartilagineum, quod pubis synchondrosim connectit.
d. Crus pubis descendens.
e. Tuber ischii.
f. Crus ischii a cotyloidea cavitate deorsum productum.
g. Femur: *h.* ejus caput: *i.* trochanter major: *k.* minor.
l. Musculus Iliacus internus.
m. Bursa *iliaca,* inter tendinem musculi iliaci interioris et trochanterem minorem. Duplex interdum, uti *Jancke* et *Koch* observarunt.
n. Musculus Quadratus femoris.
o. Ejus bursa mucosa, quae inter musculum jacet et trochanterem minorem.

FIG. II.

Ex Tabulis Anatomicis LODERI.

Bursae mucosae genu.

a. Os femoris.
b. Tibia.
c. Fibula.
d. Tendo musculi Recti femoris.
e. Pars Vasti interni: *f.* externi.
g. Principium Tibialis antici et Extensoris longi digitorum.
h. Sartorii extremum reflexum.

i. Gracilis tendo deorsum ductus.
k. Semitendinosi extremum inferius reclinatum.
l. Tubulus per quem Bursa mucosa communis sub tendinibus Sartorii, Gracilis et Semitendinosi inflata est.
m. Bursa mucosa genu superficialis, quae inter fibras tendineas musculorum anteriorum femoris et periosteum patellae occurrere solet.

FIG. III.

EX EODEM OPERE.

Bursae mucosae genu ab anteriori.

a. b. c. Ut in Fig. II.
d. Musculi Vasti interni portio.
e. Pars vasti externi.
f. f. Membrana tendinea patellam obtegens et anteriorem partem genu, reflexa.
g. Patella.
h. Tendo communis Extensorum cruris a patella abscissus et sursum reflexus.
i. i. Ligamentum patellae discissum et reflexum.
k. Bursa mucosa genu profunda.
l. Specillum quod per hiatum hujus bursae in cavum penetrat membranae capsularis genu.
m. Bursa mucosa ligamenti patellae, intra quam particula cernitur massae adiposo-glandulosae membranae capsularis genu.

FIG. IV.

EX EODEM OPERE.

Bursae mucosae genu, a latere.

a. Corpus ossis femoris.
b. Ejus condylus externus.
c. Cavitas condylorum anterior.
d. Patella.
e. Tibia: *f.* Fibula.

g. Vasti externi pars tendinea.
h. Tendo Extensorum cruris per membranam bursae mucosae translucens.
i. Vastus internus.
k. Ligamentum patellae.
l. l. Membrana capsularis genu discissa et reflexa.
m. Periosteum femoris reflexum.
n. n. Bursa mucosa genu profunda (Fig. III. *k*.)
o. Bursa mucosa ligamenti patellae (Fig. III. *m*.)
p. Massa adiposo - glandulosa genu.
q. Particula massae *p*. prominens in bursam ligamenti patellae.
r. Cartilago lunata externa.

FIG. V

Ex eodem Opere.

Bursae mucosae poplitis.

a. Ossis femoris condylus internus.
b. Tibia: *c*. Fibula.
d. Biceps femoris truncatus et reclinatus.
e. Popliteus sursum reflexus.
f. Gastrocnemii interni principium reflexum.
g. Semimembranosi extremum reflexum.
h. Sartorii tendo reclinatus.
i. Tendo Gracilis: *k*. Semitendinosi, ambo reclinati.
l. Bursa mucosa Poplitei.
m. Specillum per hiatum hujus bursae cavum membranae capsularis genu penetrans.
n. Bursa mucosa Gastrocnemii interni, septo imperfecto quodammodo in duas partes divisa.
o. Stylus per hiatum hujus bursae in cavum membranae capsularis genu sursum penetrans.
p. Bursa mucosa Semimembranosi quae cum bursa *n*. communicare solet.
q. q. Bursa mucosa communis Sartorii et Gracilis ac Semitendinosi.

TABULA LXXXIX.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Bursa mucosa Bicipitis cruris.

a. Corpus femoris.
b. Condylus ejus externus cartilaginea lamella crustatus.
c. Tibiae facies exterior.
d. Fibula.
e. Cartilago semilunaris externa.
f. Ligamentum genu laterale externum.
g. Ligamentum, quo caput fibulae cum tibia anterius connectitur.
h. Tendo Bicipitis cruris.
i. i. Bursa mucosa, quae sub tendine sita est musculi Bicipitis, et persaepe ligamentum *f.* complectitur, quandoque autem jacet inter tendinem Bicipitis et ligamentum.

FIG. II.

Ex Tabulis Anatomicis Loderi.

Bursae mucosae in dorso tarsi et pedis.

a. Tendo musculi Extensoris longi digitorum pedis.
b. b. Bursa mucosa vaginalis hujus tendinis.
c. Extensoris longi pollicis tendo.
d. d. Bursa mucosa vaginalis tendinis *c.*
e. Tibialis antici tendo.
f. Ejus bursa mucosa vaginalis.
g. Bursa mucosa inter pollicem et secundum digitum pedis.

h. Bursa mucosa inter digitum secundum ac tertium pedis.
i. - - - - - - - - inter tertium et quartum pedis digitum.
k. - - - - - - - - inter quartum et quintum digitum pedis.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Cruris et pedis pars cum bursis mucosis ab exteriori.

a. Fibula: *b.* Tibia.
c.d.e.f.g. Ossa metatarsi.
h. h. Peroneus longus.
i. i. Peroneus brevis.
k. k. Flexor longus digitorum pedis.
l. l. Tibialis posticus.
m. Flexor longus pollicis pedis truncatus et reclinatus.
n. Tendo Achillis truncatus et reflexus.
o. o. Bursa mucosa vaginalis communis Peronei longi et brevis.
p. Septum quod tendines Peroneorum a se invicem distinguit, ita ut quodlibet eorum sua peculiari bursa obvolvatur.
q. Bursa mucosa vaginalis Flexoris longi digitorum pedis.
r. Bursa mucosa vaginalis Tibialis postici.
s. - - - - - - - - - - - - - Flexoris longi pollicis pedis.
t. t. Bursa mucosa tendinis Achillis.
u. Massa adiposa, quae in cavo adparet hujus bursae.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Bursae mucosae plantae pedis.

a. Tibialis postici tendo.
b. Tendo Flexoris longi digitorum pedis.
c. Flexor longus pollicis pedis.

d. d. Tendo Peronei longi.
e. Abductor digiti minimi pedis discissus.
f. Bursa mucosa vaginalis Tibialis postici.
g. g. Vaginalis bursa mucosa Flexoris longi digitorum pedis.
h. h. Bursa mucosa vaginalis Flexoris longi pollicis pedis (Fig. III. *s.*)
i. i. Bursa mucosa vaginalis plantaris Peronei longi.
k. k. Bursa mucosa vaginalis in planta pedis Flexorum pollicis.
l. l. Bursa mucosa vaginalis Flexorum digiti secundi pedis.
m. m. - - - - - - - - - - - - - - tertii pedis.
n. n. - - - - - - - - - - - - - - quarti pedis.
o. o. - - - - - - - - - - - - - - quinti pedis.
p. q. r. s. Bursae mucosae inter pollicem et digitum secundum pedis; inter secundum et tertium; inter tertium et quartum; inter quartum et quintum.

F I N I S

Sectionis primae Partis secundae.

ICONUM
ANATOMICARUM
EXPLICATIO

PARTIS SECUNDAE

SECTIO ALTERA.

VENETIIS

MDCCCV.

L E C T O R I

S.

Iconibus editis, quae humani corporis ossa, ligamenta, musculos, bursas denique tendinum mucosas ostendunt, eo pervenimus ut si ab iis, quae in Operis hujus Programmate de Tabularum in ordinem distributione dicta sunt, ne transversum quidem unguem discedere vellemus, vasorum nervorumque Icones nunc essent evulgandae. Consilium tamen, neque absque ratione, commutavimus. Cum enim in vasorum sive decursu probe intelligendo, sive nomine memoriae mandando necesse primum sit uniuscujusque visceris collocationem et formam cognoscere et considerare; id proinde requiri videtur ut fabricae viscerum notionem aliquam ille sibi comparet, qui in vasorum distributione prosequenda velit erudiri. Et quomodo sane si de coeliaca arteria forte dicendum esset, ejusdem minores rami enumerari eorumque propagines ab imperitis mente comprehendi possent, qui aut hepatis situm ignorant, aut lienis cum ventriculo connexionem? Accedit quod Tabularum nitori consulendum fuit, atque imaginum perspicuitati; quae duo obtineri profecto non potuissent, si Tabulae quae ad Angiologiam spectant vel ad Neurologiam minima quaelibet continerent filamenta in visceribus disseminata, quemadmodum manca esset et imperfecta viscerum ipsorum doctrina, si in eorum Figuris vasa ac nervi desiderarentur.

Organa autem sensuum externorum diligenter efficta caeteris Splanchnologiae partibus praeponere existimavimus, utpote quae cum et fabricae praestantia et officii nobilitate sese plurimum commendent, et nil habeant quo cum caeteris visceribus confundenda sint, Tyronum animos permovent quam maxime, atque ad Anatomicae artis studium alliciunt, disponunt, invitant. Seorsim quoque ipsamet organa Anatomici nonnulli contemplati sunt, quorum tamen studiis parcius uteremur, si quae cl. Soemmerringus *sibi jamdiu proposuit, ad finem per-*

duxisset. Organa etenim istiusmodi tam eximio praestare supremi Auctoris artificio cum probe intellexisset, nullis pepercit laboribus, ut pari, si fieri posset, elegantia ea nobis ante oculos poneret, quam nemo quidem nostro judicio est hactenus consecutus. Utinam vero pulcherrimis oculorum Iconibus eas quoque addidisset ipse quas pollicitus est! At ne tanta nos diligentia videremur deterriti, experiri voluimus, qua per nos (a) datum fuit, quid efficere aut quo progredi possemus; propterea que et gustus organum naturali non fucato nitore depictum exhibere, et aurium, cutis nasique Tabulas novis quibusdam aut accuratius delineatis Figuris locupletare curavimus.

Nec minor quidem in exprimendis nonnullis visceribus industria fuit, tum maxime in iis Tabulis perficiendis, quae ad eorum syntaxim pertinent multiplici adspectu consideratam. Tam difficilis est optimi perfectio et absolutio! Diversa siquidem in cadaveribus hepatis et lienis tum figura cum magnitudo, inconstans ventriculi amplitudo et positus, inusitatus intestinorum anfractus, praeternaturalis partium color, varia hominum aetas, statura, morbi in causa fuerunt, cur in unius hepatis forma recte determinanda duodecim cadaveribus opus fuerit, ne naturalem partium conformationem inquirentes deformitatem aliquam pravitatemque imitaremur. At omnia de novo cudere temporis angustia aliaeque causae impedimento fuerunt; et utinam non fuissent! Etsi enim in humano corpore describendo summa anatomicorum ingenia plurimo cum labore consumpta esse intelligamus, non ea tamen arte partes ipsius omnes delineatae fuerunt, ut earum simulacra in unum locum absque criminis nota compelli possint et congregari.

Neque haec ideo dicta esse volumus, ut his picturis cogitari nequeant pulchriora: satis est enim nobis in Anatomicis hisce Tabulis omnia ad naturae speciem limatius esse repraesentata quam ab aliis factum fuerit, et inter electas clarissimorum Virorum Iconas aliquid nos quoque novi protulisse.

(a) *Notum est ex Programmate Tabulas et Figuras quascumque, quae* ex cadavere *depromptae sunt; a cl.* Floriano Caldani *praeparatas fuisse. Ipso autem duce eas summa diligentia delineavit* Cajetanus Bosa *in hac arte peritissimus* (Typographus).

ORGANA
SENSUUM EXTERNORUM

TABULA XC.

TACTUS.

FIGURA I.

EX CADAVERE.

Manus sinistra adolescentis duodecim annorum e qua ope ferventis aquae epidermis detracta fuit.

a. a. Dorsum manus epidermide spoliatum, et in eo rugae ac pili.

b. Epidermis dissecta et revoluta.

c. c. c. Partes quae epidermide adhuc conteguntur crispata tamen et in bullulas elevata aquae ferventis actione.

d. d. Medius digitus denudatus, in quo levis est cutis superficies.

e. e. e. e. e. Papillae sub unguibus in lineas dispositae.

FIG. II.

EX CADAVERE.

Pars integumentorum mammae mulieris xx. annorum.

Interna cutis superficies hîc exhibetur, in qua foveolae minimae conspiciuntur elegantissimae, cuti insculptae, quibus adiposae membranae globuli quodammodo infiguntur.

FIG. III.

Ex Albini *Academ. Annotat. Lib. VI.*

Cuticula cum reticulo genae hominis adulti, ea parte expressa, qua ad cutem adhaeserat.

Pendent ex ea radices pilorum pene innumerabiles, pleraeque parvae, intersertis majoribus. Protractae ex poris cutis.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Portio cutis capitis hominis adulti, continens partem frontis proximaeque partis capillatae. Detracta cuticula et reticulum, unaque cum iis pili evulsi.

a. a. Pars capillata, in qua pori majores, in quibus capilli infixi fuerant.

b. b. Pars ad frontem pertinens, in qua pori minores, e quibus pili subtiles evulsi.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Portio cutis genae hominis adulti, unde dependet detracta cuticula cum reticulo.

a. a. Cutis in qua pori.

b. b. Cuticula a cute illa detracta: ex qua cuticula pendent radices pilorum e poris cutis protractae.

c. c. Radices eaedem hîc partim ad cuticulam adhaerent, partim inhaerent poris cutis non nisi ex parte protractae.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Auris humana, detracta cuticula et reticulo.

Cutis plena pororum parvorum innumerabilium.
a. b. Pori majores in concha et antitrago.
c. Cicatrix variolae.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Nasus hominis cum labio superiore, detracta cuticula cum reticulo.

Cutis plena pororum innumerabilium, quibus interserti majores.
A. A. Pori in latere nasi dextero.
b. Majores intus in foramine nasi.
c. Rubra pars labii veluti villosa.

FIG. VIII.

Ex W. Hunter in Medical Observations, and Inquiries. Vol. II.

Portio cutis e planta pedis depromptae, vitro aucta, atque ita disposita ut filamenta innumera conspici possent, seu vasa, quae a cute transeunt ad reticulum mucosum. Oblique praeparatio collocata est.

A. Cutis deorsum flexa. Externa ejus superficies convexa est.
B. Reticulum mucosum et epidermis. Hae membranae, solito crassiores, sursum reflexae sunt. Interior reticuli superficies lineis nonnullis spiralibus notata est.

C. Filamenta tennissima, quae a cute ad reticulum et epidermidem transeunt, et in angulo reflexionis harum membranarum distincte conspiciuntur.

D. Cuticulae superficies exterior.

FIG. IX.

Ex eodem Opere.

Idem preparatum sed a fronte conspectum.

FIG. X.

Ex Albini Dissertatione de sede et causa color. Aethiop. et caeteror. hominum.

Pars epidermidis foeminae aethiopis una cum adhaerente reticulo; detracta de calce et parte pedis illa, quae supra calcem est. Ex interiore parte exhibita, quâ reticulum est.

a. a. Crassitudo sectae epidermidis.

b. b. Pars quae calcem vestiebat, ubi reticulum longe minus coloratum.

c. Hac parte epidermidis vestiebatur pars pedis quae mox supra calcem est, eaque pars longe tenuior est, et habet *d.* reticulum coloratius.

FIG. XI.

Ex eadem Dissertatione.

Pars cutis mammae ejusdem foeminae, una cum epidermide et reticulo.

A. Cutis nuda, qua parte reticulum *D.* ipsi adhaerebat.

B. Reticulum, cuti extrinsecus adhaerens; nudum et liberatum ab epidermide *C.* quae ipsi extrinsecus adhaerebat.

C. Epidermis detracta, dependens, eaque parte expressa, qua reticulo *B.* a quo separata est adhaerebat.

D. Reticulum solum, detractum de cute *A.* dependens, et separatum ab epidermide. Ex interiore parte exhibitum.

e. e. e. Albae pilorum radices e cute protractae; pilis reticulo adhuc inhaerentibus.

FIG. XII.

Ex ALBINI *Academ. Annotat. Lib. VI.*

A. Cutis imae calcis hominis adulti, detracta cuticula cum reticulo.

Plena papillarum est, filorum speciem habentium. Magnitudine differunt; etenim circa mediam calcem fere majores *a.*: mediam plantam versus minores *b.*: juxta latera etiam minores *c. c.* Omnes impletae, liquore in arterias pulso.

B. Una ex papillis mododictis, eaque major, aucta per conspicillum magnitudine. Constat e filis, aliis juxta alia per latitudinem positis; quibus in summo extremis mucronibus coeuntibus coangustatur. Per unumquodque filum vas impletum ducitur ad mucronem usque.

FIG. XIII.

Ex ejusdem Academ. Annotat. Lib. I.

A. Frustulum cuticulae cum reticulo de brachio humano detractum, ex interiore parte, qua reticulum est vera magnitudine exhibitum.

a. a. a. Eminentiae, quae incisuris cutis respondent in exteriore parte cutis, et quae eminentiae incisuris inseruntur ejusdem cutis.

B. Idem frustulum, aucta conspicillo magnitudine.

a. Foveolae reticuli in quibus continentur papillae cutis.

b.b.; b.c.; b.c.; b.c. Eminentiae, de quibus supra dictum est cum de frustulo *A.* loquuti sumus. In iis reticuli foveolae maximam partem nullae aut imperfectae. Perfectiores paucae.

C. Una ex foveolis reticuli, cujus multo magis aucta magnitudo.

FIG. XIV.

Ex ejusdem Operis Lib. III.

Extremus penis humanus, a quo cuticula detracta cum reticulo. Impletis corporibus nervosis intentus.

a. Glans papillarum plena.

b. In corona glandis majores. Eminent e cute glandis, continuata cuti praeputii.

c. Reticulum cum cuticula de glande detractum et inversum.

FIG. XV.

Ex eodem Opere.

Pars mammae virgunculae, detracta cuticula cum reticulo. Plena papillarum, inter quas incisurae cutis. In capitulo eminentiolae majores.

FIG. XVI.

Ex eodem Opere.

Cuticula de mamma mulieris cum reticulo detracta.

a. a. Cuticula.

b. Pars ejus papillam vestiens: in qua ostia canalium lactiferorum.

c. Reticulum, inversa cuticula apparens.

FIG. XVII.

Ex Cadavere.

A. Digitus annularis manus sinistrae hominis adulti.

B. Idem digitus vitrea lente auctus: *a.* centrum circulorum, in quos papillae digitorum dispositae sunt: *b.* quâ lineae papillarum separantur ab invicem; papillae autem grandiores sunt: *c.* Cutis plicae in articulo ossis secundi ordinis cum proximo osse tertii.

C. Digitus idem cuticula et reticulo denudatus et a latere visus. Papillae in strias distributae sunt, et in apice digiti floccosam speciem exhibent. Detractus est etiam unguis, ut longitudinales striae apparerent parallelo ordine sub ungue dispositae (vide Tab. XCI. Fig. X. tum VII. VIII. IX.).

FIG. XVIII.

Ex Jo. Gottl. Haase Annotat. Anatom. de vasis cutis etc.

Portio cutis faciei et labiorum oris, e quibus cum epidermis detracta sit, villi seu fasciculi vasorum absorbentium in oculos incurrunt, microscopio conspecti.

TABULA XCI.

TACTUS.

FIGURA I.

Ex Frider. *Ruischii Thesaur. Anatom. IX.*

Exhibet portionem cutis plantae pedis humani, cujus vasa sanguinea adeo sunt locupletata, ut ne cuspide quidem acus, sine laesione vasorum pungi possit; id autem a sculptore hic satis repraesentari non potuit.

a a. Cutis.
b. b. b. Vasa, praesertim arteriosa, quorum reptatus plane diversus ab iis, quae Lienem, Renes, Hepar, Placentam uterinam conficiunt.

FIG. II.

Ex Loderi *Tabulis Anatomicis.*

Arteriae cutis.

Sistit haec figura partem cutis sincipitis pueri annorum circiter trium, cujus vasa arteriosa felicissime repleta sunt. Majores rami rescissi sunt a truncis suis, dum cutis detraheretur; minores innumeris anastomosibus sibi invicem junguntur: omnes serpentino ductu decurrunt.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Venae cutis.

Pars cutis detracta a laterali parte cruris foeminae junioris paullo supra malleolum externum. Majores venae sub cute per adipem feruntur, minores ad ipsam cutem pertinent, multisque anastomosibus inter se confluunt. Differunt ab arteriis tum majori amplitudine, tum rectiori surculorum ductu, tum majoribus spatiis aut areis intercedentibus.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Portio cutis sincipitis foetus nonimestris, in qua arteria *a.* rubra, venae autem viridi materia repletae fuerunt. Inter has venas nonnullae *b. b.* ideo truncatae sunt quia per ossium connexiones (suturas appellant) decurrentes sanguinem in sinus traducebant durae meningis.

FIG. V.

Ex Jo. Gottl. Haase de vasis cutis etc.

Lymphatica vasa cutis.

Partem refert cellulosocutaneam sinistri femoris ex cadavere feminino infra ligamentum Poupartii collocatam cum glandulis nonnullis inguinalibus vasisque lymphaticis hydrargyro repletis.

A. A. Cutis a contextu celluloso subcutaneo caute separata et pudendum versus reclinata.

B. B. Contextus cellulosus subcutaneus, qualis sub cute apparet.

C. Glandula inguinalis transversim oblonga ligamento Poupartii assidens, e qua vasa lymphatica sub hoc ligamento juxta vasorum cruralium tractum in abdomen intrant.

D. Glandula inguinalis minor et exterior.

E. Alia glandula quae portione aliqua profundius latescit.

F. Alia inguinalis glandula oblonga, a qua cellulosa subcutanea remota est, ut nexus ejus cum lymphaticis vasis oculis offeratur.

a. Truncus vasis lymphatici semiprofundi inter cellulosum contextum et Fasciam latam femoris adscedens, insertus in glandulam *F.*

b. Similis truncus qui adscensurus a latere ramum paullo majorem immittit in glandulam *F.* et postea superius per contextum cellulosum cutim versus remotum in duos dividitur ramos, quorum interior glandulam *E.* sub contextu celluloso petit, exterior ad aliam glandulam adscendit contextu celluloso adhuc tectam.

c. Vas lymphaticum subcutaneum.

d. e. Vasa a trunco *c.* enata, quae sub cute versus *h.* iterum in unum vas conveniunt.

f. Alius subcutaneus ramus tres surculos lymphaticos cutis decussans, in ramum *e.* insertus.

g. g. g. Vascula lymphatica cutanea absorbentia mercurio conspicua reddita.

h. Locus ubi truncus *c.* e cute in contextum cellularem redit.

i. i. Continuatus truncus *h.* inter cutem et cellulosum textum adscendens.

l. Confluit cum vasis subcutaneis *k. o.*

m. Anastomosim init cum vase subcutaneo, quod adscendit a glandula *E.*

n. Insertio trunci in glandulam *C.*

FIG. VI.

Ex eodem Opere LODERI.

Inversum intestinum rectum aethiopis cum perinaeo.

a. a. Raphe sive sutura perinaei.
b. Perinaeum.
c. c. Hac parte anus est, per quem externa perinaei integumenta ad intestini recti superficiem internam transeunt. Rugae, quae ibi apparent transversae ab inversione recti intestini enatae sunt.
d. d. d. Rugae longitudinales intestini recti, inter quas majores lacunae mucosae.
e. e. Ostia glandularum simplicium seu cryptarum quibus rectum intestinum abundat. Solito majora apparent in hac praeparatione.

Elegantissime cernitur in praeparatione transitus reticuli a perinaeo ad anum et ad intestini recti principium, quem tamen calcographus caelo exprimere non potuit. Reticulum quippe in perinaeo intense nigrum est: quo per anum ad intestinum adscendit, eo reticuli niger color in fuscum seu brunneum transit, qui tandem versus longitudinales rugas disparet.

FIG. VII.

E X   C A D A V E R E.

Unguis ad pollicem spectans, ea facie repraesentatus quâ ipsimet digito adhaeret, cum cuticula.

a. a. a. Cuticula cum reticulo quae apicem et latera pollicis vestiebat.
b. b. Pars ipsiusmet cuticulae prope articulum primi ossis cum secundo.
c. Pars rugosa ad dorsum pertinens digiti.

d. Corpus unguis, in quo sulci conspiciuntur in longum dispositi parallelo ordine. In eo etiam latera sunt, quae notis peculiaribus distinguere minime necessarium existimavimus.

e. Radix unguis, inferius serrata.

FIG. VIII.

Ex Cadavere.

Unguis ad digitum medium pertinens una cum cuticula et reticulo, dein per longum dissectus, et a latere ita delineatus, ut crassities ejus et superficies illa tantum conspiceretur, quâ digito adhaerebat.

a. a. Cuticula cum reticulo in apice et latere digiti. In ea foveae apparent evidenter, quae papillis respondent.

b. Unguis corpus.

c. Apex unguis ipsius, qui more resecatur. Cum in eo tamen apice, cuticula ungui continua sit, id, quoad fieri potuit, icone demonstrandum curavi.

d. Cuticula, quae ad lunulam surgit unguis ipsius, dein facta plica descendit, et cum ipsomet ungue continuatur.

FIG. IX.

Ex Albini Dissertatione de sede et causa color. Aethiop.

Unguis detractus de pollice manus foeminae aethiopis, una cum epidermidis portione, cui circumcirca inhaeret et continuatus est. Ex interiore parte, qua cutim spectat.

a. Reticulum epidermidis.

b. c. Reticulum unguis: *b.* coloratius, qua unguem vestit: *c.* albicantius, qua radicem unguis.

FIG. X.

Ex ejusdem Academ. Annotat. Lib. II.

Pollex pedis hominis adulti, a quo unguis detractus et reflexus est.

a. b. c. Locus ubi unguis detractus.

a. a. Alba cutis macula, respondens albae unguis radici.

c. Fila per longitudinem jacentia, suisque extremis *b.* eo pertinentia, ubi ab extremo ungue cuticula recedit: *papillas* vocant.

d Sulcus cui lateralis unguis margo inhaesit.

e. Hîc subtus sulcus profundus est, cui radix unguis primis suis partibus inhaesit.

f. g. Unguis ex parte interiore: *f.* radix alba: *g.* reticulum unguis per longitudinem sulcatum; sulci vero respondent filis *c.* eaque continent.

h. Reticulum cuticulae.

m. Cuticula.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Hominis adulti digitus pedis minimus extremus, unde unguis Fig. XII. detractus fuit.

n. Papillae breves in loco quem unguis integit.

FIG. XII.

Ex eodem Opere.

Unguis digiti minimi pedis hominis adulti, cum illa cuticulae parte, cui inhaeret detractus de digito Fig. XI. exhibito, et ex interiore parte expressus.

o. Reticulum cuticulae.

r. Unguis, cui reticulum foveolis brevibusque sulcis praeditum. Respondent papillis Fig. XI. quas recipiunt.

FIG. XIII.

Ex Cadavere.

Segmentum cutis detractum a sincipite hominis adulti, et a latere visum, una cum crinibus a tela cellulosa subcutanea prodeuntibus.

a. a. Membrana aponeurotica, quae cranium sub cute vestit undequaque.

b. b. Cellulosa pinguis cuti subjecta, cui pilorum ipsorum radices inhaerent.

c. c. Cutis crassities, per quam fere ac per vaginulas pili decurrunt et exeunt.

FIG. XIV.

Ex Cadavere.

Portio cutis hominis adulti ab anteriori femoris parte separata.

Aquae ebullientis adminiculo cuticulam cum reticulo separavi. In cutis autem superficie sulci quidam minimi albicantes apparent ad retis modum dispositi, qui summa diligentia delineati fuerunt (vide Tab. XC. Fig. XIII.). Foramina insuper plura Icon exhibet per superficiem cutis disseminata, ex quibus tamquam ex vaginulis erumpunt pili. De Figurae hujus elegantia is tantum recte judicare poterit, qui eodem experimento instituto cutis ipsius habitum cum Icone comparabit.

FIG. XV.

Ex LUDWIG *Dissert. de humore cutem inungente.*

Segmentum integumentorum minimum binos pilos comprehendens, microscopio visum.

a. a. Pars pilorum extra cutem eminens.
b. b. Densioris cutis pars.
c. c. Pinguedo sub cute posita.
d. d. Vagina pili, seu tela cellulosa peculiaris circa pilum ducta.
e. e. Fibrae e pilis secedentes.

FIG. XVI.

Ex LEDERMULLER'*s Microscopische Gemüths-und Augen-Ergötzungen. Erst. Hundert.*

Pars pili ex supercilio evulsi, et microscopii solaris ope conspecti.

a. a. Pili corpus.
b. b. - - bulbus.
c. c. c. Radiculae quae bulbo inhaerent.
d. e. Canalis in pilo excavatus: cujus pars *d.* succo plena, pars autem *e.* vacua est.

FIG. XVII.

Ex CADAVERE.

Nasus hominis adulti, in quo, detracta epidermide cum reticulo folliculi sebacei in conspectum veniunt.

Ex unoquoque foraminulo seu poro cutis folliculus prominet, qui sebum secernit. Nulla arte accuratius repraesentari poterant.

FIG. XVIII.

Ex Cadavere.

Pars cutis e naso deprompta Fig. XVII. et ab interiori parte delineata.

Superficiem cutis interiorem repraesentat, quae subjectae cellulosae et cartilaginibus nasi respondet; ut sedes folliculorum, de quibus in Fig. XVII. dictum est, in oculos incurrat.

FIG. XIX.

Ex Ruischii Thesauro Anatom. X.

Portio epidermidis ex Aethiope.

a. a. Epidermis admodum crassa.
b. b. Papillarum agmen.

FIG. XX.

Ex Cadavere.

Pinguedinea membrana foetus nonimestris, quae granulis fit fere rotundis, minimis, aequalibus.

FIG. XXI.

Ex Cadavere.

Pinguedo hominis adulti, glebis constans majoribus, et inaequalis magnitudinis.

TABULA XCII.

V I S U S.

Ex S. T. Soemmerring Icon. ocul. humani.

F I G U R A I.

Sinistrum oculum bene formatum atque modice apertum hominis Europaei mediae aetatis a fronte exhibet.

a. b. c. Supercilium: *a.* extremitas supercilii nasalis, quam alii vocant caput supercilii: *b.* media pars supercilii, quae crassissima esse solet: *c.* extremitas supercilii temporalis, quae a nonnullis dicitur cauda.

†. *d.* *. Palpebra superior: †. pars palpebrae superioris minus mobilis, quam nictitantem seu nutantem vocaveris: *d.* *. pars palpebrae superioris maxime mobilis.

d. Palpebrae superioris plica, quae dum oculi rimam claudimus, disparet.

e. *. *r. m.* Apertura seu orificium palpebrarum.

*. Margo palpebrae superioris ciliis obsitus.

e. f. g. h. i. Canthus oculi internus seu major.

e. Caruncula lacrymalis.

f. Plicula lunaris membranae conjunctivae.

g. h. Lacus lacrymalis, seu fossa circa carunculam.

i. Locus, ubi ligamentum palpebrale, transverse super saccum lacrymalem expansum, pellucet.

k. l. Linea ad horizontem ducta, quae monstrat, quantum oculi canthus internus externo esse soleat inferior.

m. n. o. p. q. Palpebra inferior: *m. n.* Margo palpebrae inferioris: *m. n.* Internum hujus marginis labium: *n.* Externum ejus labium: *o.* Oscula glandularum sebacearum, quorum

series introrsum spectat: *p.* Cilia inferiora: *q.* Plica palpebrae inferioris.

r. Canthus oculi minor seu externus.

s.t.u.v.w. Iris per membranam corneam translucens: *s. t.* Dimidia pars iridis angustior seu nasalis: *v. w.* Latior seu temporalis pars iridis dimidia.

u. Pupilla iridis: *t. v.* circulus iridis minor seu interior: *s. w.* circulus iridis major seu exterior.

x. Vasa sanguifera in tunica sclerotica atque conjunctiva bulbi, quae per conjunctivam pellucent.

FIG. II.

Idem oculus masculus a latere seu ex adverso consideratus.

a. b. c. Supercilium, ut in Fig. I.

d. e. f. Palpebra superior: *d.* pars palpebrae superioris stabilior, seu minus mobilis: *f.* pars palpebrae superioris valde mobilis: *e.* plica palpebrae superioris, quae, dum orificium clauditur, disparet.

f. g. Crassities palpebrae superioris, vel latitudo marginis palpebrae ipsius.

h. g. Cilia superiora, quae, ut longitudo, directio atque flexio pilorum rite appareat, summa diligentia fuerunt delineata. Vides quantum eadem numero, longitudine, crassitie ac flexione externum canthum versus decrescant.

i. k. Tunica cornea: *i.* convexitas corneae: *k.* ambitus corneae.

l. Iris, quae oculum ex adverso et sub dio contemplantibus ope declinationis radiorum in humore aqueo, in conspectum venit. Ubi contra oculum a latere sub aqua intuemur, iridis nihil occurrit, sed cornea sola conspicitur.

m. n. p. q. Palpebra inferior: *m. n.* Margo palpebrae inferioris: *m.* labium internum hujus marginis: *n.* labium externum.

p. Cilia inferiora.

q. Plica palpebrae inferioris.
f. m. Angulus palpebrarum minor seu externus.
m. k. Vascula sanguifera tunicae scleroticae.

FIG. III.

Oculus sinister bene formatus e' foemina Europea viginti annorum, ut cum proximo oculo masculo Fig. I. comparari possit.

Universe si spectas, marium oculus globosi, crassiusculi aliquid habet; in foeminis oblongior, planior, tenerior, tenuior placidam mollitiem spirat.

Cutaneum superciliorum tuber in maribus crassius, magis prominens et angulosum est; ipsa supercilia latiora sunt, stipata magis, e pilis procerioribus conflata, hispidiora et asperiora; in foeminis tuber illud planius et teretioris formae est, supercilia arctiora, rariora, brevioribus pilis minus prosiliunt, sed cuti propius applicantur.

Supercilia a plica palpebrali (Fig I. †. Fig. II. *d.*) minus distant in sexu masculo quam in foemineo.

Plica ipsa (Fig. I. *d.* Fig. II. *e.*) in maribus major est, seu palpebra superior, cum sursum magis attracta sit, minor videtur apud mares, quam apud foeminas.

Hiatus inter palpebras, si quidem placide palpebra superior elevata est, in maribus diductior videtur, seu amplior atque teretior.

Uterque inter margines palpebrarum angulus manifesto major est.

Mares palpebrarum margines simplicius arcuatos habent; tortuosiores, quae figuram litterae s. repraesentant, foeminae.

Facies marginalis palpebrarum (Fig. II. *m. n.*) in maribus latior deprehenditur.

Cilia marium densiora, et si singula spectas, crassiora esse videntur.

Plica etiam palpebrae inferioris (Fig. I. et II. *q.*) major esse videtur.

Caeterum differentiae istiusmodi non in omnibus oculis insignes

sunt facileque occurrunt, sed, ut supra dixi, in exquisitis nonnisi marium ac foeminarum oculis, quales quatuor figurae primae exhibent.

Singulas hujus Figurae partes litteris signare superfluum fuisset, quippe in quam omnis Figurae primae explicatio quadret.

FIG. IV.

Idem oculus foemineus a latere visus.

Explicatio Figurae II. tota ad hanc potest referri.

FIG. V.

Oculus sinister Aethiopis maris triginta circiter annorum ad vivum depictus.

a. b c. Supercilium, e pilis brevibus, rectis, raris conflatum.

d. e. f. g. Palpebra superior farciminis instar tumida: *d* pars palpebrae stabilior, angusta: *e. f.* pars ejus valde mobilis, haud parum lata: *e.* tenuior ejus plica, quae ad angulum oculi internum usque porrigitur: *f.* plica altior, seu praecipua palpebrae superioris.

g. h. k. p. Apertura palpebrarum oblonga ad figuram litterae *s.* nonnihil accedens.

g. Margo palpebrae superioris.

h. Angulus internus seu major, qui ob palpebrarum crassitiem angustatus quasi apparet.

i. Caruncula, quae eamdem ob causam profundior, sive tamquam recondita latet.

*. Plicula lunata.

k.l.m.n.o. Palpebra inferior, ratione ad superiorem habita haud exiguae latitudinis.

k. l. Margo palpebrae inferioris: *k.* Labium internum inferioris hujus marginis: *l.* externum ejus labium rotundulum.

m. Glandularum sebacearum orificia, quae in vivo puncta alba referunt.

n. Cilia inferiora.

o. Plicae palpebrae inferioris.

p. Angulus externus seu minor aperturae palpebrarum, qui non multo minor interno esse videtur.

FIG. VI.

Idem oculus Aethiopis a latere, ita ut partes ejus ex adverso accuratissime expressae occurrant.

†. Pars frontis.

a. b. c. Supercilium, quod bulbum a luce vix multum tuetur.

e. h. Palpebra superior: *e.* pars ejus minus mobilis.

g. f. Pars ejus instabilis, quae hîc satis lata apparet.

e. Plica palpebrae superioris laevis.

f. Plica ejusdem palpebrae superioris major.

g. h. Margo tortuosus palpebrae superioris: *g.* Crassities ejusdem palpebrae.

i. Cilia superiora, quorum pili longe magis recurvati, quam in Europaeis sunt.

k. o. Palpebra inferior.

k. p. Margo palpebrae inferioris, qui tortuoso margini superiori respondet.

k. Internum hujus marginis labium.

l. Externum ejus labium longe rotundius quam in Europaeis.

n. Cilia inferiora, quae, sicuti superiora, multo magis incurvata apparent, quam apud Europaeos.

o. o. Plicae palpebrae inferioris.

p. Angulus minor seu externus aperturae palpebrarum.

*. Radix nasi. E latitudine hujus partis exigua manifesto elucet, quam proximos sibi et in eodem fere plano bulbos oculorum positos esse.

FIG. VII.

Oculus sinister puellae lucifugae undecim annorum, quae Moguntiae nata in vivis adhuc est, seu puellae, quae vocatur, Leucaethiopis.

Dissimilitudo quae oculum hunc tenerum, languidum, pallentem, atque lucifugum, et crassum illum, robore, nigrite et lucis patientia insignem Aethiopis oculum intercedit, tanta est, ut ulteriori explicatione haudquaquam indigeat.

FIG. VIII.

Ejusdem oculi lucifugi, ex adverso depicti, adspectus a latere.

Singularum partium hujus oculi ratio satis e Figurae primae explicatione patet, quippe tota ad hanc Figuram composita.

FIG. IX.

Oculus sinister foeminae vigintiquinque annorum, per placidum somnum matutinum delineatus.

Icon haec docet, palpebrarum canthum externum infra lineam hòrizontalem, in qua positus internus est, aliquot lineas descendere, a palpebra superiore sola, dum duabus lineis altior infra corneam demittitur, plus quam totam hujus superficiem obtegi: docet insuper, canthos oculorum, vel apertura clausa, variam suam formam retinere, ita quidem, ut internus teres, externus acutus sit; tum etiam in palpebra superiore expansa rete venarum cutanearum melius conspici. Tandem icon haec verum situm bulbi inter somnum exhibet.

a. b. c. Supercilium, ut in Fig. I.

o. d. e. f. Palpebra superior plane explicata.

e. f. Apertura palpebrarum prorsus clausa, cujus situs docet, palpebram superiorem non rectam sed obliquam delabi.

e. Aperturae palpebrarum extremitas teres, seu interna, quae tereti formae anguli majoris respondet.

f. Rimae extremitas acuta seu externa, acuto angulo minori respondens.

g. Cilia utriusque palpebrae.

h. i. Linea horizontalis, quae profundiorem situm extremitatis externae superioris palpebrae per somnum denotat.

k. l. Locus iridis, sive corneae, qui in figura umbris distincta elatior apparet, ut bulbi situs dignoscatur.

m. n. o. Venae cutaneae translucentes, quae cum venis congruunt Fig. XIV.

q. Plica palpebrae inferioris.

FIG. X.

Idem oculus per somnum a latere expressus.

Cornea in vita non solum lividae instar maculae perlucebat, sed etiam in hoc quidem oculo tenui et paullulum extante peculiari modo protuberabat.

a. Frontis pars.

b. Radix nasi.

c. Supercilium.

d. e. f. g. Palpebra superior plane explicata.

e. Immobilis pars palpebrae superioris.

k. Palpebrae superioris media pars, quae oculo aperto in plicam *e.* Figurae II. abit, sed clauso eodem super corneam expanditur, et, si modo bulbus, ut in nostro exemplo, aliquantulum prominet, corneae protuberantiam satis insignem prodit.

d. f. Margo palpebrae superioris.

g. Cilia utriusque palpebrae.

k. l. Situs corneae in oculo dormiente.

q. Plica palpebrae inferioris.

FIG. XI.

Musculus palpebras contrahens, seu sphincter palpebrarum lateris sinistri e viro adulto.

a. b. Apertura palpebrarum clausa: *a.* internus aperturae angulus: *b.* externus.

c. Ligamentum tendineum, quod palpebras in cantho interno jungit, et processui nasali maxillae superioris affigit.

d. Fasciculi fibrarum hujus musculi crassissimi, qui superne circa os frontis, statim supra os lacrymale, et nasali superioris maxillae processui adhaerent.

e. f. Fibrarum fasciculi, qui musculo corrugatori superciliorum et frontali immiscentur.

g. Teneriores fibrarum fasciculi, qui ad palpebram superiorem pertinent.

h. Fibrae paullo crassiores, qui infra ligamento palpebrarum et processui nasali maxillae superioris inseruntur.

i. Fibrae, quae nasum versus tendunt.

k. Fibrae tenues, quae ad palpebram inferiorem pertinent, cumque fibris palpebrae superioris circa angulum externum rimae oculorum sub angulis acutis contextae seu commixtae jacent.

l. m. Tenerrimae fibrae tempora versus positae.

m. n. Fibrae, quae genam versus feruntur.

o. o. Fibrae extimae, quae, separatae quasi seu dispersae, remotissimae jacent.

p. p. Stipatae fibrae, quae aperturam proximae circumdant, ab Albino musculi proprii, *ciliaris* nomine insignitae.

FIG. XII.

Palpebrarum nervi a latere dextro juvenis octodecim annorum tabe perempti.

a. *Nervus frontalis primi rami* a quinto pari nervorum cerebralium, qui vel per excisuram, vel per foramen superioris marginis orbitae ad faciem transit.

b. Internus ramus nervi hujus frontalis, qui in cute glabellae dissipatur.

c. Nervi hujus frontalis ramus medius, qui in musculum frontalem et cutem huic impositam diffunditur.

d. Nervi hujus frontalis exterior et crassissimus ramus, qui in musculo frontali et in frontis cute longe lateque disseminatur.

e. f. *Rami superciliares* nervi frontalis, qui

g. g. partim in musculum frontalem,

g. e. partim in cutem supercilii,

h. h. partim in palpebram superiorem disperguntur,

i. i. et tandem cum filamentis nervi facialis coeunt.

k. k. *Nervi palpebrales superiores.*

l. l. Surculi anastomotici, seu surculi qui ansas inter se nectunt.

m. m. Ramuli tenelli, qui ex ansis illis egressi marginem superioris palpebrae versus abeunt.

n. n. Ramuli, qui in cantho oculi interno dissipantur, et cum filamento nervi orbitalis inferioris uniuntur.

p. q. r. *Nervi palpebrales inferiores; p.* superior; *q.* medius; *r.* inferior. E nervo infraorbitali oriundi venam facialem circumeunt.

Superior ex his nervis palpebrae inferioris *p.* dividitur in

s. ramum, qui in sphinctere palpebrarum consumitur,

t. ramum, qui circa marginem palpebrae cum finitimis coit,

u. ramum, qui recurrit, et

v. v. partim cuti prospicit, partim cum filamentis nervi facialis conjungitur.

Medius horum nervorum palpebrae inferioris *q.* dividitur in

w. ramum, qui cum descendente ramo nervi palpebrae superioris combinatur,

z. ramum, qui palmae instar in sphincteres palpebrarum distribuitur,

y. ramum, qui partim in eodem musculo dispescitur, partim cum surculis nervi facialis jungitur.

Nervus *inferior* inferioris palpebrae *r.* finditur in

z. ramum, qui introrsum in sphincterem palpebrarum abit; in
α. ramum conjungentem; in
β. γ. ramum, qui et extimae illius musculi parti prospicit, et cum filamentis nervi facialis conjungitur.
δ. δ. Ex arcuatis filamentis conjunctis nascuntur surculi subtiliores, qui versus marginem palpebrae excurrunt.
ε. ε. Rami arteriae frontalis.
ζ. Ramuli arteriae temporalis.

FIG. XIII.

Accuratissima pictura arteriarum palpebralium viri mediae aetatis, a latere dextro, quae cinnabare subtilissimo modice sunt repletae. Delineatio ipsa talis est, quae partem iconis arteriarum facialium constituat.

Patet, palpebras arteriis largissime esse instructas, ut vel ad minima loca undequaque sanguis commodissime advehatur scilicet quatuor maxime regiones notandae sunt, unde vasa accedant, et quidem
a *superiori*, per arteriam temporalem *K.*
ab *inferiori*, per arteriam infraorbitalem z.
ab *interiori*, per arteriam ophthalmicam *C.*
ab *exteriori*, per arteriam temporalem et facialem transversam *F. G. H. I.*

A. Arteriae ophthalmicae ramus externus, seu profundus, qui ex orbita prodit.
B. Ejusdem arteriae ramus internus seu cutaneus.
C. Truncus arteriae ophthalmicae continuatus, qui, ut palpebris prospiciat, ex orbita egreditur, seu *trunculus palpebralis*.
Ex eo oritur
a. *Arteria superciliaris*, quae cum ramo arteriae nasalis e faciali oriundae, *arcum orbitalem* superiorem construit. Ex hoc arcu praeter surculos minores pro musculo ac cute, educuntur:
b. surculus ad diversas partes frontis,

c. surculus, qui partim in fronte diffunditur, partim surculis arteriae temporalis inosculatur,

d. surculus ad musculum frontalem,

e. f. g. h. surculi quatuor, qui surculis arteriae temporalis inosculantur,

i. surculus, qui surculo inosculatur arteriae temporalis.

k. Continuatio rami superciliaris, qui cum

l. l. *arteria media* palpebrae superioris jungitur.

m. E trunculo palpebrali ulterius porrecto *e.* exit

n. arteria palpebralis superior, quae mox in

o. ramum superiorem, et

p. ramum inferiorem finditur. Inferior hic ramus arcum palpebralem superiorem format, et per insignem surculum arteriae palpebrali inferiori circa

q. inosculatur, postquam surculo arteriae lacrymalis conjunctus fuerat,

r. porro ramum, qui cum arteria nasali anastomosin init,

s. et *arteriam palpebralem inferiorem,* quae pone ligamentum palpebrale palpebram inferiorem petit, *arcum palpebralem inferiorem q. s.* format; *t.* mediam arteriam pro inferiori palpebra edit, cumque surculo arteriae infraorbitalis ipsi adjuncto anastomosim init.

D. *Arteria nasalis,* quae a faciali originem trahit, et tres ramos insignes palpebris largitur; nempe

u. *ramum inferiorem,* qui ramis arteriae coronariae labiorum, transversalis faciei, et infraorbitalis inosculatur,

v. *ramum medium,* qui arteriae palpebrali ex ophthalmica oriundae inosculatur,

w. *ramum superiorem,* cujus alter surculus in fronte dispergitur, alter in *arteriam superciliarem* transit.

y. Quartus arteriae nasalis ramus supremus in cutem frontis excurrit.

E. Ramus arteriae coronariae labii superioris, qui ad palpebram inferiorem ascendit, cumque insigni surculo arteriae transversalis faciei anastomosi nectitur.

F. Ramus arteriae transversalis faciei, cujus surculi cum

surculis arteriae temporalis *G.* conflati ad arcum usque palpebralem inferiorem perveniunt.

z. Ramulus arteriae infraorbitalis, qui arteriae transversali faciei inosculatur.

G. H. I. Rami arteriae temporalis, qui usque ad palpebras porriguntur.

K. Truncus arteriae temporalis, qui partim per frontem, partim per supercilia, partim per palpebram superiorem diffunditur.

1. 2. 3. 4. Hoc loco quam distincte cernitur, arterias situi fibrarum muscularium sensim ita accomodari, ut subtiliores earum surculi eamdem prorsus directionem sequantur.

FIG. XIV.

Venae palpebrarum repletione artificiosa nonnihil dilatatae.

Palpebrarum venae, quae primis suis radicibus ex arteriis capillaribus ad certum gradum extenuatis nascuntur,

a. a. a. remotissimae apparent circa margines palpebrarum,

b. b. b. frequentissima anastomosi in rete coeunt, et in trunculos congregatae truncis committuntur, qui palpebras ambiunt, nempe

c. c. c. venae faciali,

d. d. venae supraorbitali,

e. e. venae temporali profundae.

Venae palpebrae superioris intrant

f. f. partim per anastomoses venas palpebrae inferioris,

g. g. partim venam facialem,

h. h. partim venam supraorbitalem,

i. i. i. partim venam temporalem profundam, partim, circa extremum fissurae palpebrarum finem, inosculando venas palpebrae inferioris subeunt.

Venae palpebrae inferioris confluunt in

l. l. trunculum anteriorem, minorem, breviorem, qui altius seu citius quam trunculus posterior in venam facialem transit, et in

m. m. trunculum posteriorem, majorem, longiorem, qui anteriore profundior seu serior venae faciali inseritur.
Radices utriusque hujus trunculi in retibus
k. b. b. crebra anastomosi junguntur et per breves ramulos maturius seu altius subinde, quam per hos trunculos, in venam facialem transeunt,
n. ramulus ejusmodi brevis,
o. o. duae venae frontales posteriores, quarum anterior surculum venae supraorbitalis suscipit.
p. Vena frontalis.
q. Vena dorsalis superior nasi.
r. Interna et superior ex anterioribus venis nasalibus.
s. Interna et inferior ex anterioribus venis nasalibus.
t. Vena magna, superior labii superioris.
u. Vena tendinis musculi temporalis.
v. Vena, quae cum vena transversali faciei anastomosin init.
w. Duo venarum trunculi, qui e musculo zygomatico majori proficiscuntur.
y. Vena, quae internae venae massetericae et transversali venae faciei inosculatur.
z. Tertius venarum ramulus e musculo zygomatico majori.

FIG. XV.

Palpebrae sinistri lateris latius diductae, e viro juvene. Praeter veram supercilii formosi delineationem, Figura haec ordines ciliorum, orificia glandularum sebacearum in marginibus palpebrarum, nexum utriusque palpebrae in canthis, aut marginis palpebrae superioris in inferioris marginem transitum quam accuratissime exprimit.

a. Supercilium.
b. Plicae palpebrae superioris paullulum inversae.
c. Lacunae seu foraminula cutis, quae post evulsa cilia palpebrae superioris remanent.
d. e. n. m. Lacus lacrymalis.
d. Punctum lacrymale superius.

e. Crus superius interni oculorum canthi.
f. Oscula glandularum sebacearum palpebrae superioris.
g. Loca, quibus palpebra superior in inferiorem transit circa externum oculi canthum.
h. Caruncula.
i. Plica semilunata membranae conjunctivae.
k. Plicae palpebrae inferioris.
l. Foraminula cutis, quae post evulsa cilia inferiora conspici possunt.
m. Punctum lacrymale inferius.
n. Inferius crus canthi interni oculorum.
o. Oscula glandularum sebacearum.

FIG. XVI.

Pilus longior et brevior superciliis evulsus, et quadruplo majori diametro propositus.

a. Uterque nodulo seu bulbo terete in cute abscondito oritur,
b. deinde extenuatur, et
c. cylindricus et serpentinus pergit, donec
d. in tenuem apicem desinat.

FIG. XVII.

Pilus longus ac brevis ciliorum, evulsus, magnitudine auctus.

a. Ambo e nodulo seu bulbo fusiformi per cutem egrediuntur; deinde
b. multum attenuantur, et lucidiorem colorem induunt, tum
c. sensim crassiores fiunt,
d. donec circa mediam longitudinem ad maximam crassitiem perveniant, postea
e. conici rursus gracilescunt, et tandem
f. apice tenui finiuntur.

FIG. XVIII.

Palpebrae separatae lateris dextri e viro adulto, a postica facie spectatae, cum glandula lacrymali, quae paullulum antrorsum reflexa, in anteriore apice membrana conjunctiva tegitur.

a. Pars musculi sphincteris palpebrarum a latere interno.
b. Rima palpebrarum.
c. Glandula lacrymalis ab inferiori latere, ut exigua ejus pars membrana conjunctiva tegatur.
d. Divisio glandulae lacrymalis in duos lobos principes.
e. Ductus excretorii glandulae lacrymalis.
f. Ostiola horum ductuum in membrana conjunctiva.
g. Membrana conjunctiva, quae internam palpebrarum superficiem obducit. Pars ea, quae laxiori seu plicato ambitu conspicitur, ejusdem lacinia est a bulbo separata.
h. Glandulae sebaceae palpebrae superioris, quae membranam conjunctivam translucent.
i. Punctum lacrymale superius, idest ostiolum ductus lacrymalis superioris.
k. Glandulae sebaceae palpebrae inferioris, quae membranam conjunctivam translucent.
l. Punctum lacrymale inferius, hoc est ostiolum ductus lacrymalis inferioris.
m. Caruncula.
n. Plica semilunaris, quae cum membrana conjunctiva a bulbo separata reclinabatur.

FIG. XIX.

Eadem glandula lacrymalis tota seorsim depicta.

a. a. Ab inferiore parte spectata, cum ductibus excretoriis in Tabula lineari.

Quam inferiorem glandulae lacrymalis faciem ubi cum superiore (Fig. XXI.) comparamus, patet eam non

modo inaequalem esse, sed etiam in inferiorem, anteriorem, majorem et superiorem, posteriorem minoremque portionem esse divisam. Utraque facies abnormem ambitum glandulae monstrat, quae nec cum rhombo, nec cum spheroide possit conferri.

FIG. XX.

Eadem glandula lacrymalis ab antica seu angustiore parte visa.

Ex hac Icone crassitiem hujus glandulae metiri licet.

FIG. XXI.

Eadem glandula lacrymalis desuper visa.

Apparet, superficiem hanc satis laevem et planam esse. Caeterum, omnes hae Figurae fabricam hujus glandulae e pluribus particulis seu lobulis compositam exhibent.

FIG. XXII.

Interior facies membranae conjunctivae e viro adulto, quae maximam partem a palpebris sejuncta est, magnitudine bis aucta, ut holoserica ejus seu verrucosa fabrica, ubi laminas cartilagineas tegit, in conspectum veniat.

a. a. Membrana conjunctiva.
b. Apertura palpebrarum clausa.
c. Punctum lacrymale superius.
d. - - - - - - - - - - - inferius.
e. Caruncula.
f. Plica semilunaris membranae conjunctivae.
g. Ostia ductuum excretoriorum glandulae lacrymalis.
h. Ambitus fabricae verrucosae membranae conjunctivae.
k. (tum et prope angulum internum in palpebra superio-

re) Loca, in quibus verrucosa fabrica maxime insignis est.

FIG. XXIII.

Interna palpebrarum superficies e viro adulto, bis magnitudine aucta, ut fabrica glandularum sebacearum cognoscatur.

a. Sphincter palpebrarum e latere interno seu ossi obverso.
b. Apertura palpebrarum, per quam cilia palpebrae superioris cernuntur.
c. Musculus elevator palpebrae superioris.
f. f. Ostia ductuum excretoriorum glandulae lacrymalis.
g. Membrana conjunctiva.
h. Glandulae sebaceae superioris palpebrae, quae per conjunctivam translucent.
i. Reflexae laciniae conjunctivae, ut glandulae sebaceae nudae appareant.
k. Oscula harum glandularum.
l. Glandulae sebaceae inferioris palpebrae, conjunctiva plane denudatae, ut earum structura racemosa et e pluribus acinis conflata pateat.

FIG. XXIV.

Continuatio Figurae XV. qua legitimus glandulae lacrymalis situs indicatur, et vera forma ductuum lacrymalium oculis subjicitur.

a. b. c. d. Canaliculus lacrymalis superior et inferior, seu partes palpebrales ductus lacrymalis.
a. Ostiolum hujus canaliculi, quod ab ipso puncto lacrymali orditur.
b. Caeca ejus particula.
c. Continuatio canaliculi.
d. Exitus ejus in saccum lacrymalem.
e. f. g. Saccus lacrymalis.

e. Caeca pars sacci lacrymalis.
f. Media ejus pars.
g. Finis ejus.
h. i. Portio nasalis ductus lacrymalis.
i. Osculum inferius seu terminans ductus lacrymalis.

FIG. XXV.

Ductus lacrymalis sinister a latere cavi narium visus, ut de directione ejus, latitudine et osculo constat.

a. b. Portio palpebralis superior et inferior ductus lacrymalis.
c. d. Saccus lacrymalis.
e. f. Portio nasalis ductus lacrymalis.
f. Osculum portionis nasalis ductus lacrymalis integerrimum, ne specillo quidem tactum.

FIG. XXVI.

Ductus lacrymalis Figurae XXIV. cultro omnis apertus et dimidiatus, ut internum ejus spatium, crassities et glandulosa fabrica membranarum in conspectum veniat.

a. b. Particula palpebralis ductus lacrymalis.
c. d. Saccus lacrymalis.
d. Membranae internae duplicatura, seu plica, quae sacci lacrymalis finem intus constituit.
e. f. g. Pars nasalis ductus lacrymalis.
e. Initium partis nasalis.
f. Internae membranae duplicatura seu plica, interdum obvia.
g. Osculum terminans ductus lacrymalis.
h. Cryptae mucosae, quae ubique in ductu lacrymali ab osculo inde superiori *a.* ad inferius *g.* post felicem subtilissimorum vasorum repletionem optime possunt conspici.

TABULA XCIII.

VISUS.

Ex S. T. Soemmerring Icon. oculi humani.

FIGURA I.

Orbitarum cranii turcici delineatio. Orbita sinistra ita collocata est, ut media ipsa possit introspici.

a. b. Musculus *corrugator superciliorum.*

a. Tres ejus portiones, brevibus tendinibus instructae, quae ossi frontis adhaerent, et punctum fixum musculi constituunt.

b. Extremitas ejus mobilis, quae fibris sphincteris palpebrarum et musculi frontalis intermixta tuberculo supercilii affigitur.

c. d. e. f. g. h. i. Os frontale.

Limites ossis frontalis: *c.* ad os nasi, *d.* ad maxillam superiorem, *e. e.* ad os lacrymale, *f.* ad ethmoideum, *g.* ad alam minorem ossis basilaris, *h.* ad alam majorem ossis basilaris, et *i.* ad os zygomaticum.

c. d. e. Pars frontalis ossis frontis.

e. g. h. Ejusdem pars orbitalis.

h. Sedes glandulae lacrymalis.

k. l. i. Os basilare.

h. k. Ala ejus major.

g. w. l. Ala minor ossis basilaris.

m. Os palatinum.

n. Os ethmoideum.

p. q. Os lacrymale.

p. Pars postica ossis lacrymalis.

q. Pars ejus antica.

r. s. s. t. t. Maxilla superior: *r.* processus nasalis maxillae superioris: *s. s.* superficies ejus facialis: *t. t.* superficies orbitalis maxillae superioris.

u. u. v. Os zygomaticum: *u. u.* superficies facialis ossis zygomatici: *v.* superficies ejus orbitalis.

w. Canalis nervi optici.

l. Fissura orbitae superior.

l. k. Fissura orbitae inferior.

x. y. Canalis infraorbitalis: *x.* semipatulum hujus canalis initium: *y.* orificium ejus anticum.

e. q. Excavatio seu sulcus pro sacco lacrymali.

z. Satis alta vasorum vestigia.

e. l. z. Internus orbitae paries, qui brevior hîc; in Figura autem IV. *o. s. z.* totus in conspectum venit.

e. l. h. Superior orbitae paries, qui brevior hîc; in Figura autem III. *e. p. z.* totus conspicitur.

h. l. k. Externus orbitae paries, qui hîc brevior, in Fig. V. *n. g. d.* totus conspicitur.

z. l. k. Inferior orbitae paries, qui contractus hîc, in Fig. autem II. *V. X. *. n. x. u.* totus patet.

1. - 6. Orbita dextra.

1. 2. 3. 4. Baseos ambitus, qui in quatuor margines dividitur, *1. 2.* in superiorem, *3. 4.* inferiorem, *1. 3.* externum, et *2. 4.* internum. Hi in quatuor angulos coeunt, unde *1.* angulus temporalis, *2.* frontalis, *3.* zygomaticus, et *4.* lacrymalis nascuntur.

5. Fissura orbitae superior.

6. 6. Fissura orbitae inferior. De quatuor parietibus, quos orbita sinistra in brevius contractos offert, in hoc cranii situ tres tantummodo, iique nonnisi ex parte conspiciuntur, nempe superior *1. 2. 5.*, externus *1. 3. 5. 6.* et inferior paries *3. 6. 6. 4.*

7. Excisura marginis superioris pro nervo frontali.

8. - 12. Cavitas narium.

8. 8. 8. Os vomeris quod ad septum narium pertinet.

9. Limites ossis dextri nasalis ad maxillam superiorem.

10. 11. Concha inferior dextra, pone quam canalis lacrymalis aperitur.

12. Concha media dextra, quae ad os ethmoideum pertinet.

FIG. II.

Pars anterior inferioris segmenti cranii turcici masculini ad horizontem discissi.

Sectio quidem ita facta est, ut orbita dextra et sinistra in duas partes satis aequales, superiorem et inferiorem, divideretur. Inferiorem partem haec Figura repraesentat, proxima superiorem. Ne Figura linearis litteris nimium obrueretur, et omnia confunderentur, sinistrae tantum ejus parti addita signa fuerunt.

A. ad *Z.* Os basilare.

E. F. G. A. Q. R. W. Terminus ossis basilaris circa os temporum.

Y. Ejusdem terminus circa os jugale.

Y. Z. Terminus ejusdem circa maxillam superiorem, per fissuram orbitalem inferiorem.

X. U. Terminus ejusdem circa os palati per fissuram orbitalem inferiorem.

U. M. N. M. Ejusdem terminus circa os ethmoideum.

D. G. E. F. Pars occipitalis ossis basilaris.

B. A. C. Pars ejus basilaris.

P. Q. R. W. Y. X. V. Pars ejus alaris (pterygoidea).

R. W. Y. U. Ala magna seu media.

A. Vestigium sinus pyramidalis inferioris.

B. Pars foraminis pro medulla spinali.

C. Sinuositas pro nodo cerebri, et suprema parte medullae spinalis.

D. Ostium internum foraminis seu canalis pro nervo linguali, opertum.

E. Canalis, orificium et sulcus pro vena, ab externis capitis partibus in sinum transversum magnum cerebri abeunte. Orificium in Tabula umbris distincta paullo profundius deprehenditur.

F. Vestigium sinus magni transversi.

G. Angulus extans, quo foramen pro trunco venarum cerebralium et pro nervis glossopharyngeo, vago et accessorio in sinistro hoc latere bifariam dirimitur, cum idem in dextro simplex occurrat.

H. I. K. L. M. Sella sphaenoidalis ossis basilaris.

H. I. Apophysis clinoides: *I.* Processus clinoidei posteriores. His duo processus minores inferiores teguntur.

K. Foveolae sellae pro hypophysi cerebri.

L. Sellae tuberculum serra divisum, in quo locus decussationis nervorum opticorum.

M. N. M. Sinus mucosus in sellae substantia: *N.* lamina ossea, quae sinum illum mucosum in duos loculos inaequales *M. M.* dividit.

P. Excisura et vestigium pro carotide interna, serpentino ductu ad cerebrum adscendente.

Q. Apicula seu discus quidam eminens, cujus loco peculiare nonnumquam ossiculum separatum deprehenditur.

R. Foramen spinosum pro media arteria membranae durae cerebri.

S Foramen ovale pro ramo tertio nervi quinti cerebri.

T. Foramen rotundum pro secundo ramo nervi quinti cerebri.

U. Orificium hujus canalis anterius.

V. Pars fissurae superioris orbitae.

*V. *.* Fissura orbitae inferior.

W. Foramen inconstans pro transitu arteriae.

X. Y. Paries orbitalis alae magnae ossis basilaris.

V. Z. Dissecta substantia alae magnae ossis basilaris.

TZ. Os bregmatis, cujus, quae a serra remansit, exigua pars in latere nonnisi dextro patet. Scilicet dextrum bregmatis os minus sinistro antrorsum porrigitur.

a. - n. Os temporum.

E. G. Terminus ossis temporum ad partem occipitalem ossis basilaris.

A. d. Terminus ejus ad basilarem partem ossis basilaris.

A. Q. Ad sellam ossis basilaris.

i. R. a. Ad alam magnam ejusdem ossis basilaris.

l. b. Terminus ejus ad processum zygomaticum ossis jugalis.

a. a. c. k. Pars squamosa ossis temporum: *a. a.* ejusdem partis dissecta substantia, in cujus amplissimis locis cellulae medullares conspiciuntur.

b. b. Processus zygomaticus ossis temporis ad os jugale.

c. c. Impressiones pro gyris baseos ancephali.

d. e. f. g. h. i. k. Pyramis ossis temporum: *d.* posterior ejus facies: *e. f. g. h.* facies anterior: *e. f. g.* Angulus superior, seu dorsum pyramidis hîc in cristam assurgens. Crista haec circa *f.* ostiolum tegit pro nervo faciali et acustico; circa *g.* foramine pertusa est: *e.* vestigium sinus pyramidalis superioris: *h.* sinuositas pro trunco nervi cerebralis quinti: *i.* orificium anterius canalis carotici: *k.* fissura pro transitu filamenti nervei, quod nervum facialem cum quinto cerebri connectit.

l. - p. Os jugale.

l. p. Terminus ossis jugalis ad os temporum.

Y. p. Ejus terminus ad alam supremam ossis basilaris.

Y. n. Terminus ejus ad maxillam superiorem.

l. l. Processus zygomaticus ossis jugalis.

m. Dissecta ejus substantia.

n. p. Facies ejus orbitalis: *p.* foramina, seu canalium ostia pro transitu vasorum sanguineorum atque nervorum.

q. - t. Maxilla superior.

*w. q. *.* Limites maxillae superioris ad alam magnam ossis basilaris, per fissuram orbitalem inferiorem: *w.* limites ejus ad os palatinum.

3. 4. 12. 4. Limites ejusdem maxillae ad os ethmoideum.

s. t. x. Ad os lacrymale.

y. n. Ad os jugale.

*w. q. *. n. x. 4. 12. 4.* Facies orbitalis maxillae superioris.

q. Initium canalis infraorbitalis semiapertum, quod quasi introrsum, os lacrymale versus, finditur.

r. s. t. Processus ejus nasalis: *s.* substantia processus nasalis, serra divisa: *t.* sulcus ejus ad formandum canalem sacci lacrymalis.

u. v. w. Ossis palatini facies, ad internum orbitae parietem per-

tinens: *u.* limites ejus ad sellam ossis basilaris, *v.* ad os ethmoideum, *w.* ad maxillam superiorem.

x. ad *z.* Os lacrymale.

t. z. z. x. Terminus ossis lacrymalis ad maxillam superiorem.

3. 3. Terminus ejus ad os ethmoideum.

z. 1. y. Substantia ejus dissecta, quae cum angusta valde sit, angularem lineam *z. 1. 2. y.* interpositam refert.

2. x. Dorsum acutum, quod medium os lacrymale dividit, et per interpositam lineam curvam *2.* et *x.* signatur.

x. Hamulus, quo dorsum ossis lacrymalis acutum cum maxilla superiore conseritur.

y. Pars superior latior, sive facies ossis lacrymalis, quae ad internum orbitae parietem pertinet.

z. Pars anterior contractior, seu superficies ossis lacrymalis, quae ad excipiendum saccum lacrymalem pertinet.

1. Interna ejus superficies, quae ad cavum narium spectat.

2. Orificium canalis sacci lacrymalis.

3. - 12. Os ethmoideum: *3. 3.* limites ejus ad lacrymale: *4. 4.* ad maxillam superiorem: *5. v.* ad os palati: *6. 6.* ad sellam ossis basilaris: *7.* ad ossa nasi.

8. 8. Pars cribri dextra et sinistra, ossis ethmoidei residua.

7. 9. Media ossis ethmoidei pars, qua septi narium summa pars formatur.

10. 11. Partes laterales, seu Labyrinthus ossis ethmoidei, cujus cellulae partim apertae, partim clausae apparent.

10. 12. Pars canaliculi in osse ethmoideo, quae nervum nasalem primi rami quinti nervi suscipit.

13. 14. 15. Os nasale: *13.* dissecta ossis nasalis substantia: *7. 13.* fines ossis nasalis ad ethmoideum: *7. 14.* ad maxillam superiorem, seu margo externus ossis nasalis: *15.* finis ossis nasalis sinistri ad dextrum, seu margo internus ossis nasalis.

α. β. Linea recta, quae cranium in dextram et sinistram partem dividit.

γ. θ. ζ. Inferior orbitae dexterae pars, periosteo adhuc vestita.

γ. δ. Paries externus hujus orbitae.

ε. ζ. Internus paries orbitae hujus.

γ. ζ. Inferior margo ejusdem orbitae.

η. η. Trunculi duo principes arteriarum, qui, arteriae infraorbitalis propagines, periorbitam rete vasculoso instruunt, cujus peculiarem formam tam sollicite depictam hîc habes, ut ne in tenuissimis ramulis neglectum quidquam sit.

Orbitas ubi conos fingis,

θ. ductis per ipsarum parietes lineis γ. δ. θ. et ζ. ε. θ. angulus γ. θ. ζ. coni orbitae dexterae $48 \frac{1}{2}$ gradus,

λ. angulus y. U. p. coni sinistrae orbitae 51. gradus efficiet.

μ. Linea λ. θ. axis coni dextrae, et linea U. ξ. axis sinistrae orbitae poni potest.

Axes coni orbitalis dextri λ. μ. et sinistri ξ. μ. retrorsum prolongati paullo dextrorsum coeunt, et angulum $43 \frac{1}{2}$ circiter graduum componunt.

π. Orificium canalis sacci lacrymalis desuper spectatum.

FIG. III.

Antica pars segmenti superioris cranii turcici masculini ad horizontem dimidiati. Segmentum inferius exhibet Figura II. ita ut orbitae, quae in eadem planitie positae sunt, in utraque Figura prorsus sibi respondeant.

a. Substantia partis squamosae dextri ossis temporum dissecta.

b. *f*. Ala minor dextra ossis basilaris.

b. *c*. Margo acutus posterior minoris hujus alae: *c*. apex ejus obtusus posterior.

d. Excisura pro carotide.

e. Anticum orificium canalis nervi optici.

f. Sutura, quae alam minorem et os frontis terminat.

g. *h*. Sella ossis basilaris.

h. *h*. Limites ad os ethmoideum.

i. *k*. *l*. *m*. Ala major dextra ossis basilaris.

i. *i*. Substantia hujus alae majoris, serra divisa, quae cellulas medullares habet.

k. k. Fissura orbitae superior, inter alam hanc majorem atque minorem ossis basilaris.

l. Sutura, quae majorem hanc alam ab osse frontis distinguit.

l. m. Majoris hujus alae superficies, quae ad externum orbitae parietem pertinet.

m. Sutura, qua ab osse zygomatico eadem dirimitur.

n. o. p. Os zygomaticum lateris dextri: *n.* substantia ossis zygomatici dissecta cum cellulis medullaribus: *o. p.* ossis ipsius facies, quae ad externum orbitae parietem pertinet.

m. n. Sutura, qua os zygomaticum ab ala majore ossis basilaris disterminatur.

m. p. Sutura, qua os zygomaticum a frontali disjungitur.

q. r. s. t. u. v. Os ethmoideum.

q. q. Lacunae ossis ethmoidei, quae a partibus *8. 8.* Fig. II. replentur.

h. h. Limites ossis ethmoidei ad sellam ossis basilaris.

r. Fines ejusdem ossis ad os lacrymale.

s. Ossis ethmoidei limites ad os nasale.

v. Directio duplicis canalis pro nervo nasali in segmento sinistro ossis ethmoidei (Duplex ostium hujus canalis vide in Fig. IV. *q. q.*).

u. Directio canalis pro nervo nasali primi rami quinti paris in segmento sinistro ossis ethmoidei.

w. Os lacrymale dextrum.

x. Processus nasalis maxillae superioris dextrae.

y. Os nasale dextrum.

f. tz. z. fs. Os frontale.

k. z. Pars orbitalis ossis frontis.

fs. Pars frontalis ossis frontis.

z. Excisura pro nervo et arteria frontali.

tz. Cartilago trochleae pro musculi oculorum obliqui superioris tendine, qui huic loco ossis frontis adhaeret. Fig. IV. *m.*

α. α. α. Orbita sinistra periosteo vestita.

β. Glandula lacrymalis, quae hîc sedet.

γ. Ligamentum inferius glandulae lacrymalis.

δ. Ligamentum lunatum trochleae musculi oculorum obliqui superioris.

ε. Trochlea pro tendine musculi obliqui superioris.

η. η. Tendo musculi obliqui superioris resectus, qui per trochleam ducitur.

θ. λ. Nervus opticus sinister: *θ.* pars nervi optici ante ejus ingressum in vaginam membranae durae cerebri: *λ.* pars ejusdem, quae canalem osseum transit, atque vagina membranae cerebri vestita est.

μ. Arteria carotis sinistra.

ν. Arteria ophthalmica, quae e carotide oritur, et canalem osseum intrat nervi optici.

ξ. Arteria ophthalmica, quae ex canali osseo in orbitam transit.

π. Rami ad glandulam lacrymalem.

ρ. Ramus ad periorbitam.

σ. Arteria frontalis, quae nervum frontalem comitatur.

τ. Arteria narina, quae in canalem *t.* abit.

φ. Arteria trochlearis inferior.

Figura minor huic figurae supposita, trochleam, quae e cartilagine et textu celluloso constat, incisam proponit.

FIG. IV.

Plena facies segmenti interni, maxime interni parietis orbitae sinistrae ex eodem cranio.

a. b. b. c. Superior orbitae paries serra divisus: *a.* pars frontalis ossis frontis, quae ad hunc parietem pertinet: *b. b.* pars ejusdem ossis orbitalis: *c.* ala minor ossis basilaris, quae ad hunc parietem pertinet.

d. e. e. f. g. h. Dissectus paries inferior orbitae.

d. Reliquiae ossis zygomatici, quae pertinent ad hunc parietem.

e. e. Facies orbitalis maxillae superioris.

f. Segmentum orbitale ossis palati.

g. Locus, ubi fissura orbitae superior ac inferior concurrunt (Fig. I. *l.*).

h. Ala minor ossis basilaris.

i. i. i. i. Dissecta superioris maxillae substantia, qua sinus maxillaris componitur.

k. Substantia dissecta partis sphenoideae ossis basilaris, cum cellulis suis medullaribus.

l. l. Facies interna seu cerebralis ossis frontis.

m. Inferior seu orbitalis facies ossis frontis. In ipsa literae hujus sede excavatio parva conspicitur ab insertione trochleae, pro musculo obliquo superiore.

n.o.p.q.r. Limites ossis frontis, *n.* ad os nasale sinistrum, *o.* ad maxillam superiorem, *p.* ad os lacrymale, *q. q.* ad os ethmoideum, et *r.* ad partem sphaenoideam ossis basilaris.

c.s.h.t.k.u. Os basilare.

c. h. s. Ala minor ossis basilaris: *s.* facies dimidia interna canalis nervi optici.

t. Sella sphaenoidalis ossis basilaris, pro hypophysi sinuata.

u. Lamina externa seu muscularis processus inferioris seu pterygoidei ossis basilaris.

*. Hamulus internae laminae, quem tendo ambit musculi Circumflexi palati.

v. n. Os nasale sinistrum: *n.* limites ejus ad frontale, et *v.* ad maxillam superiorem.

x. y. z. Os lacrymale: *x.* confinium ossis lacrymalis *p.* cum osse frontis, *w.* cum osse ethmoideo, et *x. z.* cum maxilla superiore.

x. y. Facies antica contractior ossis lacrymalis, quae cum processu nasali maxillae superioris sulcum format, cui saccus lacrymalis insidet: *y.* crista, quae utramque faciem disterminat: *z.* hamulus hujus cristae.

y. w. Facies postica latior ossis lacrymalis.

w. q. e. Ossis ethmoidei facies orbitalis.

q. r. Limites ossis ethmoidei ad os frontis, *e. r.* ad os palati, *e.* ad maxillam superiorem, *w.* ad os lacrymale.

q. q. Foramina orbitalia interna, quorum anterius et posterius hîc propinqua sibi sunt, dum alias longius distant.

α. Os zygomaticum.

ν.o.β.γ.η.ε.ι.δ. Maxilla superior.

Limites maxillae superioris *ν.* ad os nasale, *o.* ad os frontis, *β. z.* ad lacrymale, *α.* ad zygomaticum, *e.* ad ethmoideum, et *e. f.* ad os palati.

n. o. β. γ. Processus nasalis maxillae superioris, qui cum osse lacrymali

β. sulcum format pro sacco lacrymali.

γ. Vasorum sanguiferorum vestigia altiora.

δ. Processus ejus dentalis.

ε. Excavatio, qua incipit canalis infraorbitalis.

ζ. Canalis infraorbitalis.

η. Fissura canalis infraorbitalis, quae saccum lacrymalem versus tendit.

θ. Canaliculus pro nervo dentali superiore.

θ. λ. μ. ζ. Sinus maxillaris: *λ.* orificium sinus maxillaris in meatum medium cavi narium hians.

μ. Squama conchae, quae simul orificium componit.

ξ. Os palati, quod sua parte nasali idem orificium construit.

e.f.g.ξ.π.σ. Os palati: *e.f.g.* pars orbitalis ossis palati: *ξ.* pars ejus nasalis: *π.* processus ejus sphaenoideus: *σ. ε.* canalis palatinus pro transitu nervi palatini secundi rami quinti paris.

FIG. V.

Plena facies segmenti externi parietis externi orbitae sinistrae in eodem cranio.

a. b. b. c. Superior orbitae paries, serra dissectus: *a.* pars frontalis ossis frontis: *b. b.* pars orbitalis ejusdem ossis, quae ad hunc parietem pertinet: *c.* ala minor ossis basilaris, quae est in hoc pariete.

d.e.f.g.h. Paries orbitae inferior, serra divisus.

d. Os zygomaticum, quod ad hunc parietem pertinet.

e. e. Facies orbitalis maxillae superioris.

f. Reliquiae partis orbitalis ossis palatini.

g. Locus ubi fissura orbitae superior confluit cum inferiore.

h. Ala minor ossis basilaris, quae ad hunc parietem pertinet.

i. i. i. Dissecta maxillae superioris substantia, quae sinum maxillarem componit, cujus sinus externa pars dimidia hîc oculis subjicitur.

k. Substantia dissecta partis sphaenoideae ossis basilaris.

l. l. Facies interna ossis frontis: *m.* inferior ejusdem facies, seu orbitalis, quae pro glandula lacrymali leviter excavata est.

n. o. p. Limites ossis frontis: *n.* ad os zygomaticum, *o.* ad alam majorem ossis basilaris, *p.* ad alam ejusdem minorem.

p. c. s. h. q. Ala minor ossis basilaris: *q.* apex posterior obtusus alae hujus minoris (Fig. III. *c.*).

s. Externa pars canalis nervi optici.

g. r. t. u. Ala major ossis basilaris.

o. v. u. t. r. Limites alae hujus majoris ossis basilaris: *o.* ad os frontis, *v.* ad alam minorem per fissuram orbitae superiorem, *u t.* ad maxillam superiorem, *r.* ad os zygomaticum.

w. Superficies ejus ad canalem palatinum pertinens (Fig. IV. *σ.*).

x. Foramen ejus rotundum pro ramo secundo quinti paris nervorum cerebri.

e. e. i. i. i. Maxilla superior. *u. u. t. y. y.* Limites ejus, *u. u. t.* ad alam majorem ossis basilaris, tam per fissuram orbitae inferiorem (*u. u*), quam per suturam *t.*; *y.* ad os zygomaticum.

e. u e. Dissectus canalis infraorbitalis.

d. y. r. n. Os zygomaticum.

Limites ossis zygomatici, *n.* ad os frontis, *r.* ad alam majorem ossis basilaris, *y. y.* ad maxillam superiorem.

TABULA XCIV.

VISUS.

Ex S. T. Soemmerring Icon. oculi humani.

FIGURA I.

Musculi bulbi oculorum sinistri cum Levatore palpebrae superioris in situ, quem ad capsulam osseam, seu cavitatem, quam vocant infundibuliformem, a natura habent.

1. 2. 3. Ambitus orbitae sinistrae, qui ambitui ejus in Fig. II. Tab. XCIII. *u. p. r.* plane respondet.

1. 3. Internus orbitae paries: *1. 2.* externus.

3. 2. Margo inferior ambitus orbitae.

4. Trochlea cartilaginea pro tendine musculi obliqui superioris, quae tota in Tab. XCIII. Fig. III. conspicitur.

5. Bulbus oculi.

6. 7. Nervus opticus: *6.* pars sellae incumbens: *7.* pars orbitam intrans.

a. - e. *Levator palpebrae superioris: a.* extremitas tendinea, posterior, immobilis, quae membranae durae cerebri circa superiorem marginem foraminis optici adhaeret: *b.* connexio ejus cum musculo Recto superiore: *c. d.* caro ejus e plano teres, cujus fibrae *d. 5.* tempora versus flexae apparent: *e.* extremitas tendinea anterior, quae circa marginem palpebrae superioris evanescit.

f. g. Musculus *rectus superior,* cujus maxima pars Levatore tegitur palpebrae superioris: *f.* extremitas tendinea superior, quae cohaeret cum Levatore palpebrae supe-

rioris: *g.* ejus caro. Musculi hujus figuram vide in Fig. XI.

h. i. k. Musculus *rectus externus*: *h.* extremitas ejus tendinea posterior immobilis: *i.* ejus caro: *k.* extremitas tendinea anterior.

l. Extremitas anterior musculi *obliqui inferioris* bulbo inserta, quem omnem Figura III. exprimit.

m. Musculus *rectus inferior*, quem vide in Fig. III.

n. o. Musculus *rectus internus*: *n.* ejus caro: *o.* extremitas tendinea anterior, mobilis, per bulbum expansa.

p. s. Musculus *obliquus superior*: *p.* extremitas tendinea posterior immobilis, quae membranae cerebri adhaeret.

q. r. Fibrae ejus carneae, quae partim cum extremitate tendinea, partim cum pariete orbitae cohaerent.

s. s. Extremitas tendinea anterior, trochleam transiens, ut super bulbum expandatur.

FIG. II.

Antecedentis Figurae repetitio, ablato Levatore palpebrae superioris, et Recto superiore.

6. 7. 7. Nervus opticus, qui post hanc administrationem serpentinus plerumque apparet.

g. Pars reliqua reclinata musculi Recti superioris, qui amotus est.

h.i.k.l.m.n.o. Easdem, quas in praecedenti Figura partes, indicant.

p.q.r.s.t.u. Musculus oculi *Obliquus superior*, parte extremitatis suae tendineae posterioris privatus.

r. Fibrae ejus carneae, quae cum interno orbitae pariete cohaerent.

s. t. s. u. Extremitas ejus tendinea anterior mobilis, quae dispersis fibris in membrana sclerotica bulbi evanescit.

t. Bursa mucosa intra trochleam, quae extremitatem tendineam a frictione tuetur.

FIG. III.

Eadem Figura, demtis musculo obliquo superiore, nervo optico et bulbo oculi.

a. b. c. Musculus *Rectus internus*: *a.* extremitas ejus tendinea posterior, immobilis: *b.* ejusdem caro: *c.* extremitas tendinea anterior, mobilis, a bulbo sejuncta.

d. e. f. Musculus *Rectus inferior*: *d.* extremitas ejus tendinea posterior, immobilis: *e.* caro: *f.* extremitas tendinea anterior mobilis.

g. h. i. Musculus *Rectus externus*: *g.* extremitas ejus tendinea posterior, immobilis, quae ad transitum nervi fissa est: *h.* caro: *i.* extremitas ejus tendinca anterior mobilis a bulbo separata.

k. l. m. Musculus *Obliquus inferior*: *k.* extremitas tendinea immobilis, periostio maxillae superioris adhaerens: *l.* ejus caro, circa bulbum sursum reclinata: *m.* extremitas ejus carnea mobilis, a bulbo diremta.

FIG. IV.

Omnes nervorum trunci, qui ad oculum pertinent, e juvene octodecim annorum bene formato. Decursum autem in primis haec Figura exhibet nervi quarti, et primi rami quinti paris.

2. Nervus opticus, seu secundus cerebri nervus.

3. Nervus cerebri tertius seu oculi motorius. Hoc loco a nervis ita velatur, ut sola surculi pars pro

x. musculo Recto interno (prope *x.*) in conspectum veniat.

4. Quartus cerebri nervus. Prope nervum quintum, tertium, et opticum transgreditur, et filamento insigni *a.* rami primi quinti paris auctus in musculo obliquo superiori diffunditur *4.* Rarius nervus quartus filamento augetur a quinto.

5. Quintus cerebri nervus.

A. Finis cerebralis pars contractior, quae sinuositati cranii *h.* (Fig. II. Tab. XCIII.) respondet, et conica in

B. tuberculum plexiforme transit.

C. Primus ramus nervi hujus quinti, qui per fissuram superiorem hîc apertam *V.* (Fig. II. Tab. XCIII.) orbitam init.

D. Nervi quinti secundus ramus, qui foramen rotundum *G.* (Fig. II. Tab. XCIII. *T.*) intrat.

E. Nervi quinti tertius ramus, qui foramen ovale *F.F.* (Fig. II. Tab. XCIII. *S.*) ingreditur.

F. F. Foramen cranii ovale.

G. Foramen cranii rotundum, quod eumdem prorsus situm habet, quem Fig. II. Tab. XCIII. *T.*

Ramus primus quinti paris, praeter

a. filamentum, quo cum quarto cerebri nervo jungitur, in ganglium ophthalmicum dividitur, et in ramum nasalem, qui a ramis *a. b. e.* hîc obviis plane tectus in utraque sequenti figura demum oculis subjici poterat.

b. - i. Ramus frontalis: *b.* subtilis ejus ramus ita hîc finditur, ut surculus alter *c.* circa trochleam distribuatur; surculus *d.* molem augeat nervi infratrochlearis *tz.*

e. Proprius ramus frontalis, qui surculum internum et externum *f.g.* supra Levatorem palpebrae superioris porrigit, nullo ei filamento addito, et tandem surculis suis *h. h. i. i.* in fronte disseminatur.

k. Nervus lacrymalis. Filamenta ejus nunc multiplici modo disjuncta, nunc iterum unita apparent. Ipse in surculum praecipue internum *l.* et in externum *m.* finditur.

n. o. Surculus internus, filamentis aliquot externi susceptis, glandulam lacrymalem petit *p.* et inter glomerulos quibus constat, in surculos et filamenta dispescitur, quae partim recta partim copulata *q. r.* in sphincterem et cutem palpebrae superioris expanduntur *s. s.*

t. Surculus externus *m. t.* filamentis traditis *n. o.* interno surculo, glomerulis glandulae lacrymalis immiscetur

w. ut partim cum filamentis interni surculi, partim cum filamentis rami tertii quinti paris *v*. *y*. coeat, et filamenta sua *x*. in palpebra superiore dispergat.

y. Nervorum cutis genarum e tertio ramo quinti paris filamentum, quod per canalem ossis zygomatici orbitam introit.

z. Surculus narinus.

6. *6*. *6*. Nervus cerebri sextus. Tectus hîc a nervo quinto usque ad *D*. sub primo ejus ramo *6*. *6*. demum prodit, cui in ulteriori cursu arcte applicatur, ut cum eo per fissuram superiorem orbitam adeat.

FIG. V.

Figura haec praesertim distributionem nervi cerebri tertii, et naturam ganglii sic dicti ophthalmici offert.

A. *A*. Musculus Rectus superior ita inversus, ut partem inferioris superficiei videas.

B. *B*. Levator palpebrae superioris pariter ita versus ut inferior superficies cerni possit.

3. *a*. Tertius cerebri nervus. Jam ante ingressum in orbitam distingui potest

b. ramus minor et superior ab ipso secedens, qui filamentum assumit *u*. surculi nervi quinti gangliolo destinati, et in

d. surculum pro Levatore palpebrae superioris finditur.

e. Major ejus ramus inferior ab externo latere: dividitur hîc in internum surculum pro musculo Recto interno circa *a*. Fig. IV.

f. in surculum medium pro musculo Recto inferiore, et in

g. surculum inferiorem, qui finditur in brevem sed crassam propaginem *h*. pro ganglio ophthalmico, et in longam sed graciliorem pro musculo Obliquo inferiore *i*. *i*.

E ganglio ophthalmico duo fasciculi nervorum ciliarium prodeunt.

k. k. k. Fasciculus superior minor in tres ramulos dispertitur, qui proxime juxta nervum opticum serpentina via incedunt et in sex et plura fila inaequaliter crassa *l. l. l.* finduntur. Tria ex istis filis membranam scleroticam penetrare hîc vides.

Fasciculus inferior, major plerumque ex sex ramulis est conflâtus, quorum nonnisi duo *m. m.* hîc apparent.

5. Nervus cerebri quintus.

n. Primus ramus nervi hujus quinti. Quatuor dat surculos, nempe *o.* ramus nervo cerebri quarto adjunctus ramo respondet *a.* Fig. IV : *p.* ramus gracilis nervi frontalis, qui respondet *b.* Fig. V : *q.* ramus frontalis proprius qui respondet *c.* in Fig. V: *r.* nervus lacrymalis respondet *k.* Fig. V.

s. Quintus surculus nervi quinti paris seu ganglion ophthalmicum et ramus nasalis dispescitur in

t. surculum nasalem resectum, in

u. filum ramo nervi tertii adjunctum, quod prospicit musculo Recto superiori, et in

v. v. surculum pro ganglio ophthalmico, qui tenuem ejus et longam radicem constituit, crassam et brevem nervo tertio subministrante.

6. w. Sextus nervus cerebri.

FIG. VI.

Figura haec nervum repraesentat pro musculo Recto inferiori, surculum nasalem quinti nervi cerebri, et totum nervum sextum cerebralem. Quintus cerebri nervus reclinatus est.

A. Quintus cerebri nervus ita reclinatus, ut superficies ejus, quae cranio obversa esse solet, pateat.

B. Tuberculum plexiforme, seu ganglion nervi quinti cerebri.

C. Primus ejus ramus: *D.* ramus secundus: *E.* tertius.

F. Portio minor quinti nervi cerebri, quae postquam tuber-

culum transversum praeteriit, ad tertium ramum se confert.

G. Musculus oculi Obliquus superior resectus.

H. (Scilicet prope hanc litteram) Nervus opticus.

b.e.h.i.o.p.q r.s.u v. Easdem, quas in antecedente Figura quinta, partes denotant.

t. Surculus narinus, qui duos edit nervos ciliares longos *x.x.*, deinde musculum Obliquum superiorem *y.* subit, et in

z. surculum narinum, qui per peculiarem canaliculum cavitatem narium intrat (canaliculum vide Tab. XCIII. Fig. II. *12*), inque

tz. nervum infratrochlearem finditur.

α. Nervus cerebri sextus.

β. γ. δ. Filamenta subtilia plana sexti nervi cerebri, quae carotidem internam reti circumdant.

β. β. β. Tria hujus retis filamenta, quae a nervo sympathico veniunt.

γ. γ. Duo filamenta quae deorsum in membranis carotidis internae dissipantur.

δ. Filamentum unum, sursum in membranis internae carotidis diffusum.

η. θ. Quâ sextus cerebri nervus in musculo Recto externo penicilli instar divergit.

FIG. VII.

Distributio arteriae ophthalmicae sinistrae, prouti occurrit, ubi musculi cum bulbo, praeter Levatorem palpebrae superioris et musculum Rectum superiorem situ suo retinentur.

A.B.C.D. Orbita: *A.* paries internus: *B.* externus: *C. C.* inferior ejus margo: *D.* canalis nervi optici, nervo et tela cellulosa repletus.

E. Levator palpebrae superioris dissectus, et reclinatus.

F. G. Musculus oculi Rectus superior, cujus posterior pars *F.* dissecta et reclinata est: *G.* pars ejus anterior.

H. Musculus oculi Rectus internus.
K. - - - - - - - - - - - - externus.
L. Nervus opticus.
M. Bulbus oculi.
N. O. P. Carotis: *N.* pars carotidis in pyramide ossis temporum collocata: *N. O.* pars ejus in sinu celluloso: *P.* pars, quae proprie cerebralis est.
Q. Arteria ophthalmica ex hac carotide oriunda.
Q. R. Valde constans ejus curvatura statim post ortum: *R.* locus ubi ad latus externum nervum opticum subit.
Rami ejus principes sunt:
a. Arteria ciliaris prima longa.
b. Duae arteriae ciliares aliae.
c. Arteria glandulae lacrymalis. Haec in
d. ramum ciliarem dividitur, qui (quod sequens Figura distinctius monstrat) a latere interno hujus arteriae discedit,
e. in ramum muscularem, graciliorem pro musculo Recto externo, et in
f. ramum, qui infra bulbum abit, ut musculo Obliquo inferiori prospiciat.
ff. Ramus muscularis crassior, pro musculo Recto externo.
g. h. Divisio trunculi arteriae glandulae lacrymalis in ramum *h.* qui cum surculo arteriae maxillaris *x.* internae anastomosim init, et in
i. ramum, qui in glandula lacrymali et in palpebra superiore dispergitur.
k. Continuatio trunci arteriae ophthalmicae, qui transverse sub nervo optico prodit.
l. Ramus, qui in surculum pro musculo Obliquo superiore, et in ramum pro Levatore palpebrae superioris finditur.
o. p. Ramus ejusdem, qui in surculum pro musculo Recto superiore, et in
q. surculum ciliarem scinditur.
r. Ramus duplex pro musculo Recto inferiore.

Truncus arteriae ophthalmicae, dum serpentino modo flectitur, edit

s. Arteriam frontalem,

t. t. Arteriam pro musculo Recto interno,

u. Arteriam narinam anteriorem, seu arteriam ethmoideam anteriorem,

v. Arteriam trochlearem inferiorem.

x. Surculus arteriae temporalis profundae, ab interna maxillari oriundae.

FIG. VIII.

Continuatio praecedentis Figurae, ut post remotum bulbum oculi totam ramorum distributionem arteriae ophthalmicae uno adspectu perlustrare possis.

A. Paries internus orbitae sinistrae: *B.* externus.

C. C. Inferior ejus margo.

D. Canalis nervi optici, circa quem reliquiae Levatoris palpebrae superioris, et Recti superioris resectae et introrsum flexae.

E. Musculus Obliquus oculi superior qui cum tendine suo trochleam *F.* permeat.

G. Musculus Rectus oculi inferior.

H. - - - - - - - - - - - - internus.

K. - - - - - - - - - - - - externus.

L. L. Musculus obliquus oculi inferior.

a.b.c.d.e.f.ff.g h.i.k.o.r.s.t.u.v.x. Eosdem ramos indicant, quos in antecedente Figura. Supersunt notanda haec:

a. b. b. rami resecti.

c. Arteria lacrymalis paullo introrsum semota est, ut habitus rami *d.* et *e.* facilius oculos incurrat.

f. f. Ramus pro musculo Obliquo inferiore totus in conspectum venit.

f. 2. Continuatus ramus pro musculo Obliquo inferiore, palpebram inferiorem ingrediens.

k. Arteriae ophthalmicae truncus, cujus ramus *m.* abeuns ab *l.* ad musculum Obliquum superiorem.

n. Ramus ad musculum Rectum superiorem abscissus est *o.*

t. t. Ramus per musculum Rectum internum disseminatus, postquam paullo altius emotus est ramus *r.* multo melius potest distingui.

x. Rami hujus ab arteria maxillari interna *y.* ortus manifestior hîc est.

y. Truncus arteriae maxillaris internae.

z. Arteria infraorbitalis, constans arteriae hujus maxillaris internae surculus.

FIG. IX.

Anterior oculi sinistri pars cum quatuor musculis Rectis.

a. Cornea membrana.

b. Fragmentum membranae conjunctivae oculi, a bulbo solutum et passim reflexum.

c. Membrana oculi sclerotica et albuginea.

d. Particula tendinis musculi Obliqui superioris.

e. f. g. Musculus Rectus oculi internus: *e.* tendinea ejus extremitas posterior: *f.* caro ejus: *g.* tendinea extremitas anterior expansa, adhaerens membranae scleroticae.

h. i. k. Musculus Rectus oculi superior: *h.* extremitas posterior tendinea: *i.* caro: *k.* extremitas tendinea anterior.

l. m. n. Musculus Rectus oculi externus: *l.* extremitas posterior, fissa: *m.* caro: *n.* extremitas tendinea anterior, expansa in membrana sclerotica.

o. p. q Musculus Rectus oculi inferior: *o.* posterior ejus extremitas: *q.* anterior.

r. s. Duo arteriarum trunculi, qui tendinem perforant musculi Recti superioris.

t. u. Trunculi duo arteriosi qui tendinem Recti interni pervadunt, et circa internum latus corneae dissipantur.

v. w. Duo trunculi arteriosi qui per tendinem musculi Recti

inferioris migrant, quorum externus *w.* ut trunculum arteriosum *x.* ab inferiori parte compleat, et externo corneae lateri arterias suppeditet, adscendit versus latus ipsum externum.

x. Trunculus arteriosus ut plurimum simplex, qui tendinem permeat musculi Recti externi, et lateri corneae medio externo sanguinem advehit.

FIG. X.

Confluxus venarum ophthalmicarum supra bulbum, a látere dextrò.

A. B. C. C. Orbita dextra: *A.* internus paries: *B.* externus: *C.* margo anterior.

D. E. Bulbus oculi dexter: *E.* Cornea ejus.

F. Nervus opticus.

G. H. Levator palpebrae superioris discissus: *G.* antica ejus pars: *H.* postica.

Q. Musculus Rectus superior.

K. Musculus Obliquus superior.

L. Trochlea, quam transit tendo musculi Obliqui superioris.

M. N. Rectus externus discissus. *M.* Anterior ejus pars: *N.* posterior, sursum revoluta.

O. Rectus inferior.

P. Glandula lacrymalis, aliquantum dimota et ex parte demta.

a. *Vena ophthalmica facialis,* quae insigni

b. cum interna vena faciali copula *r. s.* nectitur, duplicem radicem exserit, *c.* externam, et *d.* internam, seu venam infraorbitalem propriam; deinde sursum introrsumque curvata in suo itinere sequentes ramos adsciscit:

e. ramum, qui e vena ciliari inferiore et externa, et e surculo ad posticum ramum venae ophthalmicae cerebralis accessorio *t.* constat:

f. ramum, quo truncum venae ophthalmicae faciali inosculatur.

g. Venam ciliarem anteriorem, quae surculos quoque colligit *h.* e musculo Recto externo, ramum *i. k.* qui surculos e musculo Recto inferiore congregat, et cum surculo *l.* in sinum cellulosum transgreditur.

m. Venam ciliarem externam.

n. n. Tum vena ophthalmica facialis cum suo trunco circa nervum opticum volvitur, et in vena ophthalmica cerebrali praecipua radice terminatur.

o. p. *Venae ophthalmicae cerebralis* maxima pars componitur e concursu venarum, de quibus dictum est; porro ex antica atque postica radice *q.* quam sequens Figura habet (Fig. XI. *a. b.*) et ex interna vena faciali.

q. r. s. Interna haec vena ophthalmica facialis e connexione venae frontalis *r.* et superciliaris *s.* conflatur.

Vena ophthalmica cerebralis in suo itinere quinque venas suscipit:

t. t. venam e musculo Recto superiore, et Levatore palpebrae,

u. u. venam ciliarem superiorem,

v. v. w. venam glandulae lacrymalis, quae partim surculos ex glandula *v.v.* partim surculos *w.* e Levatore palpebrae, partim per insignem ramum *x.* cum vena ciliari superiore unitur;

y. y. aliam venam e musculo Recto superiore,

*. *. venam ethmoideam posticam, quae profundior transverse sub optico nervo ab interno orbitae pariete venit:

z. z. *venam centralem* retinae, quae venas *. e vagina nervi optici et e pinguedine hîc congesta assumit, et in sinu celluloso finitur.

FIG. XI.

Conspectus venarum infra bulbum, seu concursus radicum venae ophthalmicae cerebralis in parte orbitae inferiore.

K. Tendo dissecti musculi Obliqui superioris.
M. Musculus Rectus externus.
O. Q. Rectus internus dissectus: *O.* pars ejus antica: *Q.* postica.
R. Obliquus inferior.
a. b. Sub bulbo apparet anterior *a.* et posterior *b.* radix venae ophthalmicae cerebralis.
In radice *anteriore a.* cum vena faciali interna sociata *c.* congregantur
d. ramuli e regione sacci lacrymalis,
e. ramuli e membrana conjunctiva et pinguedine,
f. f. f. ramuli e periosteo parietis inferioris orbitae,
g. g. vena ciliaris brevior et longior,
h. ramuli e musculo Recto inferiore,
i. varii rami anastomotici.
b. k. In radicem *posteriorem b.* cum ramo venae ophthalmicae facialis junctam coeunt
l. vena e ciliaribus inferioribus,
m. surculi e musculo Obliquo inferiore,
n. ramuli e pinguedine ac periosteo parietis inferioris orbitae;
p. deinde cum anteriore radice confluit in trunculum *p.* mox cum
q. interna vena faciali coeuntem, quae praeter surculos minores,
r. venam ethmoideam anteriorem susceperat.
s. Vena ciliaris inferior et externa, quae cum
t. surculo communicante rami postici venae ophthalmicae facialis, in ramum ejusdem coalescit, Fig. X. *e.*

TABULA XCV.

VISUS.

Ex S. T. Soemmerring Icon. oculi humani.

FIGURA I.

Dimidia pars anterior bulbi sinistri ad perpendiculum secti, cujus posteriorem partem Figura secunda refert.

a. Facies scleroticae dissecta.

b. Mucus nigricans tunicam inter scleroticam atque choroideam.

c. Tunica choroidea, quae cum incisione laxata sit, rugosa apparet et plicata.

d. Pigmentum nigrum intra choroidem atque retinam.

e. e. f. f. Tunica retina. Margo ejus *e. e.* non solum magis plicatus est margine choroidis sed et insigniter reflexus: *f. f.* limites anteriores seu margo extremus retinae.

f. g. h. Corpus ciliare choroideae per reliquias humoris vitrei translucens.

h. Medium spatium inter corpus ciliare et lentem, quod litterae *z. z.* in segmento Fig. III. designant.

i. k. l. Lens, capsula sua inclusa, per humorem vitreum pellucidum facile obvia.

i. k. Iris per lentem et humorem vitreum translucens. In latere externo *i. k.* latior est, quam in opposito interno.

l. Pupilla iridis.

FIG. II.

Dimidia pars posterior bulbi sinistri ad perpendiculum divisi, cujus anteriorem partem Figura prima offert.

a. b. c. d. Ut in Fig. I.

e. - k. Retina, cujus margo *e. f.* magis reflexus apparet, quam in Figura prima.

f.g.h.i.k.l. Interna retinae facies, quae per reliquum humorem vitreum pellucet.

l. Locus orbiculatus, albus, quo nervus opticus in bulbum inseritur.

g. h. i. Tres rami arteriae et venae centralis retinae, quae per nervum opticum in bulbum transit, sanguine repletae: *h. i.* duo ex his vasis sanguiferis, quae foramen centrale seu verum retinae centrum, coronae instar cingunt; *h.* surculus princeps superior hujus coronae: *i.* surculus princeps inferior.

k. Verum retinae centrum, in quo plures plicae confluunt, quae foramen centrale flavo limbo succintum velant.

FIG. III.

Dimidia pars inferior sinistri bulbi ad horizontem divisi. Ut distinctius signari nonnulla possint, superiorem partem Figurae linearis duplo majorem Auctor adjecit.

a.b.c.d.6. Tunica sclerotica bulbi: *a.* anterior pars, quae quasi ampliata in corneam transit: *b.* tenuissima pars, quae tendinibus musculorum Rectorum augetur: *c.* media ejus pars crassior: *d.* posterior crassissima, qua cum vagina nervi optici cohaeret: *6.* colliculus seu cribrum semirotundum scleroticae, per quod medulla nervi optici bulbum intrat, ut in retinam expandatur.

a. a. f. g. (in icone lente aucta) Cornea: *a. a.* transitus scleroticae in corneam. Lamellatam corneae fabricam in se-

ctione *f.* non male indicat Figura umbris distincta. *g.* Posterior seu concava corneae facies, quae cum anteriore iridis facie anteriorem, ut vocant, oculi cameram efficit.

i.k.z.m.l. Tunica choroidea, extra muco nigricante, intus nigro pigmento obducta. Externus circulus niger mucum nigricantem, et internus nigrum pigmentum denotat. Circulo utrique nigro interjectus circulus albus faciem discissae choroidis indicat.

i. k. Annulus gangliformis tunicae choroideae, quo scleroticae et corneae firmior adhaeret: *i.* anterior pars crassior hujus annuli: *k.* posterior pars tenuior, quae retrorsum in choroide sensim disparet.

i.k. m. s. (figurae majoris) Corona ciliaris tunicae choroideae. Pars *i. k.* ad lentem spectans pliculam dissectam proponit: *i. s.* antica hujus plicae extremitas latior: *k.* postica ejus extremitas subtiliter acuminata quae in choroidem abit.

o. p. q. r. Iris: *o. p.* externa iridis facies dissecta, quae (ut in Figura majori *5. 6.*) sextante major est, quam interna, quia annulus iridis latissimus hîc esse solet: *p. q.* Margo pupillae: *q. r.* interna facies iridis dissecta, sextam plerumque partem brevior externa.

s. Posterior iridis facies, spississimo pigmento nigro tecta.

t. t. Pars choroidis ut plurimum paullo pallidior aut lucidior.

u. v. n. Tunica bulbi retina: *v. u.* (Figurae majoris) facies dissecta retinae: *v. v.* Margo anterior seu limites retinae: *n.* interna facies, quae per humorem vitreum translucet.

x. y. Lens cum capsula sua media dissecta: *x.* facies lentis anterior, planior: *y.* posterior lentis superficies, magis convexa.

z. s. Distantia lentis a corona ciliari.

1. 2. 3. Nervus opticus dimidiatus: *1.* convexitas nervi optici: *2.* concavitas ejus in latere opposito: *3.* facies nervi optici dimidiati: *4. 5.* vagina nervi optici a dura cerebri membrana oriunda, quae e duplici lamina, tenuiore

externa *4.*, et interna crassiore *5.* conflata, in scleroticam *6.* transit.

7. Membrana choroidea nervi optici.

8. Vestigia vasorum centralium retinae, quae medium nervum opticum perforant.

Nervus opticus, circa *6.* dimidia fere parte gracilior, quam per totam reliquam longitudinem.

FIG. IV.

Praebet retinam seu membranam nerveam illaesam sinistri bulbi a postica facie contuendam. Ita retina collocata est, ut verum ejus centrum mediam Figuram incidat: ex quo retina aeque in icone ac in natura verissimum haemisphaerium refert.

a. Tunica retina vitreo corpori, ut vocant, laevis intensa.

b. Foramen centrale in centro retinae, limbo luteo circumdatum, qui limbus centrum versus obscurior, ambitum versus *c.* pallidior.

d. e. f. Locus, ubi nervus opticus resectus scleroticam perforat.

e. Medium hoc nigrum punctum orificia vasorum centralium transverse sectorum significat.

g. h. i. Tres rami principes vasorum centralium sanguine suo repleti: *h. i.* duo ex istis ramis, qui foramen centrale instar coronae circumdant: *h.* ramus coronalis superior: *i.* inferior. Inter *h.* et *i.* surculos aliquot ex hisce ramis foramen centrale versus excurrere vides.

FIG. V.

Adspectus retinae et corporis vitrei, in quo lens cum capsula residet, a fronte. Sistit marginem anteriorem, limites seu terminum retinae, spatium inter retinam et capsulam lentis, anticam lentis faciem, et foramen centrale retinae per humorem vitreum et lentem translucens.

a.b.; a.b.; a.b. Membrana retina: *b. b. b.* margo anticus seu limites retinae.

c. b.; c. b. Corona ciliaris circa lentem a tunica hyaloidea corporis vitrei formata.

c.e.e.c.d. Lens cum capsula corpori vitreo adhaerens.

d. Foramen centrale retinae per corpus vitreum et lentem translucens.

e. e. Vascula sanguifera retinae, quae vitreum corpus ac lentem perlucent.

FIG. VI.

Ex Descript. Anatom. oculi humani Jo. GOTTFR. ZINN.

Membranula coronae ciliaris, et canalis Petitianus flatu turgens.

a. Humor vitreus.

b. Lens crystallina.

c. Annulus serratus ex pigmento nigro conflatus, anteriori parti humoris vitrei et coronae ciliari instratus.

d. d. Bullulae, in quas membranula coronae ciliaris, flatu immisso, elevatur.

e. Vulnusculum, per quod flatus immissus fuit.

FIG. VII.

Externa facies retinae corpori vitreo adhaerentis.

a. a. b. Retina, seu tunica bulbi medullosa: *a. a.* margo ejus anticus, seu terminans.

b. Foramen centrale retinae, limbo luteo cinctum.

h. i. Duo rami principes vasorum retinae centralium, quae foramen centrale ad modum coronae circumdant: *h.* superior, *i.* inferior.

c. d. Nervus opticus vagina sua denudatus: *c.* pars gracillima nervi ante transitum ejus in retinam.

e. f. g. Corona ciliaris corporis vitrei, quae numquam retina obducta deprehenditur.

c. f. Distantia corporis ciliaris a lente.

g. Reliquiae pigmenti nigri.

k. l. Lens intra capsulam corpori vitreo adhaerens: *k.* pars lentis supra coronam ciliarem eminens: *l.* lentis pars, quae per coronam ciliarem translucet.

FIG. VIII.

Tunica choroidea bulbi sinistri cum vasis arte repletis, ab interno seu naribus obverso latere visa.

a. b. Nervus opticus: *b.* Gracilior ejus pars brevi ante mutationem in retinam.

c. d. e. f. Residua pars scleroticae.

g. - t. Membrana choroidea. *g. h. i. m.* Annulus gangliformis choroideae, qui anterius per sulcum *i.* satis acute ab iride disterminatur; posterius autem *k. p.* versus nervum opticum sensim evanescit.

m. Arteria ciliaris interna longa, cujus surculi in annulum gangliformem et iridem abeunt.

n. Vena ciliaris interna longa, cujus radiculae ab extremis arteriis iridis atque annuli oriuntur.

o. Nervus ciliaris internus longus, qui circa annulum in filamenta dispescitur.

p. p. Longiores ac breviores arteriae choroidis.

q. q. Nervi ciliares, quorum numerus, magnitudo tam absoluta quam relativa, situs, et distributio ad naturam accuratissime depicta sunt.

r. Trunculus venae vorticosae superioris.

s. Trunculus venae vorticosae inferioris.

t. Similis venae trunculus.

g. h. Margo, qui iridem a reliqua choroidea disterminat, et sulci instar depressus apparet.

FIG. IX.

Facies tunicae choroideae bulbi sinistri inferior. Venae sanguine turgent.

a. b. Nervus opticus: *b.* gracilior pars ejus ante ingressum in scleroticam.

c. d. e. f. Sclerotica tunica: *e. f.* facies dissecta scleroticae, ut crassities ejus notetur.

g. - p. Tunica choroidea: *g. h. k.* annulus gangliformis choroidis, qui, uti hîc luculenter apparet, magnam partem e nervis discurrentibus constat.

g. h. i. Iris: *g. h.* margo iridis, qui rectus fere hîc apparet.

m. Inferior venarum vortex.

n. p. Nervi ciliares: *n. n. n. n.* pars eorum, quae surculorum expers scleroticam et choroideam interjacet: *p. p.* pars eorum, quae antrorsum ramulos, surculos et filamenta in annulum gangliformem et per hunc in iridem transmittit.

FIG. X.

Anterior facies choroideae et iridis bulbi sinistri, quae numerum et habitum nervorum offert, qui in annulo gangliformi, et per hunc in iride distribuuntur.

a. b. c. Tunica choroidea: *b. c.* annulus gangliformis choroideae: *a.* internum ejus latus: *o.* latus superius: *i.* latus externum: *u.* inferius latus.

d. - g. Iris: *d. h.* margo, qui iridem a choroidea sejungit, paullulum depressus: *d. e.* annulus iridis major seu externus: *e. f.* annulus minor seu internus: *g.* pupilla.

n. n. Nervi ciliares, brevi ante annulum gangliformem in ramulos divisi. Qui annulus e nervis ciliaribus vasisque his intermixtis sanguiferis conflatur.

r. Arteria ciliaris externa longa.

s. Arteria ciliaris interna longa.

FIG. XI.

Facies posterior segmenti antici choroideae ad perpendiculum divisae e recente oculo sinistro virili.

a. Pupilla iridis.
b. c. d. e. Iris denso suo pigmento nigro obducta: *d. e.* latus ejus externum: *b. c.* internum.
f. g. Corpus ciliare e quinquaginta septem pliculis prominentibus et tumidulis conflatum: *f.* anterior plicularum extremitas supra marginem iridis porrecta: *g.* extremitas plicularum posterior.
g. h. Locus, quo choroidea circumcirca lucidior esse solet.

FIG. XII.

Antica facies anterioris segmenti choroideae, iridis et membranae pupillaris e foetu septimestri.

a. Arteria ciliaris externa longa.
i. Arteria ciliaris interna longa.
b. Iris.
e. (in centro Figurae prope *b.*) Membrana pupillaris cum vasis repletis.
d. e. f. g. Vide Fig. XXIV. *1. 2. 3. 4.*

FIG. XIII.

Segmentum anterius tunicae conjunctivae et corneae bulbi sinistri e foetu semestri bis diametro auctum. Vasa tenerrima cinnabare per quam feliciter sunt repleta.

a. i. o. u. Tunica conjunctiva: *a.* externum ejus latus: *i.* internum: *o.* superius: *u.* inferius.
e. Tunica cornea.

FIG. XIV. = XVIII.

Lens crystallina.

Fig. 14. Effigies lentis adversae ex oculo recens nati: tota rotundior apparet.

Fig. 15. Lens ex infante paene sexenni a latere visa. Diversitas ejus a praecedente figura satis patet: non enim crassitie sed longitudine lens increvit.

Fig. 16. Lentis a latere effigies e viro adulto integrae aetatis. Discrimen inter segmentum sphaericum anterius atque posterius e quibus lens constat, minus ac in praecedentibus lentibus apparet.

Fig. 17. Lens, in spiritu vini recondita, bifariam divisa. Talis lens opaca ad cepae modum lamellata apparet, tanquam ex incumbentibus sibi stratis, lamellis seu orbiculis esset conflata.

Fig. 18. Lens in spiritu vini opaca facta, cujus postica facies hîc proposita, in quatuor segmenta inaequalia, ac in plura alia minora dissiluit. In quolibet segmento tenuiores quatuor rimae seu fissurae possunt dignosci.

FIG. XIX.

Lens, quae in spiritu vini pelluciditatem amiserat, in octo segmenta disrupta, quae cauta maceratione in lamellas seu orbiculos discesserunt.

a. Tres unius segmenti lamellae, quarum ulteriorem divisionem tradit sequens Figura.

FIG. XX.

a. Tres segmenti lentis (Fig. XIX. *a.*) lamellae, quae continuata prudenti maceratione tandem in

p. p. p. Fibras, fibrillas sive fila circa liberos margines separari incipiunt.

FIG. XXI.

Segmentum tunicae choroideae e puella recens nata, a superficie interna seu cavitati bulbi obversa, idque viginti quinque partibus diametro auctum. Vasa hujus segmenti cinnabari puro penitus sunt repleta.

a. Vera segmenti hujus magnitudo.

b.c.d.e.f.g. Interna seu postica facies illius partis segmenti, quae ad iridem pertinet.

b. c. Pars marginis pupillae.

f. g. Pars marginis iridis ad corneam.

b. c. d. e. Pars annuli iridis minoris seu interni. Trunculi retis vasculosi oriuntur ex

h. h. trunculis majoris annuli profundioribus, translucentibus; crebris anastomosibus coeunt, atque per illos seu super illos obliqui plerique feruntur.

d. e. f. g. Pars majoris seu externi annuli iridis, cujus vasa radiata maximam partem versus annulum minorem decurrunt.

i. k. l. Tres arteriae majores e corona oriundae, quâ arteriae longae ciliares iridem circumdant.

m.n.o.p.q.r.s. Segmentum corporis ciliaris.

n. o. p. Tres integrae plicae.

m. q. Duo plicarum segmenta.

t. u. Margo plicae tumidulus seu liber, qui in humorem vitreum circa lentem demittitur.

v. w. Margo profundus, tenuior, plicam alligans, quo alia plica in vicinam aliam utrinque transit.

r. s. x. y. Striata choroideae pars, corpus ciliare et anticum retinae marginem interjacens.

x. y. z. 1. Choroideae pars, cui retina respondet.

x. y. Locus choroideae, cui margo anticus retinae respondet.

2. 3. 4. 5. Trunculi venarum vorticosarum, qui maximam partem reti subtilissimo obducti apparent ramulorum ex ipsismet orientium.

6. 7. 8. 9. Locus partis hujus choroideae, qui cum Fig. XXIII. ad adulti exemplum delineata comparari potest.

FIG. XXII.

Antica seu per corneam conspicua facies segmenti iridis, quod Fig. XXI. ab interna facie b. c. f. g. monstrat.

a. Speciminis ad hanc Figuram magnitudo vera.

b. c. Pars marginis pupillae.

f. g. Pars marginis iridis qui corneam spectat et ramo coronali cingitur arteriae longae ciliaris.

b. c. d. e. Pars annuli minoris seu interni iridis subtilibus suis vasis conspicua, quae transversa prius super crassiora procedunt.

d. e. f. g. Pars annuli majoris seu externi iridis.

i. k. l. Tres arteriae prae caeteris magnae, quae a ramo coronali *f. g.* arteriarum ciliarium longarum nascuntur et in iride disseminantur.

m. m. Minores arteriae inter majores illas *i. k. l.* oriundae.

n. n. Surculi majorum arteriarum qui in annulo minori disperguntur.

FIG. XXIII.

Particula internae faciei choroideae e viro adulto, diametro viginti quinque partibus majori. Vasa tenerrimo cinnabari penitus repleta fuerant.

Figura haec cum portione illa Figurae XXI. (*6. 7. 8. 9.*) commode conferri potest.

6. Trunculus primarius arteriae, qui
7. in ramum superiorem, et
8. in ramum inferiorem finditur, unde
9. surculi, quos intricatos supra dixi, sese inosculantes proficiscuntur.
a. Vera hujus particulae magnitudo.

FIG. XXIV.

Pars antica choroideae cum iride et membrana sic dicta pupillari ex oculo sinistro foetus septimestris, quater diametro aucta, vasis sanguiferis cinnabari impletis.

A. Vera hujus segmenti magnitudo.
a. b. Choroidea propria bulbi.
c. c. Annulus gangliformis choroideae.
c. d. Iris. Per spatia vasorum pigmentum nigrum translucet, quo tegitur facies postica.
d. e. Membrana pupillaris, cujus arteriae ex arteriis iridis oriuntur, et venae transeunt in venas iridis.
f. Arteria ciliaris longa interna.
g. Arteria ciliaris longa externa.
1.2.3.4.5. Quinque vortices venosi in choroidea.

FIG. XXV.

Facies sphaerica postica lentis, capsula sua inclusae e foetu septimestri, cujus vasa sanguifera cinnabari optime erant repleta, quadrupla diametro aucta.

A. Vera magnitudo lentis.
b. Trunculus arteriae centralis retinae, qui per medium humorem vitreum ad capsulam usque lentis porrigitur, ubi ramulos stellatos seu radiatos quaquaversum dimittit.

FIG. XXVI.

Interna facies concava retinae oculi sinistri, arteriis cinnabari feliciter repletis, ex infante, duplo major proposita.

a. Locus ubi foramen centrale retinae limbo luteo cinctum est, hîc rugis seu plicis absconditum.
b. b. Plicae retinae, quae foramen centrale abscondunt.
c. Ingressus arteriae centralis in retinam.
c. d. Duo rami principes arteriae centralis, qui ad modum coronae foramen centrale circumdant.
e. e. Locus, qui in Fig. XXVII. viginti quinque partibus auctus conspicitur.

FIG. XXVII.

Particula retinae oculi, arteriis cinnabari repletis, ex infante, quae respondet in Figura XXVI. portioni e. e., viginti quinque partibus aucta.

a. Vera magnitudo hujus segmenti.
Luculenter cernitur discrimen a reliquis vasorum retibus in hac Tabula delineatis.

TABULA XCVI.

AUDITUS.

FIGURA I.

Auricula sinistra ex viro bene valente, annorum xxx. circiter.

a. a. a. *Helix: b.* ejus finis anterior latus, planior, ex eminentia concham *m. m.* bipartiente: *c.* finis posterior in lingulam sive processum helicis.

d. e. f. g. *Anthelix:* duplici crure *d. e.* incipit anterius, tectus helice. Crura ad angulum acutum *f.* simul conveniunt: dein colliculus *g.* descendit retrorsum et partim in concham terminatur, partim in proximum antitragum *i.* partim conjungitur cum processu helicis *c.*

h. *Tragus* meatus auditorii initio praeponitur.

i. *Antitragus* ab anthelice et a parte cava conchae formatus.

k. k. Cavitas *innominata* inter helicem et anthelicem.

l. *Scapha,* quae est exigua vallecula inter crura anthelicis.

m. m. *Concha,* quae media eminentia dividitur. Eminentia autem *b.* est initium helicis. Inferior ejus pars est magis profunda et in meatum auditorium continuatur *n.*

p. *Lobus* auriculae, particula mere cutanea.

FIG. II.

Eadem auricula, sed nonnihil a posteriori parte conspecta.

a. c. d. e. f. h. i. m. p. Ut in Fig. I.

k. Auditorii meatus initium conchae continuum, ovalis ut plurimum figurae, pilis plus minus longis, densis et confertis obsitum.

FIG. III.

Ex Albini Annotat. Academ. Lib. VI.

Cartilago auriculae sinistrae cute spoliata ab exteriore parte.

a. a. a. Helix.
b. c. d. Anthelix: *c. d.* crura ejus duo.
e. Antitragus.
f. Tragus.
g. Principium pori acustici.
h. h. Cavitas innominata.
i. Scapha: *k.* ejus dorsum.
l. m. Concha: *n.* ejus dorsum: *o.* ejus processus acutus.
p. Rima helicis.
q. r. Rimae principii pori acustici.
s. Scissura inter principium anthelicis et concham.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Eadem auricula ab interiore parte.

a. a. Dorsum cavitatis innominatae.
b. c. d. Dorsum anthelicis: *c. d.* ejus crurum.
e. Dorsum scaphae.
f. g. Conchae dorsum: *h.* processus ejus acutus.
i. k. l. m. Principium pori acustici: *n. o.* ejus rimae.
p. Scissura inter principium anthelicis et concham.

FIG. V.

Ex Cadavere.

Musculi in anteriori auriculae sinistrae parte positi. Dempta fuit cutis.

a. a. Helix auriculae.

b. Processus helicis acutus, qui dorso respondet conchae; in hoc aliisque cadaveribus plurimum prominens. Est *o.* Fig. III.

c. d. e. Meatus auditorius cartilagineus: *d.* rima: *e.* annulus cartilagineus, quo auricula cum osseis asperitatibus jungitur ossis temporum *s.*

f. Antitragus.

g. Ligamentum elegans, quod helicis processum conchae connectit.

h. Ligamentum quod limbum tragi superiorem colligat helici, et canalem perficit meatus auditorii (1).

i. k. l. Musculus auriculae *superior*, seu *attollens*. A theca aponeurotica principium ducit tendineum *k.*, quae musculos occipitales cum frontalibus conjungit. Fibrae carneae *i.* sensim in angustius spatium collectae et descendentes, in dorsum scaphae sese inseruntur filis tendineis *l.*

m. n. Musculus *anterior* auriculae: *n.* principium tendineum.

o. Musculus *helicis major*, qui ab acuto processu *b.* tendineum exordium sumit, et in helicem superius finitur.

p. *Helicis* musculus *minor*.

q. Musculus Tragi, seu *Tragicus*.

r. Musculus Antitragi, seu *Antitragicus*.

s. Initium meatus auditorii ossei.

(1) Ligamenta haec *g. h.* a nemine hactenus descripta et delineata fuerunt.

FIG. VI.

Ex Cadavere.

Musculi in posteriori ejusdem auriculae facie collocati.

a. a. Dorsum conchae.
b. b. Dorsum cavitatis innominatae.
c. Ligamentum, quod respondet *g.* Fig. V.
d. d. Membranaceum ligamentum, quod conchae dorsum conjungit cum osse temporali.
e. f. g. h. Musculus *transversus* auriculae: *f. g.* portio major, quae tendineis extremis a conchae dorso oritur *g.* et inseritur cavo anthelicis dorso *f.*; *e.* pars carnea: *h.* portio minor superior fibris constans tantum tendineis.
i. k. l. Ut in Fig. V.
m. n. o. Musculus auriculae *posterior*, sive *retractor* in quatuor fasciculos divisus: *n. n. n.* origo tendinea fasciculorum a radice processus mammillaris: *o. o. o.* tendineum eorum extremum in convexam conchae partem immissum.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Sinistrae auriculae ligamentum anterius.

a. Processus jugalis ossis temporum sinistri.
b. Quâ processus ille tumet nonnihil inferius pro maxillae articulatione.
c. c. Helix.
d. Rima, quae deest quandoque: in hoc autem cadavere satis conspicua.
e. Processus helicis acutus.
f. Ligamentum *Valsalvianum*, *anterius*, quod a processu jugali ortum habet supra maxillae articulationem, et

inseritur processui auriculae acuto *e.* et meatui cartilagineo anterius.

g. Tragus.

h. Novum tragi ligamentum.

i. Processus helicis inferior.

k. Antitragus.

m. Novum ligamentum, quod helicis processum inferiorem conchae revincit.

FIG. VIII.

Ex Cadavere.

Sinistrae auriculae ligamentum posterius, una cum posteriore parte meatus auditorii.

a. a. Dorsum conchae.

b. b. Dorsum cavitatis innominatae.

c. d. Ligamentum *posterius*, quod musculo retrahenti subest: *d.* origo ejus supra mammillarem processum: *c.* inseritur autem initio meatus auditorii. Longius apparet quam par est, ex eo nimirum quia auriculâ ab osse temporum separatâ, ligamentum nonnihil distentum fuit.

e. f. g. Pars posterior meatus auditorii cartilaginei: *e.* portio cartilaginis, quae est in parte meatus totius inferiori, et hîc in ligulam terminatur obtuso limbo; ita ut deest cartilago in reliqua posteriore parte meatus ipsius: *f.* ligamentum, quo cartilago *e.* adnectitur ossi temporis: *g.* exterior superficies cutis, quae meatum auditorium vestit interius, et quae adipe et mucosis cryptis est referta (Tab. XCVII. Fig. IV.).

TABULA XCVII.

AUDITUS.

FIGURA I.

Ex Duverney *Oeuvres Anatomiques.*

Arteriae quae in anteriore parte sinistrae auriculae disseminantur.

A. Carotis externa truncata.
B. Arteria, quae posteriori prospicit auriculae superficiei.
C. Ramus arteriae, ex qua rami per anteriorem auriculae faciem distribuuntur, ut *D.*
E. Paullo sub hac litera ramus apparet in concha, qui ad arteriam spectat auricularem posteriorem, et cartilagine perforata ipsimet conchae suos ramos impertit.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Eadem auricula sinistra in anteriora aliquantum reclinata ut arteriarum distributio in conspectum veniat per posteriorem ejus superficiem.

A. Truncus arteriae carotidis externae.
B. D. Arteria auricularis posterior, ex qua rami in auriculam.
C. Arteria mastoidea, quae ex auriculari procedit, et in cellulas distribuitur processus mastoidei.
E. Quâ ramus arteriae cartilaginem perforat, ut in exteriore auriculae superficie dispergatur. Confer cum arteria *E.* Fig. I.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Nervi per auriculam disseminati.

A. Auricula anteriora versus inclinata.
B. B. Apophysis mastoidea.
C. Nervus *facialis* neotericorum anatomicorum, qui Falloppii aquaeductu delabitur inter apophysim mammillarem et styloideam ossis temporum.
D. D. Ramus nervo faciali eductus adscendens, qui ramos in partem auriculae posteriorem diffundit.
E. Quâ nervus facialis in duos ramos dirimitur, superiorem *F.* et inferiorem *G.*

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Glandulis refertam cutem repraesentat, qua meatus auditorius interius vestitur. Figurae magnitudo lente aucta.

A. Exterior cutis superficies, quam confer cum Fig. VIII. Tab. XCVI. *g.* Glandulae sebaceae ubique occurrunt.
B. Cutis crassities, in qua parvi ductus glandularum sebacearum *cerumen* secernentium.
C. Interior meatus auditorii superficies, ubi ostiola ductuum a sebaceis glandulis procedentium conspiciuntur, et pili, quibus canalis ipse in principio obsitus est.

FIG. V.

EX CADAVERE.

Os temporis sinistri ab exteriore parte.

A. Portio superior eaque amplior, quae limbo extenuato arcuatoque cum osse parietali sinistro conjungitur. *Squamosa* nonnullis dicitur.

B. Portio posterior simul et inferior, quâ jungitur cum osse occipitali, et os *mammillare* appellat *Albinus* (vide Tab. XIII. Fig. V. *h.*)

C. Apophysis *mastoidea* seu *mammillaris*.

D. Sulcus seu incisura ad radicem processus mammillaris pro insertione capitis superioris, seu posterioris musculi digastrici, inferioris maxillae depressoris.

E. E. Processus *jugalis* seu zygomaticus, qui os temporis jungit ossi jugali sinistro.

F. Fovea ad radicem processus jugalis pro maxillae inferioris articulatione.

G. Limbus anterior et nonnihil saliens foveae *F.*

f. Radix processus jugalis.

H. Pars ossis temporis anterior *petrosa* et nonnihil descendens, quae cum parte *F.* ita conjungitur ut fissura supersit *h.* quae dicitur *fissura Glaseri*, et per eam chorda tympani de auris penetralibus exit.

I. Apophysis *styloidea*.

K. Pars aspera, cui alligatur meatus auditorius cartilagineus.

l. l. Quâ pars petrosa inferior superiori et squamosae connectitur.

m. Meatus auditorius.

i. Limbus descendens ab osse temporali, ante quem foramen adest, cui nomen est *aquaeductus Falloppii*. Ex aquaeductu nervus sibi viam facit, de quo in explicatione Fig. III. dictum fuit.

k. Interior paries sinus cujusdam seu fossae pro bulbo venae jugularis.

n. Paries exterior canalis carotici.

p. Foramen, per quod venae occipitales cum laterali sinu comunicant.

FIG. VI.

Ex Cadavere.

Os temporis sinistri ab interiore parte et inferiore.

A. A. Pars superior et squamosa.

B. B. B. Pyramis, seu apophysis *petrosa.*

C. Portio major fossae *sigmoideae* sinistrae intra quam sinus lateralis sinistri durae meningis pars non exigua delitescit.

c. Canaliculus, qui foramini continuus est in Fig. V. delineato *p.* et per eum venae occipitales sanguinem sinui traducunt laterali *C.*

D. Sinus pro bulbo venae jugularis.

E. Arcus, sub quo *aquaeductus cochleae.*

e. Paries exterior cruris inferioris canalis carotici.

f. Exterior paries cruris horizontalis ejusdem canalis carotici: respondet *n.* in Fig. V. a parte exteriori.

g. Vestigium sinus petrosi inferioris.

h. Foramen acusticum, quod subit dura et mollis pars nervi septimi.

i. Rima, cui nomen est *aquaeductus vestibuli.*

k. Vestigium sinus petrosi superioris.

L. Processus jugalis seu zygomaticus.

l. l. l. Vestigium vasorum durae meningis.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Os temporis sinistri ab anteriore parte et superiore.

A. A. Pars squamosa.
a. a. Vestigium vasorum durae meningis.
B. Portio fossae sigmoideae.
C. C. Pyramis seu apophysis petrosa.
D. D. Fissura seu suturae species quae squamosum os a pyramide separat.
E. Processus zygomaticus.
F. Canalis caroticus.
g. Paries ejusdem canalis exterior.
h. Lunula et canaliculus pro transitu nervi a secundo ramo quinti paris procedentis, qui una cum dura nervi acustici portione nervum facialem constituit per aquaeductum Falloppii decurrentem.
i. Sulcus in quo musculus reconditur tensor mallei.
k. Pars ossea tubae Eustachianae.

FIG. VIII.

Ex Cadavere.

A. a. B. Ut in Fig. VII.
b. Ut in Fig. VI. *c.*
C.D.E.F. Ut in Fig. VII.
f. Vestigium sinus petrosi superioris.
g. Superficies interior et inferior pyramidis.
h. Ut in Fig. VII.
i. Pars ossea tubae Eustachianae.
k. Sulcus pro musculo mallei tensore.

TABULA XCVIII.

AUDITUS.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Os temporis sinistri cum auriculae cartilagine ab inferiore parte.

a. Processus zygomaticus.
b. Fovea pro articulo condyli maxillae inferioris.
c. Fissura Glaseri.
d. Apophysis mammillaris.
e. Processus styloideus.
f. Quâ carotis canalem subit caroticum in osse temporis excavatum, seu initium canalis ipsius.
g. g. Sinus pro bulbo venae jugularis.
h. h. Helix auriculae.
i. Processus acutus (Tab. XCVI. Fig. V. *b.* Fig. VII. *e.*)
k. k. Anthelix.
l. Tragus.
m. Ligamentum, quod Tab. XCVI. exhibet in Fig. V. *g.* Fig. VI. *c.* Fig. VII. *m.*
n. Incisura semilunaris tragi.
o. Initium meatus auditorii ab inferiori parte: a nonnullis appellatur cartilago media.
p. p. *Musculus incisurae majoris* Santorini.
q. Tertia cartilago, quam fibrae ligamentosae *r. s.* proximo temporum ossi connectunt.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Meatus auditorius osseus, a reliquo temporum sinistro osse separatus.

a. a. Paries anterior.

b. Meatus, cui auricula alligatur: amplior est ea in sede, in medio autem angustior, usque dum in fine latior annulo osseo sulcato *e.* finem habet, quo tympani membrana coercetur.

c. Paries posterior meatus qui ad interiora magis producitur quam anterior.

d. Annulus osseus, qui in foetu ab ossibus separari potest tympani caveam componentibus; progrediente autem aetate in ipsummet auditorium meatum producitur (vid. Tab. XIII. Fig. VI. 2. Fig. VII. 2.).

FIG. III.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. IV. Tab. I.

Infantis os temporis sinistrum ab exteriore parte oblique exhibitum, capite in alterum latus inclinato.

a. Os squamosum.

b. Processus zygomaticus.

c. Os petrosum.

d. Hinc enascitur processus styliformis hac aetate cartilagineus.

e. Sinus, cui principium venae jugularis internae insidet.

f. f. Canalis, per quem arteria carotis interna decurrit.

g. Annulus osseus, de quo in Fig. II. *d.*

h. Membrana tympani.

i. Mallei manubrium qua parte ad membranam tympani adhaeret. Manubrium ultra centrum membranae tympani pertinet, eamque sic secat, ut pars prior posteriore angustior sit.

n. Pars semicanalis musculum tensorem tympani continentis.
o. Exitus aquaeductus Falloppii.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Pars cranii ab inferiore parte et simul nonnihil posteriore delineata, in qua a dexteris inferior paries meatus auditorii, et tuba Eustachii conspicitur, a sinistris autem dempto inferiore meatus pariete, paries ipsius superior, tympani membrana et Eustachii tuba exhibetur.

A. A. Ossis sphenoidei superficies inferior, quâ conjungitur os vomeris *B.*
C. C. Ossa palatina: *c. c.* eorum limbus posterior.
D. D. Apophysis pterygoidea exterior.
d. d. Hamulus pterygoideae interioris.
E. In osse temporali dextro, paries inferior osseus meatus auditorii.
e. e. In osse temporali sinistro, quâ sectus fuit paries osseus inferior, ut canalis seu meatus in oculos incurreret.
F. Facies superior meatus.
f. f. Principium tubae Eustachii osseum.
G.H.h.i.l. Tuba Eustachii: *G. G.* portio ejus cartilaginea, quae inferior est et interior, et tumidulo annulo *H. H.* terminatur ad fauces: *h. h.* portio altera exterior et aliquantulum superior, quae membrana fit, et cum membrana illa continuatur, cujus ope revincitur *i.* hamulo pterygoideae apophysis et proximo ossi palatino (a dexteris): *k.* membrana interna tubae quae continua est cum membrana narium internarum: *l.* Peramplum ostium quo aperitur ad fauces.
m. Annulus osseus, cui alligatur tympani membrana *n. n.*
o. Manubrium mallei per membranam decurrens.
p. Crus incudis inferius trans membranam conspicuus, manubrio mallei pene parallelum.

q. q. Canalis quem subit Carotis cerebralis.
r. r. Sinus, cui insidet vena jugularis interna.

FIG. V.

Ex Ruischii *Epistola Anatomica problem. VIII.*

Membranae tympani arteriosa vascula exhibet.

A. Ramulus rami arteriae Carotidis exterioris.
B. Ejusdem distributio per membranam tympani.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Reptatum arteriolarum per membranulam capsam succingentem demonstrat.

FIG. VII.

Ex Floriani Caldani *Osservazioni sulla membrana del timpano.*

Portio membranae tympani microscopio conspecta. Ex filis sese ad angulos fere rectos decussantibus, vasculis, intermixtis, fabrefacta apparet.

FIG. VIII.

Ex Albini *Academ. Annotat. Lib. IV. Tab. II.*

Infantis os temporis sinistrum Fig. III. exhibitum, et ab interiore superficie delineatum. Detracto osse petroso toto, tympani partes refert quae exteriora spectant.

a. Annulus.
b. Membrana tympani sulco annuli inhaerens.
c. Tympani pars a squamoso effecta.
d. e. Malleus: *e.* processus gracillimus sulco annuli insidens.
f. Incus.

h. Stapes.
i. i. Hac parte os squamosum cum petroso conjunctum fuerat.
k. Os squamosum.
l. Processus zygomaticus.

FIG. IX.

Ex eodem Opere Tab. I. Fig. II.

Est Fig. III., detracta membrana tympani h.

a. Tympanum.
b. Malleus cum processu suo gracillimo *c.*
d. Incus.
e. Stapes.
i. Fenestra rotunda.
k. k. Semicanalis musculum tensorem tympani continens.
l. Exitus aquaeductus Falloppii.
m. Pars tubae Eustachianae.
n. Os squamosum.
o. Processus zygomaticus.
p. Os petrosum.
q. Hinc enascitur processus styliformis, hac aetate cartilagineus.
r. Sinus, cui principium venae jugularis internae insidet.
s. s. Canalis, per quem arteria carotis interna decurrit.
t. Annulus, qui cum osse squamoso conjunctus, cum eo efficit porum acusticum.

FIG. X.

Ex Cadavere.

Os petrosum sinistrum ab anteriore parte spectatum, detracto pariete superiore tubae Eustachianae et tympani, ut cerni possit membrana tympani cum ossiculis auditus.

A. Os squamosum.

B. Processus zygomaticus.
C. Apophysis mastoidea.
D. Processus styliformis.
E. Pars fossae sigmoideae, cui insidet sinus lateralis sinister durae meningis.
F. Os petrosum seu pyramis ossis temporalis.
G. Canalis per quem decurrit arteria carotis interna.
h.h.h.h.h. Quâ sectum fuit os, ut ea omnia in conspectu essent, de quibus mox dicendum est.
i. i. Fessura Glaseri.
k. k. Paries inferior tubae Eustachianae.
l. l. l. Annulus osseus.
m. Membrana tympani.
n.o.p.q.w. Malleus: *n.* caput: *o.* collum: *p.* manubrium: *w.* processus *minor*, qui tympani membranam suprema in sede extrorsum compellit: *q.* tendo resectus musculi *tensoris.*
r. s. t. Incus: *r.* crus brevius in posteriora conversum: *s.* crus longius fere parallelum ad mallei manubrium: *t.* quâ crus longius curvatum est paullisper ad interiora, illique extremo adnectitur
u. Os orbiculare seu subrotundum, quod est inter incudis crus inferius et
v. Caput seu collum stapedis.
x. z. Aquaeductus Falloppii, per quem nervus decurrit a secundo ramo quinti paris (Fig. XII. *z.*). Huic autem nervo socium sese praebet nervus durus, seu portio dura nervi acustici (Fig. XII. *β.*), quae per canalem particularem *y.* transit ad aquaeductum ipsum.

FIG. XI.

Ex Cadavere.

Tympani paries exterior ab interiore parte. Ex aure sinistra.

A. Os squamosum.
B. Fossa sigmoidea.

C. Processus zygomaticus.
D. Cellulae mastoideae.
E. Tuba Eustachii cartilaginea.
F. Initium ȯsseum tubae Eustachii.
g. h. Quâ tuba in tympani caveam aperitur dimidiato canali, et limbo arcuato.
i. Membrana tympani.
k. l. Malleus.
m. Incus.
n. o. Portio chordae tympani, quae per hanc caveam procurrit ita ut relate ad incudem exteriora teneat, relate autem ad malleum interiora.
p. q. Musculus *externus* mallei, in limbo inferiore *q.* tendineus.
r. Tendo resectus musculi *Tensoris* mallei, qui sub collo ossiculi ad initium manubrii malleo ipsi adfigitur.

FIG. XII.

EX CADAVERE.

Tympani paries interior cum tuba Eustachiana, canalibus semicircularibus, nervis. Ex aure sinistra.

A. Apophysis mammillaris.
B. Cellulae mastoideae.
C. C. Limbus inferior tympani.
D. Initium osseum tubae Eustachianae.
E. Quâ ossi temporum alligatur tuba cartilaginea.
e. e. Interior tubae superficies, quae membrana obducitur mucosis folliculis referta.
F. Ostium tubae.
G. G. Tumidus annulus cartilagineus, quo ostium tubae ad fauces aperitur.
g. g. Musculus *tensor tympani,* qui in sulco jacet tubae Eustachianae superius incumbenti. Ejus tendo Fig. X. *q.* Fig. XI. *r.*

h. h. i. i. Paries tympani interior: *i. i.* cellulae osseae.

k. Fenestra ovalis vel semiovalis, quae a stapede *t. t.* occluditur.

l. Fenestra rotunda.

m. n. o. p. Malleus: *m.* caput: *n.* apophysis *Folii*: *o.* processus minor externus: *p.* manubrium mallei.

q. r. s. Incus per ginglymum cum malleo conjuncta: *q.* corpus: *r.* crus breve posterius: *s.* crus longum inferius productum et fere parallelum ad mallei manubrium.

t. t. Crura stapedis.

u. Canaliculus quo *stapedius* musculus continetur. Ex ejus canaliculi ostiolo subrotundo et nonnihil prominente tendo *v.* ejus musculi educitur, qui stapedis collo innascitur.

w. x. y. Canales tres semicirculares: *w.* superior: *x.* posterior: *y.* exterior seu horizontalis.

z. Canaliculus qui est *x.* in Fig. X. per quem propago nervea decurrit a secundo ramo quinti paris suppeditata. Nervus ille incurrit *γ.* in nervum durum acusticum *β.* de peculiari canaliculo exeuntem (*y.* Fig. X.); dein pergit *δ.* per aquaeductum Falloppii apertum *ε. ε. ε.* et antequam de foramine exeat *π.* inter apophysim mammillarem et styloideam filamentum dimittit *ζ.* quod per canaliculum osseum in tympani caveam adscendendo irrumpit *η.* ubi ante crus longius incudis *s.* et pone mallei manubrium *p.* caveam ipsam transgreditur. Filamentum istiusmodi est *chorda tympani*, quae hac cavea superata canaliculum alterum intrat *θ. λ.* et per fissuram Glaseri sibi viam facit *μ.* ut in nervum lingualem a tertio ramo quinti paris profectum se se immittat.

TABULA XCIX.

AUDITUS.

FIGURA I.

Malleus auris sinistrae foetus ab interiore parte.

a. Caput.
b. Collum.
c. Manubrium.
d. Processus longissimus seu Folianus.
e. Radix processus minoris externi.

FIG. II.

Malleus auris sinistrae hominis adulti a parte posteriore.

a. Caput.
b. Fovea, quae corpus incudis excipit.
c. Collum.
d. Radix processus longissimi.
e. Processus minor seu externus.
f. Manubrium.

FIG. III.

Incus auris sinistrae ab interiore parte.

a. Cavea superior pro excipiendo malleo.
b. b. Limbus prominens ceu cilium pro articulatione.

c. Crus superius, posterius et breve.
d. Crus inferius, longum et gracilius, extremo *e.* introrsum curvatum.
f. Incisura arcuata inter crura.

FIG. IV.

Incus auris sinistrae ab exteriore parte.

a. Cavea seu foveola inferior.
b. Limbus ut in Fig. III.
c. d. e. f. Ut in Fig. III.

FIG. V.

Incus auris sinistrae ab anteriori parte.

a. Fovea inferior.
b. - - - superior.
c. Iugum eminens, quod foveas dirimit.
d. e. Ut in Fig. III,

FIG. VI.

Ex Cadavere.

Stapes auris sinistrae a superiori parte delineatus, quâ nempe superiori tympani parieti respondet.

a. Capitulum excavatum ut os orbiculare excipiat.
b. Collum.
c. Crus anterius paullo brevius et contractius posteriori.
d. Crus posterius quod plerumque magis gibbosum est quam anterius.
e. Sulcus in interiori crurum facie, qua sese mutuo respiciunt, cui membrana affigitur, intervallum occupans cruribus interjectum.
f. f. Basis, in quam crura *c. d.* finem habent.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Idem os ea ratione oblique conspectum ut sulcus cruribus insculptus manifestius appareat.

a.b.c.d.e. Ut in Fig. VI.
f. Intervallum inter crura stapedis.
g. g. Basis ossiculi.

FIG. VIII.

Ex Cadavere.

Basis semiovalis stapedis.

a. Basis aliquantulum gibba, qua fenestra ovalis occluditur.
b. Margo superior ellipticus.
c. Inferior margo rectus.
d. Angulus anterior.
e. - - - - - posterior.

FIG. IX.

Ex Cadavere.

Syntaxis ossiculorum, quae in Figuris I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. delineata fuerunt ex aure sinistra ab anteriori parte spectata, ut in Fig. X. Tab. XCVIII.

a.b.c.d.e. Malleus: *a.* caput: *b.* collum: *c.* processus *Folii* seu gracillimus: *d.* processus minor seu externus: *e.* manubrium.
f.f.g.h.i. Incus: *f.f.* corpus cum quo mallei caput articulatur: *g.* crus incudis posterius et superius breve: *h.* crus lon-

gum inferius: *i.* quâ cruris extremum ad interiora nonnihil curvatum est, et connectitur cum

k. Ossiculo orbiculari.

l.m.n.o.p.q.r. Stapes: *l.* capitulum: *m.n.* crura: *o.* intervallum quod est inter crura: *p q.r.* basis.

FIG. X.

Ex Albini *Academ. Annotat. Lib. IV. Tab. I.*

Infantis os temporis sinistrum ab exteriore parte exhibitum. Detractum est os squamosum cum annulo, et exemptus malleus, incus et stapes.

a. a. a. a. Margo cui os squamosum adjunctum fuerat et annulus.

b.c.d.e.f. Tympanus: *b.* protuberans locus ab eminente intus vestibulo et cochleae principio effectus (confer Fig. XII.): *c.* protuberans locus ab eminente intus cochlea (Fig. XII.): *d.* protuberans locus ab eminente aquaeductu Falloppii (Fig. XI.): *e.* protuberans locus, ubi intus conceptaculum musculi stapedii (Fig. XI.): *f.* pars tympani pone os squamosum pertinens.

h. Protuberans locus ab eminente intus canale semicirculari minimo effectus (Fig. XII.).

i. Semicanalis musculum tensorem tympani continens.

l. Vestigia vasorum tympani.

m. Fenestra ovalis, cui stapedis basis insidet in Fig. IX. Tab. XCVIII. *e.*

o. Fenestra rotunda.

p. Pars tubae Eustachianae.

q. Exitus aquaeductus Falloppii.

r. Os petrosum.

s. Hinc enascitur processus styliformis, hac aetate cartilagineus.

t. Sinus cui principium insidet venae jugularis internae.

u. u. Canalis per quem arteria carotis interna decurrit.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

In fundo tympani per longitudinem dissectus aquaeductus Falloppii cum conceptaculo musculi stapedii.

a. Aquaeductus Falloppii pars, quae per tympanum decurrit exitque.
b. Conceptaculum musculi stapedii.
c. c. c. c. Margo, cui os squamosum adjunctum fuerat et annulus.
d. e. f. Tympanum: *d.* protuberans locus ab eminente intus vestibulo et cochleae principio effectus (Fig. XII.): *e.* protuberans locus ab eminente intus cochlea: *f.* pars tympani pone os squamosum pertinens.
h. Protuberans locus ab eminente intus canale semicirculari minimo (Fig. XII.).
i. l. m. o. p. Ut in Fig. X.
q. Os petrosum.
r. Hinc enascitur processus styliformis hac aetate cartilagineus.
s. Sinus cui insidet principium venae jugularis internae.
t. t. Canalis per quem decurrit arteria carotis interna.

FIG. XII.

Ex eodem Opere.

Os in fundo tympani labyrinthum incrustans detractum cum aquaeductu Falloppii et conceptaculo musculi stapedii, ut labyrinthus integer conspiciatur.

a. b. c. d. e. Labyrinthus: *a. b. c.* tres canales semicirculares: *a.* minor: *b.* minimus: *c.* major: *d.* vestibulum: *e.* cochlea.
h. Fenestra ovalis ad vestibulum pertinens (Fig. X. *m.*).
i. Fenestra rotunda (Fig. X. *o.*).

k. k. Margo cui os squamosum adjunctum fuerat.

l. Tympani pars.

o. o. Pars semicanalis musculum tympani tensorem continentis.

p. Pars tubae Eustachianae.

q. Os petrosum.

r. Sinus, cui principium insidet venae jugularis internae.

s. s. Canalis, per quem arteria carotis interna decurrit.

FIG. XIII.

Ex Cadavere.

Pars labyrinthi ex aure sinistra hominis adulti detracta, microscopio aucta, et ita delineata a parte inferiore simul et aliquantulum posteriore ut fenestrae rotundae ostium rite conspici posset.

a. b. c. Canales tres semicircularis: *a.* horizontalis, externus, minimus: *b.* anterior, minor: *c.* inferior, posterior, major.

d. e. Pars aquaeductus Falloppii.

f. Conceptaculum musculi stapedii per longitudinem dissectum.

g. Sinus peculiaris insculptus inter conceptaculum *f.* et fenestram rotundam.

h. Pons quidam seu ligula ossea, cui firmatur apex conceptaculi *f.* et sub qua sinus jacet *g.*

i. Portio illa fenestrae ovalis, quae labyrintho ita collocato in oculos incurrit.

k.m.n.o. Fenestra rotunda: *k.* apex seu vertex superior: *m. n.* latera: *o.* portio anterior canalis interni (nam reapse canaliculus ostio adjungitur exteriori), quae tenuissimam acutam et triangularem spinam facit cum ipsamet lamina spirali *r.* continuam.

p. Sulcus caecus qui a limbo exteriori fenestrae rotundae descendit in tympano.

r. Initium laminae spiralis.
s. s. Lamina ipsa per inferiorem cochleae gyrum decurrens.
t. u. Gyrus cochleae inferior apertus.
x. Apex cochleae.

FIG. XIV.

Ex Cadavere.

Labyrinthus idem ita dispositus ut membrana fenestram rotundam occludens conspici possit ab interiori parte.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. Ut in Fig. XIII.
k. Membrana quae rotundam fenestram occludit et quae firmatur ad initium laminae spiralis *m.*
n. Foramen, quo aperitur aquaeductus cochleae in scalae tympani principio, et centrum occupans parvi cujusdam infundibuli.
o. Laminae spiralis pars ossea.
p. Apex cochleae.

FIG. XV.

Ex Dominici Cotunnii anatomica dissert. de aquaeductibus auris humanae internae.

Repraesentat solam partem posteriorem sinistram basis calvariae internae dura adhuc matre indutae, in qua integra regio ossis petrosi et baseos sinistrae camerae occipitii conspicua est, cum cavitate membranacea aquaeductus vestibuli patefacta, et venis lymphaticis, quae ab ea oriuntur.

A. Basis sinistra mediae calvariae anterioris.
B. Arteria meningea major.
C. Pars durae meningis extrorsum propendens.
D. Pars sinistra sellae equinae.

E. Sinistra pars baseos camerae posterioris calvariae.
F. Portio altera durae meningis extrorsum devoluta.
G. Pars foraminis occipitalis.
H. Principium spinalis medullae.
I. Iugum semilunare, quod in posteriori margine nascitur magni foraminis occipitis.
K. K. Falcis cerebelli pars sinistra.
L. L. Sinus lateralis sinister durae meningis.
M. Pars inferior sinus longitudinalis durae meningis.
N. Foramen, quo sinus longitudinalis et lateralis dexter cum sinistro communicant.
O. O. Reliqua pars sinus lateralis.
P. Locus, sub quo lateralis sinus in diverticulum terminatur venae jugularis.
Q. Orificium triangulare sinus petrosi superioris.
R. Arteria meningea posterior.
S. S. Ossa calvariae resecta.
T. Arteria vertebralis sinistra resecta ab ingressu intra calvariam.
a. Tertii paris nervorum cerebri nervus sinister.
b. Nervus quarti paris.
c. c. - - - - quinti paris.
d. d. Orificium sinus vaginalis durae meningis per quem truncus paris quinti libere decurrit.
e. Nervus paris sexti.
f. Nervus paris septimi portio dura.
g. Ejusdem septimi paris portio mollis: *1.* fasciculus superior et anterior. *2.* fasciculus medius, anterior, et inferior: *3.* fasciculus superior et posterior.
h. h. Orificium canalis communis nervorum paris septimi.
i. Paris octavi pars anterior, sub orificii inferioris aquaeductus cochleae januam penetrans.
k. Janua arcuata orificii inferioris cochleae aquaeductus.
l. Octavi paris fascis reliquus.
m.m.n.n.n.o. Nervus accessorius *Willisii*: *n. n.* ejus radices a caudice oblongatae medullae separatae: *o.* alia radix ab infimis partibus spinalis medullae posterius procedens.

p. Nervus noni paris.

q. q. Angulus superior ossis petrosi, a quo tentorium resectum est.

r. Locus in quo latus superius ossis petrosi intumescit, recondens canalem semicircularem superiorem.

s. s. Latus posterius ossis petrosi, in quo desinit aquaeductus vestibuli.

t. Cavitas membranacea aquaeductus vestibuli aperta.

u. u. Rima in qua desinit ossea pars aquaeductus vestibuli.

v. v. Latera dissecta cavitatis membranaceae revoluta.

x. x. x. Venulae lymphaticae mercurio repletae a cavitate aquaeductus membranacea procedentes, et in lateralem sinum derivatae.

z. Parvus sinus, in quem duae inferiores venae a cavea aquaeductus procedentes cum aliis venulis durae meningis in hoc subjecto conjungebantur.

FIG. XVI.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. IV. Tab. II.

Os temporis infantis ab interiore parte exhibitum.

a. Os squamosum.

b. Processus zygomaticus.

c. Os petrosum.

d. Pars eminens canalis semicircularis minoris (Fig. XVII. *a.*).

e. Pars eminens canalis majoris semicircularis (Fig. XVII. *b.*).

f. Canalis communis nervorum auditus.

i. Principium illius partis aquaeductus Falloppii, quae per tympanum decurrit.

FIG. XVII.

Ex eodem Opere.

Demsum est os quod labyrinthum incrustat cum canali communi nervorum auditus in Figura prima.

a.b.c.d.e. Labyrinthus: *a. b. c.* Canales tres semicirculares, *a.* minor, *b.* major, *c.* minimus.
d. Vestibulum.
e. Cochlea.
i. Fenestrae rotundae capacitas.
k. l. Canalis communis nervorum auditus. Pertinet ad cochleam et vestibulum.
m. Principium partis illius aquaeductus Falloppii quae per tympanum decurrit.
n. Os petrosum.

FIG. XVIII.

Ex eodem Opere.

Dissectus canalis communis nervorum auditus.

a. Canalis nervorum communis per longitudinem sectus, magna parte detracta.
c. e. h. i. Fundus canalis illius, qui in duos sinus intermedia eminentia *c.* divisus est, alterum *e.* minorem, alterum *h.i.* majorem.
h. Sinus majoris fundi canalis communis pars eminentior, ubi intus chocleae gyrus, qui in causa est quod emineat.
i. Sinus majoris fundi pars altius sinuata, quae basis est modioli cochleae.
k. Foramen in sinu minore *e.* fundi canalis communis nervorum, quo foramine aquaeductus Falloppii incipit,

dissectum cum canali communi. Inde aquaeductus semicanalis est, supra in osse petroso patens, mox rursus integer *l.* et porro per tympanum procedens.

m. Foraminulum ex sinu minore *e.* in vestibulum penetrans.

n. Aliud foraminulum in sinu minore *e.* juxta eminentiam *c.*

o. Foraminulo in sinu majore *h.* ubi intus cochleae gyrus secundum vestibulum procedit.

p. Videtur esse Morgagni *singulare foramen, quod etsi cochleae sinuositati oppositum, posteriori parti respondet sinus interioris; extra hunc tamen esse in plerisque potius videtur, et a foraminibus illis caeteris satis disjunctum* (1).

q. s. Canales semicirculares: *q.* minor, *s.* minimus. Majori nulla addita littera fuit.

t. Vestibulum.

u. Cochlea.

v. Fenestrae rotundae capacitas.

w. Os petrosum.

FIG. XIX.

Detractus canalis communis nervorum auditus.

a.b.c.d.e. Labyrinthus integer nudus: *a. b. c.* tres canales semicirculares; *a.* minor. *b.* major, *c.* minimus: *d.* vestibulum: *e.* cochlea.

i. Sinus majoris fundi canalis communis nervorum pars altius sinuata, quae basis est modioli cochleae.

k. Fenestrae rotundae capacitas.

n. Foramen quod ex sinu minore fundi penetrat in vestibulum.

o. Principium illius partis aquaeductus Falloppii, quae per tympanum procedit.

p. Os petrosum.

(1) *Epist. Anatom.* XII. 42.

FIG. XX.

Labyrinthus dissectus.

a. b. c. Tres canales semicirculares: *a.* minor, *b.* major, *c.* minimus. Per longitudinem sectus minor *a.*, et major *b.*

e. Vestibuli dissecti pars illa, quae tympanum respicit.

i. Stapedis basis fenestrae ovali insidens.

l. Introitus cochleae scalae illius, quae a vestibulo incipiens, scala vestibuli appellatur.

m. n. o. r. s. Quinque ostia trium canalium semicircularium in vestibulum patentia, quorum quibus *m. n. o.* inscriptae, ea cum canalibus suis secta; quibus *r. s.* integra. Et *m.* quidem commune canalis minoris *a.* et majoris *b.*; *n.* proprium canalis minoris *a.*; *o.* proprium canalis majoris *b.*; *r. s.* propria minimi *c.*

t. Fenestrae rotundae introitus, qui integer.

u. Fenestrae rotundae capacitas, cum eaque continue per longitudinem secta scala tympani, inter *v. v.* detracta parte interiore.

w. x. Septum cochleae, quo in duas scalas divisa, praetereaque fenestra rotunda a vestibulo scalaque vestibuli separata. Constat ex lamina spirali *w.* et parte membranacea *x.* Pars membranacea adnexa est interiori margini fenestrae rotundae, continueque ab eo procedenti cochleae.

y. Cochleae pars integra.

z. Sinus majoris fundi canalis communis nervorum pars altius sinuata, quae basis est modioli cochleae.

α. Principium illius partis aquaeductus Falloppii, quae per tympanum procedit.

β. Os petrosum.

TABULA C.

AUDITUS.

FIGURA I. II. (1)

Ex Antonii Scarpae *Anatomic. Disquisition. de auditu et olfactu.*

Labyrinthus a parte fenestrae ovalis et rotundae reseratus.

a. Canalis osseus semicircularis superior.
b. - - - - - - - - - - - - posterior.
c. - - - - - - - - - - - - exterior.
d. Cavitas eliptica initii proprii canalis ossei semicircularis superioris.
e. Cavitas eliptica initii canalis ossei semicircularis externi.
f. Cavitas orbicularis initii canalis semicircularis posterioris.
g. Ostium commune canalibus semicircularibus superiori et posteriori.
h. Canalis ossei externi orificium alterum.
i. Pyramis ossea vestibuli.
k. Vestibuli cavitas *semiovalis*.
l. Vestibuli cavitas *hemispherica*.
m. Vestibuli cavitas sulciformis.
n. Cochlea.
o. Sinus fenestrae rotundae.
p. Scala tympani.
q. Scala vestibuli.
r. Macula cribrosa.

(1) Figura II. IV. V. VII. VIII. novies naturalem magnitudinem exsuperant.

FIG. III. IV.

Ex eodem Opere.

Vestibulus cum cochlea ita exsectus, ut cavitatis hemisphaericae fundus in conspectum veniat.

a. Cavitas hemisphaerica.
b. Macula foraminulenta fundum occupans cavitatis hemisphaericae.
c. Vestibuli pyramis ossea.
d. Vestibuli cavitas semiovalis.
e. Cavitas eliptica initii proprii canalis ossei semicircularis superioris.
f. Canalis ossei semicircularis exterioris extremitas altera.
g. Cavitas eliptica initii canalis ossei semicircularis posterioris.
h. Macula foraminulenta (Fig. I. II. *r.*).
i. Cavitas vestibuli sulciformis.
k. Fenestrae rotundae sinus.
l. Scala tympani.
m. Scala vestibuli.
n. Cochlea.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Tubuli semicirculares membranacei, alveus eorum communis, sacculus vestibuli sphaericus.

a. Tubulus membranosus semicircularis superior.
b. - - - - - - - - - - - - - - posterior.
c. - - - - - - - - - - - - - - exterior.
d. *Ampulla* tubuli membranosi superioris.
e. - - - - - - - - - - - exterioris.
f. - - - - - - - - - - - posterioris.

g. g. Alveus communis tubulorum semicircularium membranaceorum.
h. Tubulorum superioris et posterioris canalis communis.
i. Tubuli semicircularis exterioris extremitas altera.
k. Sacculus vestibuli *sphaericus* reseratus.
l. Nervi acustici distributio ad ampullas canalium semicircularium membranaceorum superioris et exterioris.
m. Nervi acustici expansio supra alveum communem canalium semicircularium membranaceorum.
n. Nervi acustici fasciculus ad ampullam canalis semicircularis membranosi posterioris.
o. Nervi acustici pulposa expansio per fundum sacculi *sphaerici*.
p. Fenestrae rotundae sinus.
q. Scala tympani.
r. Scala vestibuli.
s. Cochlea.

FIG. VI. VII.

Ex eodem Opere.

Ostendit Labyrinthum reseratum a parte cavitatis cranii.

a. Canalis osseus semicircularis superior.
b. - - - - - - - - - - - posterior.
c. - - - - - - - - - - - exterior.
d. Cavitas eliptica initii canalis ossei semicircularis superioris.
e. Cavitas eliptica canalis ossei exterioris.
f. - - - - - - - - - - - posterioris.
g. Tubulus osseus communis canalibus semicircularibus superiori et posteriori.
h. Canalis ossei semicircularis exterioris ostium alterum minus.
i. Fenestra ovalis.
k. Canalis nervorum communis.

l. Cavitatis minoris foramina pro nervo acustico.
m. Macula cribrosa vestibuli.
n. Ostia insculpta retro fundum cavitatis hemisphaericae vestibuli ad nervum acusticum trajiciendum.
o. Canaliculus pro ramo nervi acustici ad ampullam canalis semicircularis membranosi posterioris.
p. Tractus spiralis foraminulosus.
***. Tractus spiralis foraminulosi initium.
q. Ostium centro modioli respondens.
r. Laminae spiralis cochleae initium.
s. Initium aquaeductus *Falloppii.*
t. Cochlea.
u. Spina dirimens fundum canalis nervorum communis.
x. Cavitas *minor.*
y. - - - - *major.*
ζ. Macula foraminulenta (Fig. I. II. *r.* Fig. IV. *h.*).

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Tubuli semicirculares membranosi, alveus eorumdem communis, nervi acustici distributio, inspecta a parte cavitatis cranii.

a. Ampulla tubuli semicircularis membranosi superioris.
b. Tubulus semicircularis membranosus superior.
c. Ampulla tubuli semicircularis exterioris.
d. Tubuli membranosi exterioris extremitas altera.
e. Ampulla tubuli semicircularis membranosi posterioris.
f. Tubulus semicircularis membranosus posterior.
g. Tubulorum semicircularium superioris et posterioris canalis communis.
h. h. Alveus communis tubulorum semicircularium membranaceorum.
i. Truncus nervi acustici.
k. Nervi acustici ramus *major.*

l. Nervi acustici filamenta ad sacculum vestibuli *sphaericum.*

m. Nervi acustici ramus *minor.*

n. Nervi acustici filamenta ad cochleam demissa.

o. o. Rami *majoris* acustici nervi filamenta ad ampullas tubulorum semicircularium superioris et exterioris.

p. Nervea expansio alvei communis (Fig. V. *m.*).

q. q. Nervus communicans faciei.

r. Initium laminae spiralis cochleae.

s. Canalis nervorum communis.

t. Cochlea.

FIG. IX.

Ex eodem Opere.

Exhibet nervum acusticum e sua sede avulsum, et naturali magnitudine majorem.

a. Nervus acusticus.

b. Nervi acustici fasciculus *anterior.*

c. Fasciculi anterioris ramus *major.*

d. Filamenta fasciculi anterioris retro fundum cavitatis vestibuli hemisphaericae.

e. Fasciculi anterioris ramus *minor.*

f. Nervi acustici fasciculus posterior.

g. g. g. Filamenta acustici nervi ostiolis tractus spiralis Fig. VI. VII. *p.* respondentia.

h. Spirae nerveae apex.

FIG. X.

Ex eodem Opere.

Cochlea cum canali nervorum communi a parte cavitatis tympani adaperta.

a. Canalis osseus semicircularis superior.

b. Canalis osseus semicircularis posterior.
c. - - - - - - - - - - - exterior.
d. Canalis nervorum communis.
e. Fundi canalis nervorum communis cavitas major.
f. Fundi ejusdem cavitas minor.
g. Ostium solitarium pro ramo minore nervi acustici.
h. Cavitatis minoris ostiola pro nervi acustici ramo majore.
i. Aquaeductus *Falloppii* initium.
k. Scala tympani in primo gyro.
l. Scala vestibuli in primo gyro.
m. Utraque scala in secundo cochleae gyro.
n. Infundibulus cum extremo apice laminae mollis spiralis.
o. Spina falciformis in fundo canalis nervorum communis.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Nervi acustici distributio per cochleam. Omnia sedecies naturali magnitudine majora.

a. Canalis osseus semicircularis superior.
b. - - - - - - - - - - - posterior.
c. - - - - - - - - - - - exterior.
d. Canalis nervorum communis.
e. Nervi acustici truncus.
f. Ejus fasciculus anterior.
g. Fasciculi anterioris plexuosus contextus.
h. Gangliformis intumescentia.
i. Fasciculi anterioris ramus *major.*
k. Fasciculi anterioris nervi acustici ramus *minor.*
l. Ejusdem fasciculi filamenta retro fundum cavitatis vestibuli hemisphaericae.
m. Fasciculi anterioris filamenta per laminae spiralis initium demissa.
n. Nervi acustici fasciculus posterior.

o. Fasciculi posterioris soluta filamenta tractum spiralem foraminulosum subiturâ.
p. Nervea stamina osseis modioli canaliculis adhuc inclusa.
q. q. Filamentorum nervi acustici inter duo plana laminae spiralis osseae incessus, et divisio penicilli ad modum.
r. r. Fines eorumdem filamentorum in lamina cochleae spirali molli.
.. Zona cochleae mollis spiralis in primo cochleae gyro.
s. Fila nervea canaliculos osseos modioli in secundo gyro penadentia.
t. t. Eorumdem filamentorum distributio penicilli ad modum inter duo plana laminae spiralis osseae secundi gyri.
u. u. Finis eorumdem filamentorum in lamina cochleae spirali molli.
v. v. Infundibulum.
w. Laminae spiralis mollis ultimus semigyrus.
x. Nervus per axim modioli ad cochleae apicem demissus.
y. Nervi ejusdem distributio per extremum apicem laminae mollis spiralis cochleae.
ζ. Exitus scalae tympani in infundibulo.
1. Nervus communicans faciei.
2. Scala tympani in primo cochleae gyro.
3. Scala vestibuli in primo cochleae gyro.
4. Scala tympani in secundo cochleae gyro.
5. Scala vestibuli in secundo cochleae gyro.

FIG. XII.

Ex eodem Opere.

a. a. Lamina spiralis ossea primi gyri.
b. b. Scala tympani.
c. c. Scala vestibuli.
d. d. Lamina spiralis ossea secundi gyri.
e. e. Scala tympani secundi gyri.
f. f. Scala vestibuli secundi gyri.

g. Infundibulum apertum.
h. Laminae spiralis mollis ultimus semigyrus.
i. Nervus per axim modioli demissus.
k. Nervi ejusdem distributio per apicem laminae mollis spiralis.
l. Exitus scalae tympani in infundibulo.
m. Scalae vestibuli finis in infundibulo.
n. n. Zona mollis spiralis.
o. Apicis zonae mollis recurvus margo.

FIG. XIII.

Ex eodem Opere.

a. a. Lamina spiralis ossea primi gyri.
b. b. Laminae spiralis osseae plana duo crebris foraminulis inter se distincta.
c. c. Scala tympani.
d. d. Scala vestibuli.
e. Modioli basis.
f. Modioli apex in secundo gyro cochleae.
g. Lamina spiralis ossea secundi cochleae gyri.
h. Infundibuli initium.
i. Laminae spiralis osseae *hamulus* in infundibulo extans.
k. Hiatus scalae tympani in infundibulo.
l. l. Scalae vestibuli finis in infundibulo.
m. Infundibulum apertum.

FIG. XIV.

Ex Cassebohmi Tractatu de aure humana.

Cochlea aperta ab ea superficie, qua cavitatis tympani parietes inferiorem et externum respicit.

1. 2. Primus scalarum gyrus.

3. 4. Gyrus secundus scalarum.
5. 6. Semigyrus prope apicem cochleae.
a. Scala tympani in primo gyro.
b. Vas sanguiferum in hac scala.
c. Scala eadem in secundo gyro.
d. Scala vestibuli in primo gyro, atque in ea vas sanguiferum.
e. Eadem scala in secundo gyro.
f. Lamina spiralis ossea.
g. Ejus extremitas sive hamulus.
h. i. Puncta haec partem indicant septi membranaceam ab hamulo ad cochleae apicem tendentem, tum scalae vestibuli extremitatem apici cochleae insertam.
k. Foramen septi.
l. l. l. Os quod cochleam tegit.

FIG. XV.

Ex Scarpae Opere superius citato.

a. Nervus acusticus.
b. Nervi acustici sinuositas.
c. Nervus communicans faciei.
d. e. Fibrillae nerveae *Wrisbergii.*

TABULA CI.

OLFACTUS

FIGURA I.

Ex Halleri Icon. Anatomic. Fascic. IV.

Pars capitis ossei sinistra, sectione perpendiculari ab anterioribus ad posteriora recta pergente, a septo divisa.

A. Ossis frontis pars, quae in glabella est, ubi *a.* diploe plurima.
b. Lamina, quae dividit diploen a sinu frontali.
c. - - - anterior crassior ossis frontis.
d. - - - posterior, tenuior, vitrea.
e. Sutura dividens os frontis ab osse maxillari peculiariter dicto.
B. Pars hujus ossis, quam processum nasalem vocant.
C. Ejusdem ossis pars interior, quae orditur medium meatum narium, vasculis picta, quae a vasis ossis spongiosi infimi oriuntur.
D. Pars ossis ejusdem, quae meatum imum narium incipit.
E. Pars alveolaris.
F. Dens incisivus. Reliqui dentes sunt caninus et molares.
G. Pars palati ossei descendens, scilicet alveolaris.
H. Pars superior palati, sive caelum.
I. Ossis sphaenoidei uncus.
K. Ala pterygoidea interna.
L. Tuba cum aliqua parte membranae succingentis fauces.
M. Processus spinosus ossis multiformis.
N. Pars ossis temporum efficiens anteriorem parietem meatus auditorii.

O. O. O. Ossis occipitis pars.

P. Processus mammillaris ossis temporum.

Q. Ossis occipitis pars aliqua in cavea cranii.

R. Sectio processus cuneiformis, in quem os occipitis et multiforme confluunt.

S. Sellae equinae processus posterior.

T. Anteriorum ejusdem processuum pars sinistra.

V. Sinus sphaenoideus sinister totus apertus.

g. Dimidia pars ostii, quo patet in narium posteriorem et supremum meatum.

X. Paries ossis multiformis, qui superius sinum claudit, inferius imminet postremae parti faucium.

Y. Aliqua pars ossis cribrosi, quae cellulas ethmoideas perficit.

Z. Aliqua pars vicina ossis frontis.

h. Paries cellulae ethmoideae maxime anterioris integer.

i. Pars inferior sinus frontalis sinistri.

k. Pars aliqua sinus frontalis dextri.

l. Cellulae ethmoideae primae pars libera seu aperta.

n. Cellula ethmoidea secunda ad dimidiam partem divisa semisepto o.

m. Paries quo cellula prima a secunda separatur.

p. Cellula ethmoidea tertia.

q. Septum quo tertia cellula a secunda separatur.

r. Pars ossis cribrosi, quae cellulam tertiam inferius perficit.

s. Processus ossis ethmoidei.

t. Ostium excretorium cellulae ethmoideae tertiae.

u. u. Meatus narium postremus et superior.

x. Ostium cellulae ethmoideae quae extra ordinem adfuit.

y. Vasa nasalia in eo foramine per quod a fissura spheno-maxillari ad nares subeunt.

z. Pars ossis cuneiformis.

œ. Pars superior, interior, integra ossis spongiosi, quod vulgo *superius* dicitur.

β. Pars ejusdem ossis conchae similis.

γ. Extremitas ejus anterior obtusa: δ. posterior acuta.

ε. ε. Meatus narium medius.

ζ. Lamina descendens ossis spongiosi vulgo superioris.

η. Pars ante eam, qua sinus maxillaris membrana perficitur, et θ. pars posterior etiam membranea.

$\varkappa$. Pars ossis palati, quae eum sinum claudit.

Inter μ. et ν. Os spongiosum vulgo inferius.

μ. Ejus extremitas anterior: ν. posterior.

ξ. Sedes ostii lacrumalis ductus.

π. π. Meatus narium imus.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Pars anterior capitis ossei, quae fit sectione una longitudinali, qua a septo separata est, altera transversa, qua a parte posteriori. Hujus Figurae duae hedrae sunt: interior pertinet ad interiorem partem narium; posterior repraesentat sectionem eàm qua anterior pars dimidii cranii a posteriori resecta est.

A. Ossis frontis lamina anterior.

B. - - - - - - - posterior.

C. Sinus frontalis.

D. Orificium sinus frontalis, quo in cellulam ethmoideam primam patet.

E. E. Cellula ethmoidea prima.

F. Pars parietis ejus interni (Fig. I. *h.*).

G. Processus nasalis ossis maxillae superioris.

H. Sectio ossis spongiosi, quod vulgo superius dicitur.

I. Paries meatus medii narium quo separatur ab appendice superiori sinus maxillaris.

K. Ea appendix, quae continuatur ad *V.* cum sinu maxillari.

L. M. Orbitae paries interior. Pars ejus adusque *L.* pertinet ad os ethmoideum: *M.* pars ad os maxillae superius.

N. Paries osseus terminans appendicem sinus maxillaris.
O. O. Cellulae in crassitie ossis maxillae superioris ejusque parte orbitaria. Earum suprema in cellulam ethmoideam anteriorem aperitur.
P. Orbitae sectio.
Q. Pars orbitae ad os frontis pertinens.
R. Pars ad os malae.
S. Iterum os maxillae superioris.
T. Sinus maxillaris apertus.
V. Foramen, quo sinus ipse cum appendice *K.* continuatur.
X. Pons osseus, quo haec appendix a sinu maxillari separatur, ita tamen ut caveae communicent.
Y. Sectio ossis spongiosi inferioris.
Z. Paries quo sinus maxillaris separatur a cavea narium.
a. Orificium ductus lacrumalis.
b. Meatus narium imus.
c. - - - - - - - - medius.
d. Crassities ossis maxillae superioris.
e. Pars palati.
f. Dens incisivus lateralis.
g. - - caninus.
h. h. Molares duo anteriores.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Capitis ossei partis dimidiae dextrae pars posterior et major, cujus etiam duae facies sunt, anterior et interna.

In hedra anteriori.
A. A. Pars ossis frontis.
B. B. Pars ossis maxillae superioris.
C. Portio ossis malae.
D. Pars osssis multiformis.
E. Fissura orbitaria inferior.

F. F. F. Dentes molares tres postici.
G. Sinus Highmori apertus.
H. Paries quo separatur a naribus.
I. Paries inter appendicem sinus maxillaris et nares.
K. Appendix sinus maxillaris (Fig. II. *I. K.*).
L. L. L. Cellulae orbitariae.
M. Earum communicatio cum cellula ethmoidea prima.
N. Paries inter cellulam ossis cribrosi primam et secundam.
O. Paries orbitae.
P. Paries inter orbitarias cellulas et appendicem sinus Highmori.
Q. Sectio ossis spongiosi vulgo superioris: *R.* inferioris. Facies interna hujus Figurae.
S. Cellula ethmoidea secunda.
T. Paries qui tertiam claudit.
V. Ossis spongiosi imi facies, quae septum narium respicit: *X.* eadem facies in superiori.
Y. Extremitas posterior ossis spongiosi inferioris: *Z.* eadem in superiori.
a. Meatus narium imus: *b.* medius: *c.* supremus.
d. Pars magna sinus sphenoidei lateris dextri: *e.* pars ejusdem sinus, sinistri.
f. Septum sinuum.
g. Os spongiosum supremum *Morgagni.*
h. Paries cellulae ethmoideae quartae.
i. Ejus pars aliqua aperta.
k. Ductus a sinu sphenoideo ad nares.
l. Processus posterior sellae equinae: *m.* anterior.
n. Pars cavi cranii.
o. o. o. Crassities et diploe ossis multiformis variis locis visa.
p. Processus cuneiformis alae pterygoideae.
q. Ala externa.
r. Ostium tubae.
s. Pars faucium naribus contermina.
t. Processus styliformis.

u. Mammillaris processus.
x. Condylus ossis occipitis.
y. Foramen pro nervo noni paris.
z. Linea eminens in eo osse.
α. Os petrosum.
β. Canalis semicircularis anterior: *γ*. posterior.
δ. Foramen auditorium.
ε. Margo osseus palati.
ζ. Margo membranae Schneiderianae.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Septi narium facies sinistra.

A. Os frontis et diploe.
B. Pars sinus frontalis.
C. Crista galli.
D. Pars ossis plani sinistri quae de cellulis ethmoideis deficit.
E. Foramina cribrosa.
F. Lamina ossis ethmoidei, quae septum narium facit.
G. Locus ubi cum osse vomeris committitur.
H. Vomer.
I. Cartilaginea pars septi.
K. *K*. Pars ossis maxillae superioris.
L. *L*. Dentes incisivi interiores.
M. Linea vomeris posterior membrana obducta.
N Pars processus cuneiformis.
O. Pars sinus sphenoidei sinistri, pertinens ad partem *a* Fig. III.
P. Processus clinoideus posterior: *Q*. anterior.
R. Sella turcica.
S. *S*. Partes septi inter duos sinus sphenoideos.
T. Margo inter eum sinum et nares.

FIG. V.

Ex J. C. A. Mayer Anatomische Kupfertafeln III. Heft.

Dextera pars nasi ab interiori delineata cum ossiculis et foraminibus.

A. Os frontis.
B. Apophysis nasalis maxillae superioris.
C. Os turbinatum dexterum, inferius.
D. D. Crassities ossis maxillae superioris.
E. E. Dentes.
F. Ostium tubae Eustachianae.
G. Sectio processus basilaris ossis occipitis.
a. Lamina ossea, quae a nonnullis appellatur os spongiosum superius.
b. Os spongiosum medium.
c. Lamella ossea supra lamellam *a.* descendens, atque ita contorta ut quartum os spongiosum aemulari videatur.
1. Meatus narium inferior: *2.* medius: *3.* superior: *4.* cellula excavata inter lamellam *a.* et *c.*
α. Sinus frontalis dexter.
β β. Cellulae ethmoidales anteriores, cum sinu frontali communicantes.
γ. γ. Stylus viam demonstrans qua sinus frontalis in meatum patet narium medium.
δ. δ. Cellulae ethmoidales mediae.
ε. ε. Stylus qui retro medium os spongiosum transit a cellulis *δ. δ.* ad meatum medium *2.*
ζ. Cellulae ethmoidales posteriores.
η. η. Stylus quo via demonstratur inter cellulas *ζ.* et meatum superiorem narium *3.*
θ. Sinus sphenoidalis dexter.
κ. Ductus a sinu sphenoideo dextro ad nares.
λ. Ostium sinus maxillaris.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

A. Os frontis.
B. Portio superior orbitae sinistrae.
C. Os nasale sinistrum.
D. Os maxillae superioris sinistrum.
E. Ejus processus nasalis.
F. Septum narium cartilagineum.
1.-8. Dentes.
G. Hamulus apophysis pterygoideae interioris.
H. Processus basilaris ossis occipitis.
I. Sella turcica.
K. K. Sectio sinus sphenoidalis.
L. Foramen opticum.
M. Paries orbitae sinistrae interior, sive pars plana ossis ethmoidei.
N. Os lacrymale.
a. Quâ decurrit saccus lacrymalis.
o. o. Foramina ethmoidalia, seu communia.
p. Apophysis orbitalis ossis palati.
Q. Portio parietis orbitae inferioris quae fit ab osse maxillari.
R. Canalis pterygo-palatinus.
S. S. Sectio sinus maxillaris.
T. Portio Labyrinthi narium, penetrans in sinum maxillarem.
u. u. Membrana, qua portio ipsa *T.* colligatur posterius ossi palatino, anterius autem maxillari.
v. Ostium sinus maxillaris.

FIG. VII.

Ex ANTONII SCARPA *Anatom. Annotat. Lib. II.*

Caveae narium dexterae in exsiccato capite perpendiculariter sectae latus externum, in quo turbinata ossa, eorumque canaliculi et sulci conspiciuntur.

A. Sinus frontalis.
B. Cristagalli apex.
C. Os nasi dexterum.
D. Processus nasalis ossis malae.
E. Naris internae cavitas media.
F. Sinus sphoenoideus.
G. Fossa pterygo-palatina.
H. Canalis Vidianus.
I. I. Canalis pterygo-palatinus *anterior major* a parte narium fauciumque apertus.
K. Sulci ex assurgentibus osseis spinis in palato.
L. L. Canalis pterygo-palatinus *minimus.*
M. M. Canalis pterygo-palatinus *minor posterior.*
N. Aditus ad canalem pterygo-palatinum externum.
O. Exitus canalis pterygo-palatini *externi.*
P. Ostium externum canalis carotici.
Q. Ossis occipitis pars.
R. Foramen elipticum pro egressu rami tertii quinti paris.
S. Foramen meningeum.
T. T. Sectio ossis malae, et palati ossei.
U. Naris internae cavitas suprema.
a. a. Sectio laminae ethmoidis secundum ipsius longitudinem.
b. b. Canaliculi ossei, eorumque ostiola in turbinato supremo.
c. c. Canaliculi ossei in turbinato medio.
d. Canaliculi ossei laminae ethmoidis omnium anteriores.
e. e. Canaliculi ossei longiores, quorum nonnulli reflexi secundum longitudinem turbinati medii incedunt.

f. f. Crebra canaliculorum orificia in priori apice, et ora inferiori turbinati medii.

g. Turbinati medii lamina tenuissima, glabra, canaliculis penitus destituta.

h. Sulcus pro nervulo ex nasalibus anterioribus inferioribus paris quinti.

i. Sulcus pro nervulo ex nasalibus anterioribus inferioribus paris quinti.

k. Sulcus pro ramo ex ophthalmico nasali paris quinti. Sulcus hic frequenter suturam occupat, qua os nasi jungitur cum processu nasali ossis malae.

l. Sulcus pro ramo *descendente* nasalis anterioris inferioris.

m. Ejus continuatio per dorsum turbinati imi.

n. Sulci divisio.

o. o. o. Turbinati imi canalis, aut sulcus inferior.

p. Canaliculus posterior, seu dexter pro nervo naso-palatino.

q. Canaliculus anterior, seu sinister pro nervo naso-palatino.

r. Tubulus incisivus aut *Stenonianus* dextri lateris.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Ostendit canaliculos osseos septi narium pro exitu et distributione paris primi retro membranam pituitariam septi ipsius.

A. Sinus frontalis.

B. Sinus sphoenoideus.

C. Processus cristagalli.

E. E. Septi ossei pars superior.

a. a. a. Sulci qui ducunt ad seriem internam foraminum laminae ethmoideae.

b. Rima in priori sede laminae cribrosae ad nares hians.

c. c. c. Canaliculi per mediam regionem septi narium ossei descendentes.

d. d. Canaliculi posteriores.

e. e. e. Sulci, in quos canaliculi supra indicati ulterius ad inferiora elongantur.

f. Canaliculus abiens in sulcum longissimum.

g. g. Linea ducta a processubus clinoideis anterioribus ad suturam tuberis cristagalli cum appendicibus nasalibus ossis frontis.

h. Linea indicans quanta sit altitudo et sinuositas laminae ethmoidis infra processus clinoideos et appendices nasales ossis frontis.

TABULA CII.

OLFACTUS

FIGURA I.

Ex schedis FLORIANI CALDANI (1).

Nasus hominis adulti decorticatus, et a latere sinistro delineatus: cartilaginum syntaxis, quae nasum constituunt, et ligamentum novum septi narium.

a. Cartilago media quae septum narium constituit.
b. Cartilago superior sinistra.
c. d. Cartilago inferior lateralis sinistra, quam dicunt gnomonem referre *c.* pars exterior, quae narium alam constituit: *d.* portio interior reflexa, quae prope septum decurrit, et in planam ovatam laminam abit.
e. Cartilago inferior lateralis dextera, quâ lobum nasi cum socia efficit.
Pone cartilagines *c.* et *b.* cartilago apparet oblonga, cui scalptoris vitio deest nota peculiaris, et *claviculam* appellarunt nonnulli.
f. Cartilago minor inferior et posterior, quae alam nasi perficit prope os maxillare sinistrum.

(1) Nasi cartilagines a cadavere separatas iconibus nobis exhibuit *Ruischius*, et post eum *Loderus*. Cum earum syntaxim in cadaveribus pluries ita praeparare tentaverim, ut uniuscujusque cartilaginis situs et connexio in oculos incurreret, peculiare septi ligamentum detexi, de quo egi in Dissertatione, quae publici juris fiet in Volum. XIII. Actorum Italicae Scientiarum Societatis.

g. Fibrae ligamentosae, quae septum narium cum apophysi nasali inferiori connectunt.
h. Novum septi ligamentum.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Ostendit qua ratione septum narium cartilagineum connatum sit cum cartilaginibus superioribus.

a. Septum cartilagineum narium.
b. Quâ connascitur cum cartilaginibus superioribus *c. c.*
d. d. d. Crassities membranae narium interioris.
e. e. Caveae narium, dextera videlicet et sinistra.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Ostendit quomodo cartilagines inferiores a septo facillime separari queant, et reflectantur ad interiora.

a. a. Ossa nasi.
b. Cartilagines superiores.
c. c. Cartilaginum inferiorum portio exterior.
d. Septum narium cartilagineum.
e. e. Initium portionis interioris cartilaginum *c. c.*
f. f. Cartilagines minores, quae in hoc cadavere perbreve spatium in nasi dorso occupabant inter cartilaginem *b.* et inferiores *c. c.*
g. g. Cartilagines posteriores simul et inferiores, quae respondent *f.* Fig. I.

FIG. IV. V.

Ex Ruischii *Epistola Anatomica problem. VIII.*

Fig. IV. Septum narium repraesentat cum involucro mucoso, suisque vasis arteriosis.

A. Portio ossis frontis.
B. Septum vasis arteriosis superbiens, suntque numerosiora, quam in Icone expressa fuerunt.

Fig. V. Idem septum cum involucro mucoso.

A. Portio ossis frontis.
C. Innumerae glandulae quibus mucosum involucrum praeditum est, et quarum oscula hiantia visui sese exhibent.

FIG. VI.

Ex Mayer *Anatomische Kupfertafeln.*

Sinistram dissecti nasi faciem ita repraesentat, ut ejus septum cum membrana mucosa et vasis veniat in conspectum.

A. Os frontis.
B. Sinus frontalis dexter.
C. Cristagalli.
D. D. Crassities laminae cribrosae ossis ethmoidei.
E. Sella turcica ossis sphenoidei.
G. Sectio sinus sphenoidalis dextri.
H. H. Crassities ossis maxillaris et palatini in regione palati.
I. Palatum.
K. Dens incisivus interior.
L. Portio labii superioris.
M. Portio nasi cartilaginei.
N. Dissectus processus nasalis superior ossis maxillaris.
O. Os nasale dexterum.

Q. Vomer.
R. Cartilago triangularis nasi.
a. a. a. Trunci arteriolarum, quae per mucosum involucrum septi disperguntur.
b. Earum rami, qui per foramina peculiaria (ossi frontali atque ethmoideo communia) cranium penetrant.
c. c. Quâ rami primi Paris nervorum cerebri per cribrosam ossis ethmoidei laminam descendunt, quo fit, ut interna involucri superficies striata quodammodo videatur.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Portio membranae mucosae nasi, vitro conspecta naturalem magnitudinem augente.

a. a. Glandulae, quâ rotundae, quâ oblongae, majores, aut minores.
b. b. b. Earum nonnullae, quae ex duabus glandulis insimul junctis constare videntur.
c. c. Vasa sanguinea per glandulas ipsas disseminata.

FIG. VIII.

Ex Antonii Scarpa Anatom. Annotat. Lib. II.

Sectio capitis perpendicularis ab anterioribus ad posteriora, in qua truncus olfactorii nervi, ejusque rami per faciem posteriorem membranae septi narium distributi, nasalium internorum nervuli nonnulli, et naso-palatinus nervus exhibentur. Olfactorii nervi filamenta per membranam septi narium ducta naturali crassitudine duplo et amplius majora ad lentem delineata.

A. Sinus frontalis.
B. - - - sphoenoideus.

C. C. Facies postica membranae septi narium dexterae, ablato septo osseo et cartilagineo.
D. Membrana fornicis faucium multis mucosis sinubus pervia.
E. Tubae Eustachianae ostium ad fauces.
F. Palati mollis pars glandulosa resecta.
G. Palatum oris membrana obductum.
H. H. Sectio ossis maxillaris, et palati ossei.
I. Sectio processus sphoenoidei.
K. Ossis occipitis pars in cavitate cranii.
L. Foramen pro exitu paris noni nervorum cerebri.
M. Condylus occipitis.
N. Processus mastoideus.
O. Processus styloideus.
P. Processus cristagalli pars.
a. a. Nervus olfactorius externo sui latere aliquantulum elevatus.
b. Sectio nervi olfactorii in transversum trianguli forma.
c. Radix tertia *cinerea* dicta.
d. Radicis tertiae expansio et divisio in plures strias medullares.
e. Paris primi propagines ad septi narium priora demissae.
f. Plures fibrillae una simul per idem foramen laminae cribrosae de cranio egredientes.
g. Olfactorii nervi rami posteriores.
h. Nervus nasalis ab ophthalmico paris quinti.
i. Nervi nasalis ramus *exterior*.
*. - - - - - - *interior*.
k. - - - - interioris ramus *minor*.
l. - - - - - - - - - - *major*.
m. m. Filamenta nervea paris primi omnium anteriora.
n. n. Filamenta nervea paris primi per mediam regionem septi narium descendentia.
o. o. Filamenta paris primi ad septi posteriora.
p. p. p. Zonulae fibrillarum nervearum paris primi.
q. Ramus nervi olfactorii longius ad inferiora progrediens antequam solvat se in filamenta.

r. r. Nervuli nasales e ganglio sphoeno-palatino.

s. s. s. Nervus naso-palatinus.

t. t. Nervus naso-palatinus utriusque lateris descendens ad palatum.

u. u. u. Ramus nasalis ad septum e nervo Vidiano.

x. Coalitus utriusque nervi naso-palatini in Canali incisivo.

y. Utriusque nervi naso-palatini distributio ad papillam membranaceam palati.

FIG. IX.

Ex eodem Opere.

Nervus olfactorius, ejusque distributio per turbinata superiora. Nasales caeteri nervi et Palatini e quinto pari nervorum cerebri. Omnis hic nervorum apparatus sub membrana pituitaria, partim servato periosteo, partim ablato eo, et reseratis osseis canaliculis laminae ethmoideae exhibetur.

a. Nervus olfactorius latere suo interno in exteriora aliquantulum verso, ut fibrillarum series externa, quae a trunco proficiscitur facilius conspici queat.

b. Sectio trunci nervi olfactorii in transversum.

c. Bulbus nervi olfactorii ex medullaribus striis et cinerea substantia coalescens.

d. Fibrillae nervi olfactorii anteriores.

e. Fibrillae mediae.

f. - - - posteriores.

**. *.* Binae fibrillae per unum idemque cribri foramen egredientes.

g. g. Filamenta paris primi per turbinatum superius distributa.

h. h. Rami paris primi per turbinatum medium descendentes.

i. i. Rami primi paris omnium anteriores.

k. k. Filamenta paris primi secundum longitudinem turbinati medii ducta.

l. Turbinati medii pars nerveis filamentis (saltem conspicuis carens.

m. m. Stamina nervea paris primi ad priorem apicem et oram turbinati medii.

n. Nervus nasalis ab ophthalmico paris quinti.

o. Nervi nasalis ramus *internus*.

p. Ejusdem ramus alter *externus*.

q. q. Rami *externi* nervi nasalis filamentum per canalem osseum et sulcum *k*. Tab. CI. Fig. VII. exiens ad narium externarum tegumenta.

r. r. Rami externi nervi nasalis filamenta, quae inter membranam pituitariam et periosteum cavitatis narium anterioris et exterioris decurrunt.

s. Horum alter prope finem, brevi spatio, canali osseo tectus trajicitur.

t. t. Setae demissae per canaliculos insculptos pro nervis naso-palatinis.

u. Canaliculus sinister.

v. Exitus utriusque canaliculi per commune ostium.

w. Tubulus incisivus sinistri lateris.

x. Palati mollis pars glandulosa.

y. Tonsilla dextera.

Δ. Palati mollis pars cornea.

Musculus Levator palati mollis per se satis apparet, scalptoris enim vitio caret nota peculiaris.

1. Ganglion sphoeno-palatinum.

2. 3. 4. Rami *nasales superiores anteriores* e pari quinto.

5. 6. Rami alii duo nasales *superiores anteriores* e pari quinto.

7. Nervi naso-palatini origo.

8. Nervus Vidianus.

9. Surculi duo tenuissimi e nervo Vidiano ad membranam sinus sphoenoidei.

10. Rami duo e nervo Vidiano, quorum prior ad septi inferiora, posterior ad membranam fornicis faucium et tubae Eustachianae.

11. Nervi Vidiani divisio in ramos duos, *superficialem* et *profundum*.

12. Nervus palatinus *major anterior.*
13. Nervi nasalis *anterioris inferioris* origo.
14. Ejus ramus *minor adscendens.*
15. 15. Ejusdem ramus *major descendens.*
16. Ejusdem divisio in ramos duos.
17. 17. Nasalis nervus omnium *inferior.*
18. Palatini nervi *majoris* egressus ad coelum palati.
19. 19. Ejus ramus *minor exterior.*
20. 21. Palatini nervi *majoris* rami duo praecipui ad palatum.
22. 22. Horum distributio et finis in gengivas dentium anteriorum.
23. 24. Palatini nervi *majoris* ramus ad palatum molle glandulosum.
25. Palatinus nervus *minor posterior.*
26. Ejusdem surculi duo ad palatum molle glandulosum.
27. Palatini minoris *posterioris* ramus major, ejusque divisio in
28. 28. Surculos duos ad musculum Levatorem palati mollis.
29. Ejusdem surculi alii duo ad carnem palati mollis.
30. Ramus palatini *minoris posterioris* ad Uvulam.
31. Ramus alter ad tonsillam.
32. 32. Palatinus nervus *externus.*
33. Ejusdem ramus ad tonsillam.
34. Ejusdem ramus alter, partim ad carnem palati mollis, partim ad Uvulam.
35. Origo surculorum nasalium *anteriorum superiorum,* qui ad septi posteriora contendunt Fig. VIII. *r. r.*

TABULA CIII.

GUSTUS

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Linguae facies superior cum portione arcus palati.

A. A. Columnulae *posteriores*, quae arcum palati videntur sustinere. Musculi sunt *palato-pharyngei.*

B. B. Columnulae *anteriores*, quae fiunt a musculi *glosso-staphylinis.*

C. C. Tonsillae seu amygdalae, quae in spatio sedent has columnulas disterminante.

D. Glottis seu ostium laryngis.

d. d. Cartilago quae dicitur *epiglottis.*

E. E. Spatium inter linguae basim et laryngem mucosis folliculis non paucis conspersum.

e. Medium ligamentum basim epiglottidis cum basi linguae connectens.

F. F. Linguae basis.

G. G. - - - - latera.

H. - - - - apex.

m. Foramen linguae *caecum.*

n. n. n. n. n. Papillae *conicae*, *inversae*, seu *truncatae*, seu *vallatae.* Septem, octo, decem plerumque sunt: annulo tumidulo amicitur unaquaeque papilla

r. r. r. r. r. Papillae *fungiformes*, apice obtuso, subrotundo, crassiori.

Reliqua linguae superficies numerosiores papillas exhibet, quae *conicarum* ordinem constituunt, ut ex icone ipsa manifestum est.

s. s. s. s. Rugae transversae *Albini* in linguae lateribus.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Maxilla inferior cum lingua sursum revoluta.

A. A. Maxilla inferior.
B. B. Superficies linguae superior, in qua papillae.
C. Inferior linguae facies.
d. d. *Frenulum*, quod fit ab involucro linguae duplicato. Descendit, et linguam subjectis glandulis alligat.
e. e. Glandulae sublinguales, seu *Rivinianae*. Figuram habent pene ovalem, apice antrorsum converso et contracto.
f. f. Ostium ductus excretorii communis glandulae maxillaris et sublingualis. Glandulae videlicet sublingualis ductus aperitur fere semper in ductum excretorium glandulae maxillaris, qui Wartonianus appellatur, ut saliva ab his glandulis secreta et intra oris caveam effusa alimentis, muco, vapori ab exhalantibus fontibus suffecto admisceatur.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Caput hominis adulti a dextero latere conspectum, in quo, dissecta inferiore maxilla, et detractis exterioribus colli musculis, tum et iis qui ad os hyoideum, et laringem pertinent, et glandulis salivalibus, linguae nervi praecipui et vasa delineata exhibentur.

A. A. Maxilla inferior serra dissecta.
B. Filum sericum, quo inferioris maxillae pars sinistra a superiore diducitur.
C. C. Cutis labiorum dissecta.
D. Coelum palati.
E. E. Os hyoideum.
F. F. Lingua a latere visa.
G. Cartilago scutiformis seu thyroidea laringis.
H. Musculi crico-thyroideis.
K. Initium asperae arteriae.
L. L. Glandula thyreoidea.

M. Musculus Levator scapulae.
N. - - - - Rectus capitis anticus major colli vertebris instratus.
P. Musculus Masseter dissectus.
Q. - - - - Styloglossus.
R. - - - - Stylopharyngeus.
S. - - - - Ceratoglossus.
T. V. Musculus Genioglossus.
X. Arteriae carotidis truncus.
Y. Truncus venae jugularis internae.
Z. Carotis cerebralis seu interior.
a. - - - - superficialis seu exterior.
b. Rami superficiales venae jugularis internae.
c. Arteria thyreoidea superior.
d. Vena thyreoidea superior.
e. Arteria maxillaris exterior, quam alii dicunt labialem.
f. Truncus carotidis quâ sub parotide decurrit.
g. Arteria temporalis.
h. - - - transversalis faciei a temporali procedens.
i. - - - auricularis posterior.
k. - - - lingualis: *l. l.* quâ decurrit serpentino ductu sub musculo ceratoglosso: *m. m.* arteriae lingualis incessus sub lingua: ab ea rami procedunt, qui per linguae carnes disperguntur: *n. n.* surculus minus constans, qui linguam ipsam, sed praecipue musculum genioglossum glandulam sublingualem, et frenulum adit.
p. p. Rami dissecti venarum ad linguam ipsam spectantium.
q. Nervus lingualis e tertio ramo quinti paris nervorum cerebri super musculum styloglossum incedens oblique descendit, et in linguae dorso, et apice fibras penicilli ad instar *r. s.* demittit.
t. t. Nervus vagus, seu decimus cerebri nervus, retro arteriam carotidem descendens.
u. u. Nonus cerebri nervus, sive lingualis medius, dissectus. Cl. *Scarpa* (1) nervi hujus distributionem descripsit et

(1) *Tab. Nevrolog.*

optimis Iconibus illustravit. De eo autem agemus in Tabulis ad nervos pertinentibus.

x. x. x. Nervus glosso-pharyngeus: *y.* rami ad linguam: *z.* rami ad musculum genioglossum: *β.* rami ad musculum ceratoglossum.

δ. Nervus laryngeus internus, qui soboles est nervi vagi, et spatium subit os hyoideum inter et laryngem.

ε. Nervus hypoglossus, olim nonus cerebri nervus sive lingualis, nuperis vero duodecimus cerebri nervorum par.

ζ. Nervus cervicalis tertius.

η. Quartus cervicalium.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Linguam ostendit ex cadavere exemptam, cum nervorum ac vasorum distributione in inferiori ejus facie praeparata.

A. Os hyoideum.

B. B. Linguae latera.

C. - - - - apex.

D. D. Musculus genioglossus, ab inferiore maxilla separatus.

E. E. Musculus ceratoglossus.

F. F. - - - - styloglossus.

G. G. Portio musculi stylopharyngei.

H. H. Arteria carotis.

I. I. Vena jugularis interna.

k. k. Arteria lingualis: *l.l.* quâ sub musculo ceratoglosso decurrit: *m.m.* quâ serpentino incessu linguae apicem petit.

n. n. Surculus per musculum genioglossum, et glandulam sublingualem distributus.

p. p. Truncus venae raninae: *q. q.* ejus rami cera repleti ad apicem usque linguae.

r. r. r. Nervus gustatorius a tertio ramo quinti paris nervorum productus, et ejus rami.

s. s. Truncus nervi octavi paris.

t. t. Quâ nervus vagus a glosso-pharyngeo separatur.

u. u. Nervi glosso-pharyngei distributio.

TABULA CIV.

GUSTUS

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Dorsum linguae, a quo ferventis aquae et macerationis ope periglottis seu mucosum involucrum separatum fuit et revolutum in latere dextro.

A. A. Linguae latera.
B. B. Vide Tab. CIII. *B. B.*
C. Apex linguae.
D. Portio linguae decorticata, quae nudas papillas exhibet.
E. Periglottidis superficies interna papillis instrata.
m. Foramen linguae caecum.
n. Papilla *truncata* prope foramen.
p. p. p. Caeterae papillae truncatae et involucro denudatae, quarum unaquaeque tumidulo annulo circumdatur.
r. r. r. Vaginulae, seu signa periglottidi impressa a papillis *p. p.*
s. s. s. Vaginulae minores, quae *obtusis* minoribus papillis respondent.
u. Ligamentum *e.* Fig. I. Tab. CIII.

FIG. II.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. I.

A. *Extremae linguae humanae pars sinistra a superiore parte exhibita, magnitudine aucta.*
a. a. a. Papillae mediae.

b. b. Papillae minores.
c. c. Papillae minimae.

B. Vertex unius ex papillis mediis, totus tuberculatus.

C. Idem magnitudine multo magis aucta.
a. a. Stamina, quae extrema parte a reliquis declinant.

D. Eadem papilla a latere, quo appareant
a. a. Stamina e quibus constat.

E. Ejusdem species exhibitis solummodo aliquot vasis *a. a.* quae staminibus ejus inhaerent.
b. Extrema vascula porrecta ultra stamina.

F. Portio periglottidis, ex interiore parte exhibita, in qua vaginulae papillis, quas continent respondentes. Earum, quae majores sunt, in fundo praeditae foveolis, quae staminibus respondent, e quibus papillae constant. Quae papillas capitatas continent, iis ostium angustius, fundus amplior, sicuti papillis illis radix gracilior, caput plenius.

FIG. III.

Extrema pars linguae bubulae elixatae, in qua epidermis, et reticulum cutis separatum fuit.

A. Corpus linguae.
B. Epidermis cum papillis detracta ac revoluta.
C. Portio reticuli adhuc linguae cohaerens.
D. D. Major reticuli pars ab epidermide et a lingua separata.
E. E. Corpus linguae integumentis denudatum.

FIG. IV.

E x C a d a v e r e.

Inferior linguae superficies, genioglossis musculis ab invicem sejunctis.

A. A. Inferior superficies linguae.
B. Os hyoideum.
C. C. Portio musculi hyo - glossi, seu musculus ceratoglossus.
D. D. Musculus genioglossus uterque dissectus et in latera reclinatus.
E. E. E. Linea albescens in linguae axi, quam pro ligamento *longe tenuissimo et membranae non absimili* habuit *Vesalius* (1), in quod fibrae carneae, *tamquam in ipsorum firmamentum hominibus, canibus et simiis secus quam bobus et ovibus propemodum, desinere videntur.*
e. e. Nervi glosso - pharyngei.

FIG. V.

E x C a d a v e r e.

Lingua per longum dissecta a summo ad imum et a latere spectata.

A. Superficies linguae superior.
B. Linguae basis.
C. - - - - apex.
D. - - - - facies inferior.
d. Foramen caecum.
E. E. Musculus genioglossus dexter truncatus.
f. f. Pars linguae carnea, cujus fibras *impossibile est separa-*

(1) *De corpor. human. fabr.* Lib. II. Cap. XIX. Icone expressit Fig. 3. I. I. Delineata fuit haec linea etiam a *Cowpero* Tab. XIII. Fig. 9. Nuperrime lineam hanc descripsit quoque experientissimus Amicus noster *Jacobus Penada* in Patavina Universitate Anatomicus Incisor.

re inque lacertos disponere, quibus nomina possis impertire (1).

g. g. g. Corpus papillare cum cute seu involucro linguae mucoso.

h. h. h. Fibrae linguae inferiores, quae a genioglossis musculis videntur produci.

k. k. Linea alba, de qua dictum est in Fig. IV. *E. E. E.*

FIG. VI.

Ex Cadavere.

Pars anterior linguae dissectae, a posteriori parte spectata.

A. Linguae superficies.

b. b. b. b. Crassities corporis papillaris cum cute externa.

c. c. c. Fibrae carneae, septulis *e. e. e. e.* hic illic diremptae.

d. d. Linea albescens, in quam septula *e. e. e.* inseruntur.

f. f. Arteriae raninae truncatae.

g. g. Nervi glossopharyngei truncati.

h. h. Portio musculi genioglossi tam dexteri quam sinistri.

(1) *Haller*, Elementa Physiol. Lib. IX. Sect. II. §. XIV.

VISCERA

L E C T O R I

S.

Si in Albini, Halleri, *ac recentioribus* Scarpae *ac* Soemmerringii *Tabulis eam diligentiam ac nitorem omnes admirantur, ut mutum in simulacrum (* Tullii *verbis utar) ex animali exemplo veritas translata videatur, et si in tactus, auditus ac gustus organis adumbrandis neque laboribus neque vigiliis pepercimus, ut omnia ad veritatem adducta nil haberent quo veterum Anatomicorum studia in humano corpore delineando desiderarentur; summopere nobis pertimescendum est, ne in Tabulis quae ad viscerum situm et syntaxim pertinent quis aliquid inveniat, in quo nos subaccuset et reprehendat. Non enim formosae virgines, quales Zeusis quaesivit a Crotoniatis ad Helenae simulacrum pingendum, sed exanima corpora aliis atque aliis morbis macieque consumpta pictori tradita sunt, atque una simul praeceptum, ut vivi hominis formam nulloque morbo laborantis deprompta a cadaveribus imago contineret. In quo opere perficiendo quot nacti simus difficultates ii tantum intelligent qui idem velint experiri. Diversissima enim in variis corporibus partium forma et magnitudo, adeps in nonnullis copiosus nimis, deficiens in aliis, exsuccae membranae, nexus praeter naturam in causa sunt, cur pluribus etiam, si fieri posset, cadaveribus dissectis et praeparatis neque hepatis limites, neque lienis moles, nec tortuosus et inconstans intestinorum anfractus ex cadaverum ipsorum comparatione tuto possit assignari. Et hinc factum est saepissime, ut desumptis ex uno cadavere rudioribus viscerum lineamentis, cum repetita alterius corporis sectione lineamenta ipsa expolire pictor vellet, umbras luminibus opponere, minimas quasque eminentias et foveas diligenti stylo circumscribere, anceps haeserit ipse, cum tantam in partium conformatione discrepantiam admiraretur. Istiusmodi differentiis adde vitia aut congentia aut a morbis relicta, tumores, obstructiones, aetatem, ipsius mortis effectus. Quod si veteres Anatomicorum Tabulas in his figuris effingendis nobis ad exemplum proponere data fuisset facultas, quis eorum, qui haec animadvertunt non intelligit nullum*

opus extare, ex quo verissimam viscerum omnium syntaxim fere naturali magnitudine pictam excerpere potuissemus? Loderus *solus inter nuperos hanc Ichnographiae anatomicae partem minime neglexit; verum praeterquamquod syntaxim illam non nisi ab anteriore parte conspexit, et posteriori in facie* Ludwigium *secutus compagem hanc ex infante tenello delineavit, accuratiorem operam Tabulae postulabant, etsi non dubites eas pulchras dicere. De* Ludwigii *Tabulis nihil addendum putamus, cum ipse* non satis perfectam sectionis administrationem *fuisse fateatur (1). Quapropter id nobis curae esse debuit, ne aliorum vitia effugientes in novis edendis Tabulis in nova vitia offenderemus. Et revera postquam posteriorem viscerum apparatum in adulto homine summo labore repetitis sectionibus deteximus et binis iconibus exprimere curavimus, utilissimum nobis fore videbatur, si Syntaxis ipsa a latere describi posset et demonstrari. Res vero ex voto successit, atque id certius audemus affirmare, quod cum* Gerardi Sandiforti *Tabulae (2) ad manus nostras pervenerint, in quibus lateralem viscerum adspectum exhibuit, non tam eas rudiori scalpello signatas vidimus, quam nullam, quod maximum est, partium in iis proportionem invenimus. Et sane si eadem servata symmetria* Sandiforti *Tabulas ad veram humani corporis magnitudinem pictorum methodo redigere velis, videbis profecto quantum a pube os sacrum distet, quae caeci intestini et vesicae moles sit, quâ podex respondeat, quodnam spatium inter sternum et cor, inter coccygem et anum intersit. Quae omnia ideo dicta fuisse volumus, ut noscas, Lector, nos id tantummodo nobis ipsis proposuisse, ut utilitati tuae studiis nostris prospiceremus: quod si tibi adhuc nonnulla plane perfecta non videntur, vitia illa locorum distantiae, siquidem Scalptores Venetiis degunt, aut inscitiae nostrae, non negligentiae tribuere velis aut inconsiderantiae. Vale.*

Datum Patavii Kal. Junii MDCCCVI.

(1) Icones cavitatum thoracis et abdominis a tergo apertarum. *Lipsiae* 1789.
(2) Gerardi Sandifort *Tabulae anatomicae. Lugd. Batav.* 1801.

TABULA CV.

Ex Cadavere.

Situs viscerum ab anteriore parte, vix aperto cadavere.

A. A. Anguli maxillae inferioris.
B. Os hyoideum.
C. C. Musculi biventris tam dexteri quam sinistri venter anterior maxillae affixus. *D.* Musculi sinistri tendo.
E. E. Glandulae maxillares.
F. F. Cartilago scutiformis laryngis, sive thyreoidea.
f. f. Membrana ligamentosa robusta inter cartilaginem thyreoideam et os hyoideum.
G. Cartilago cricoidea.
g. Ligamentum quo cartilago cricoidea conjungitur cum thyreoidea.
H. Glandula thyreoidea.
I. Initium tracheae.
i. Arteria carotis sinistra.
K. Vena jugularis sinistra.
k. k. Venae duae thyreoideae superiores.
L. L. Claviculae truncatae.
M. M. Scapularum superficies interior.
N. N. Caput scapulae in quo fossa glenoidea pro humeri articulatione.
m. m. Processus scapulae anchoroides, seu coracoides.
n. n. Acromion.
O. Concursus venarum, quae dicuntur subclaviae.
P. Q. Vena subclavia sinistra.
R. Quâ vena jugularis sinistra aperitur in subclaviam sui lateris.
S. Arteria carotis dextera.
T. Pericardium in quo cor continetur.

U. V. X. Pulmo dexter, in tres lobos tributus: *U.* superior, *V.* medius, *X.* inferior.

Y. Z. Pulmo sinister, cujus *Y.* est lobus superior seu anterior, *Z.* vero inferior.

β. β. Laminae pleurae, quae ad sternum usque protensae constituebant anteriorem partem *mediastini*.

γ. γ. γ. Diaphragma dissectum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Costae truncatae.

δ. ε. Hepar: *δ.* Lobus major dexter: *ε.* minor et sinister.

ζ. Vesicula fellis.

η. Ligamentum hepatis suspensorium.

κ. Ligamentum rotundum hepatis, quod extenditur ad umbilicum usque.

λ. λ. Stomachus seu ventriculus.

μ. Pylorus.

ξ. Lien.

Π. Π. Omentum magnum.

π. Parva omenti portio inter ventriculum et lienem.

ρ. ρ. Arteriae et venae gastro-epiploicae per omentum decurrentes.

Σ. Σ. Intestina tenuia.

Φ. Φ. Abdominis musculi cum integumentis resecti et ad latera revoluti.

Ψ. Ψ. Peritonaeum musculos vestiens abdominis ab interiore parte.

Ω. Ω. Arteria epigastrica cum venis sociis.

y. Urachus.

z. z. Arteriae umbilicales.

TABULA CVI.

Ex Cadavere.

Truncato collo, diductis pulmonibus, aperto pericardio, elevato hepate, et omento detracto, caeterorum viscerum situs ostenditur, additis testibus.

A. Trachea.
B. Pulmo dexter.
C. Sinistri pulmonis lobus superior: *D.* inferior.
E. E. Portiones pericardii aperti.
F. Cordis situs naturalis.
G. Arteria *pulmonalis* e corde erumpens.
H. Arteria *aorta.*
I. Auricula dextra, seu anterior.
K. Vena cava superior, vel descendens.
i. Auricula sinistra, seu posterior.
L. Arcus arteriae aortae.
a. Arteria dextra adscendens ab arcus aorte convexitatae, quae dicitur arteria *innominata,* quae paulo post in duos finditur ramos, scilicet *b. carotis* dextra, et *c. subclavia* dextra.
d. Carotis sinistra.
m. n. Venae subclaviae.
M. M. Diaphragma dissectum.
N. N. Hepatis lobus dexter et sinister a parte posteriore.
O. Pons seu isthmus hepatis.
o. Ligamentum rotundum hepatis per *fossam* umbilicalem decurrens: *z.* Tab. CV.
P. Lobus minimus hepatis trans parvum omentum pellucens.
p. Ductus hepaticus.

q. Ductus cysticus.

r. r. r. r. Omentum minus, seu hepatico - gastricum, sub quo tamquam sub velo tertius hepatis lobus, et pori biliari, et pars venae portarum manifesto conspicitur.

R. Initium ventriculi ab oesophagi dilatatione.

S. Saccus caecus ventriculi.

T. Fundus ventriculi ipsius, seu arcus major.

U. Arcus minor.

X. Orificium ventriculi inferius et dexterum, cui *pylorus* nomen est.

Y. Initium intestini duodeni, quod cum pyloro continuum.

Z. Lien.

s. s. s. s. Portio omenti majoris a stomacho usque ad intestinum colon.

t. Intestinum caecum, a quo adscendit colon sub hepate qua in sede flectitur, et quasi recta sub ventriculo pergens *u. u. u. u.* in sinistrum abdominis latus immigrat: ubi cum pervenerit sursum effertur, et flexu facto in posteriora descendit *x. x.* per epicolicam regionem sinistram.

v. y. Unum ex ligamentis intestini coli.

z. z. z. z. Intestina tenuia, jejunum videlicet et ileum, quorum divisio nequit accurate demonstrari; ita ut anatomici id unum se affirmare posse contendunt: jejunum ileo brevius esse, et sedem occupare, quae in abdomine est supra umbilicum.

β. β. Ossa ischii.

γ. γ. Cavitas cotyloidea pro femoris articulatione.

δ. δ. Corpora nerveo - spongiosa, seu cavernosa penis truncata.

ε. ε. Involucrum nervosum eorum corporum *δ. δ.*

ζ. Corpus cavernosum urethrae.

η. Foramen urethrae.

θ. Portio ligamenti suspensorii penis.

κ. Vena penis media truncata.

λ. λ. Arteriae penis truncatae.

μ. μ. Funiculus spermaticus sinister cum musculo cremastere.
ξ. Tendineae fibrae cremasteris in telae modum dispositae.
π. Funiculus nudus.
σ. Funiculus spermaticus propriis tunicis indutus detracto cremastere.
Σ. Corpus testis propria vaginali vestitum.
σ. Caput epididymidis.
τ. τ. Cellulosa lamina exterior.
ϕ. Vaginalis communis.
ψ. ψ. Scrotum.
ω. Septum scroti.

TABULA CVII.

Ex Cadavere.

In hoc feminino cadavere detracti fuerunt pulmones, hepar, tenuia intestina; colon autem nonnihil elevatum, ut mesenterium conspici possit. Ita etiam flexura coli quâ in rectum abit parumper inferius delineata.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Costae truncatae.
A. Cordis ventriculus anterior.
B. - - - - - - - - posterior.
C. - - - auricula dextra, sive anterior.
c. - - - - - - - sinistra, sive posterior.
D. Arteria pulmonalis e corde erumpens.
E. Ejus ramus, qui in sinistrum pulmonem ferebatur.
F. Ramus alter major, qui pone aortam et cavam venam decurrens dexterum pulmonem ingrediebatur.
f. Ligamentum solidum, quod in faetu *tubus* fuerat *arteriosus*.
G. Arcus aortae.
g. Arteria innominata.
h. Carotis sinistra.
i. Arteria subclavia sinistra.
H. Vena cava descendens seu superior.
I. - - - subclavia dextra.
K. - - - - - - - - - sinistra.
L. L. L. Diaphragma.
M. Ventriculus.
N. Duodenum intestinum inter mesocoli duplicaturam inflexum viam sibi aperiens inter laminas ipsius mesocoli *O.*
O. Quâ duodenum intestinum *jejuni* nomen accipit, seu initium intestini jejuni.

P. Quâ ileum intestinum in colon aperitur, seu finis ilci.

Q. Intestinum caecum, adscendens *R.* in regionem epicolicam dextram, dein quasi rectâ pergit *S. S.* ad sinistrum latus abdominis, descendit per epicolicam regionem sinistram *T. T.* sub liene. Hinc in iliaca regione reflectitur *U. U.* accedit ad ultimam lumborum vertebram *X.* et ab ea recte deorsum contendit *Y.* et incipit esse *Rectum.*

q. Appendicula vermiformis, proprio alligata mesenterio *r.*

Z. Centrum mesenterii.

β. β. β. Pars mesenterii, cum qua intestina tenuia cohaerebant in cadavere.

γ. δ. ε. Mesocolon.

ζ. Vesica urinaria.

η. Fundus uteri.

θ. θ. Extrema pars tubarum Falloppii, quibus nonnihil interius subjacent ovaria, propriae litterae indicio destituta Scalptoris errore.

κ. Arteria cruralis.

λ. Vena cruralis.

μ. Funiculus vasorum spermaticorum.

π. π. Ureteres.

ρ. ρ. Arteria hypogastrica.

σ. Arteria umbilicalis.

TABULA CVIII.

Ex Cadavere.

Detractis pulmonibus, corde, hepate, intestinis, apparet situs oesophagi, stomachi, lienis, renum, ureterum, vescicae urinariae.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Costae.

A. Truncus aortae, dissectus quâ e corde surgit.

B. Arcus aortae.

a. b. c. Rami tres arteriosi ab arcu aortae: *a.* arteria *innominata*, *b.* carotis sinistra, *c.* subclavia sinistra.

C. Portio aortae per pectus descendens nonnihil a sinistris.

D. Aorta abdominalis.

E. Aortae divisio ad sedem quartae lumborum vertebrae in ramos duos *F. G.* qui *iliacas* arterias constituunt, dexteram videlicet et sinistram.

H. H. Arteriae *iliacae exteriores*, quae superato ligamento *σ.* in *crurales* mutantur *K. K.*

I. I. *Iliacae* arteriae *interiores*, seu *hypogastricae*.

L. Truncus venae cavae adscendentis quâ per diaphragma ad dexterum migrat cordis sinum.

M. Truncus idem in abdominis parte inferiore, qui sanguinem recipit a venis iliacis *N. O.*

P. Vena *sacra media*, quae in Icone umbris distincta sociam habet arteriam ejusdem nominis.

Q. Q. Venae *iliacae externae*, quae abeunt in *crurales*.

d. d. Arteria *spermatica dextra*, ab aortae facie anteriore producta.

e. e. Arteria *spermatica sinistra*.

R. R. Venae *spermaticae*, quarum ea quae a dexteris est finem habet plerumque in truncum venae cavae: sinistra in venam renalem sui lateris.

S. S. Funiculus vasorum spermaticorum, in quo multiplex apparet venularum anastomosis, quae palmitibus suis

retia efficiunt, et constituunt corpus *pyramidale* seu *pampiniforme*.

T. T. Diaphragma.

V. Oesophagus, qui recta fere descendit ante corpora vertebrarum in pectore.

X. Quâ oesophagus in ventriculum explicatur. Huic superiori orificio ventriculi nomen fecere *cardia*.

Y. Anterior facies ventriculi.

Z. *Saccus caecus* ventriculi, quâ ventriculus ipse intumescens assurgit contra diaphragma.

Γ. *Sinus ante pylorum.*

Δ. Situs pylori, seu orificii inferioris ventriculi.

Θ. Initium duodeni intestini.

Λ. Lien.

Π. Portio pancreatis.

Σ. Φ. Ψ. Ren dexter: Σ. facies anterior: Φ. extremitas superior, crassior: Ψ. extremitas inferior.

Ω. Ω. Ureteres. *β. β.* Quâ in posteriore pelvis decurrunt.

γ. Vesica urinaria.

δ. ε. ε. Rectum intestinum: *ε. ε.* appendices epiploicae ab ampullis seu vesiculis pinguedineis oblongis efformatae.

ζ. Synchondrosis ossium pubis.

η. θ. κ. λ. μ. ξ. Penis truncatus: *η. η.* corpora ejus cavernosa seu nerveo-spongiosa: *θ. θ.* Involucrum eorumdem corporum: *κ. κ.* Arteriae *dorsales* penis: *λ.* Vena socia dorsalis: *μ.* Foramen urethrae: *ξ.* ejusdem urethrae substantia nerveo-spongiosa.

π. π. ρ. ρ. Ductus deferens, qui ab epididymide surgens, cellulosa tunica interveniente cum spermaticis vasis cohaeret: *ρ. ρ.* quâ secedit a vasis spermaticis, et ad interiora inclinatur, ut in inferiorem et posticam vesicae sedem descendat.

σ. σ. Ligamentum Poupartii.

f. Arteria meseraica inferior ab anteriore aortae abdominalis facie erumpens.

g. g. Arteriae umbilicales, quae in adulto corpore obcaecatae sunt, et in ligamentum conversae.

TABULA CIX.

Ex Cadavere.

Cadaver virile a dextro latere conspectum, cute, musculis, costis, et innominato osse dextero detracto.

A. A. Spina dorsi.
B. B. Os sacrum.
D. E. Ossicula coccygis.
F. G. H. I. Sterni os. *F.* Pars ejus superior, quae a nonnullis dicitur *manubrium*: *G.* Corpus: *H.* Acies, seu os inferius, cujus extrema pars cartilaginea est: *I. I.* ligamenta quibus haec ossa continentur.
K. K. K. Integumenta communia imi ventris una cum musculis.
L. Umbilicus.
M. Os pubis sinistri lateris, dissecta synchondrosi.
N. O. P. Pulmo dextri lateris, in tres lobos divisus.
Q. R. Diaphragma: *R. R. R.* Extrema hujus musculi a costis separata.
S. Ren dextri lateris extra peritonaeum situs.
T. Margo inferior hepatis per peritonaeum transparens.
V. Vesica fellea.
W. W. Omentum transparens.
X. Intestinum coecum eâdem membrana tectum.
Y. Initium coli e coeco surgens in regione epicolica dextra.
Z. Γ. Intestinum rectum, cujus pars superior *Z.* peritonaeo inclusa.
Δ. Anus.
Θ. Λ. Sphincter ani externus, cujus mucro posterior Λ. adhaeret coccygi extremo.
Ξ. Ureter dexter.
Π. Vesica urinaria lotio distenta superiore sui parte peritoneo contecta.

Σ. Vesicula seminalis dextra.

Φ. Glandula prostata.

Ψ. Bulbus urethrae cui fibrae adhaerent carneae.

Ω. Glandula *Cowperi*.

b. c. Funiculus spermaticus.

d. e. f. f. Corpus penis nerveo - spongiosum dextrum: *e.* sectio ejusdem, quâ ab ischii ossis tubere oriebatur: *f. f.* tunica valde robusta, quae corporibus ipsis limites constituit.

g. Pars urethrae intra prostatam et bulbum.

h. Musculus *accelerator* urethrae dexter.

i. Musculus *erector* penis dexter.

k. Penis.

l. Scrotum.

m. Ductus deferens.

n. Vena iliaca exterior dextera.

o. Arteria iliaca *exterior* dextera.

p. Arteria iliaca *interior* dextera.

q. q. r. Arteria umbilicalis.

1. - 12. Vertebrae dorsi.

I. - V. Lumborum vertebrae.

Musculus Psoas Scalptoris errore littera *T.* notatus fuit, cum inferiore hepatis limbo non confundendus.

TABULA CX.

Ex Cadavere.

Idem Cadaver Tabula CIX. delineatum, detracto rene dextero, et peritonaeo, truncatis vasis iliacis, elevato diaphragmate.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Ut in Tab. CIX.
I. II. III. IV. V. Ut in Tab. CIX.
A. - O. Ut in Tab. CIX.
P. Facies interior elevati diaphragmatis, quâ hepati respondet.
Q. Hepatis lobus dexter major.
R. Fovea pro rene dextero.
S. Vesicula fellea.
T. Musculus Psoas magnus.
V. Appendix dextera diaphragmatis.
W. Intestinum coecum.
X. Portio coli intestini adscendens per epicolicam regionem dexteram.
Y. Intestinum colon transversum.
*. Ventriculus.
Z. Z. Intestina tenuia.
Γ. Γ. Γ. Quâ peritonaeum dissectum est.
Δ. Portio inferior vesicae urinariae nuda.
Θ. Vesicae pars superior peritonaeo contecta.
Λ. Ureter dexter.
Ξ. Pars anterior intestini recti peritonaeo induta.
Π. Intestinum rectum.
Σ. Anus.

Φ. Musculus sphincter ani.

Ψ. Funiculus vasorum spermaticorum in abdomine.

Ω. Quâ funiculus de abdomine exit.

β. β. Ductus deferens dexter, qui a spermaticis vasis secedens inclinatur ad posticam sedem vesicae urinariae.

γ. Vesicula seminalis dextera.

δ. Prostata.

ε. Insignis *Cowperi* glandula in hoc cadavere observata inter prostatam et bulbum urethrae. Pisi magnitudinem plerumque adaequat.

η. Vasa plurima dissecta, quae plexum constituunt vasorum *labyrinthi* nomine a nonnullis Anatomicis insignitum.

θ. Corpus penis nerveo-spongiosum seu cavernosum dexterum ab ischii osse separatum.

TABULA CXI.

Ex Cadavere.

Mulieris cadaver a sinistro latere conspectum, cute, musculis, costis, et innominato osse sinistro detracto.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Ut in Tab. CIX.
I. II. III. IV. V. Ut in Tab. CIX.
A. - M. Ut in Tab. CIX.
N. O. Pulmo sinister, ex duobus lobis coalescens.
P. Portio pericardii.
Q. R. R. Ut in Tab. CIX.
S. Limbus sinister lobi hepatis sinistri.
T. W. Abdominis cavea peritonaeo circumdata: *W.* quâ omentum transparet.
V. Ren sinistri lateris extra peritonaeum.
X. Musculus psoas sinister.
Y. Ureter sinister.
Z. Vesica urinaria.
Γ. Rectum intestinum.
Δ. Anus.
Θ. Vulva.
Λ. Clitoris.
Ξ. Clitoridis corpus cavernosum sinistrum.
Π. Vagina.
Σ. Corpus uteri peritonaeo abdominis inclusum.
Φ. Φ. Ligamentum uteri teres sinistrum.
Ψ. Vasorum spermaticorum funiculus.
Ω. Nervus ischiadicus ad posteriora revolutus.
β. Arteria iliaca exterior sinistra.
γ. Vena iliaca exterior sinistra.
δ. Arteria iliaca interior sinistra.
ε. Vena iliaca interior sinistra.
ζ. ζ. Arteria umbilicalis.

TABULA CXII.

Ex Cadavere.

Idem cadaver mulieris Tabula CXI. delineatum, elevato pulmone sinistro, truncato diaphragmate et vasis iliacis, abscisso peritonaeo et omento.

1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. Ut in Tab. CIX.
I. II. III. IV. V. Ut in Tab. CIX.
A. - M. Ut in Tab. CIX.
N. Facies exterior lobi superioris pulmonis sinistri.
O. Ejusdem lobi facies interior.
P. Lobus inferior pulmonis sinistri.
Q. Ejus lobi pars concava insidens diaphragmati.
R. S. Cor pericardio circumdatum.
T. Arteria aorta, ex cujus arcu arteriae erumpunt *U.* innominata, *V.* carotis sinistra, *W.* subclavia sinistra.
X. Arteriae pulmonalis ramus sinister.
Y. Y. Venae quae ad cor sanguinem a sinistro pulmone reducunt et in sinum aperiuntur quadratum.
Z. Z. Nervus phrenicus sinister.
*. * Ramus recurrens nervi octavi paris sinistri.
Γ. Γ. Γ. Diaphragma dissectum.
Δ. Musculus psoas sinister.
Θ. Lien (In Tabula lineari scalptoris vitio deest divisio lienis a rene sinistro.
Λ. Ventriculus.
Ξ. Ξ. Quâ omentum dissectum fuit.
Π. Lobus hepatis sinister.
Σ. Portio transverso intestini coli.
Φ. Flexus intestini coli prope lienem.
Ψ. Portio coli intestini ad iliacam sinistram regionem descendens, ubi Ω. reflectitur in superiora ad postremam lumborum vertebram.

β. γ. Rectum intestinum: β. pars ejus superior et anterior peritonaeo contectum.

δ. Anus.

ε. ε. ε. ε. Intestina tenuia.

ζ. η. Vesica urinaria: ζ. pars superior peritonaeo contecta.

θ. Ureter sinister truncatus.

κ. Ureter sinister quâ in vesicam aperitur.

λ. Urachus

μ. Ostium vaginae.

ξ. Corpus clitoridis nerveo - spongiosum sinistrum truncatum.

π. Clitoris.

ρ. Vagina.

σ. Uterus.

τ. Tuba Falloppii sinistra.

φ. Expansio tubae foliacea, seu laciniae quae ab extremitate tubae pendent.

ψ. Ovarium sinistrum ope expansionis membranaceae ω. tubae adnexum. Expansio illa vasis ornata a peculiari forma nonnullis dicitur *ala vespertilionis*.

TABULA CXIII.

Ex Cadavere.

Cadaver hominis adulti a posteriori parte delineatum, demptis musculis et vertebris dorsi et lumborum, costis dissectis, abscisso diaphragmate.

A. Vertebra dorsi suprema.
B. B. Costae primae.
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Caeterae costae ex ordine.
C. C. Ossa iliûm.
D. D. Tuber ischii.
E. Os sacrum.
F. Vertebrae coccygis.
G. G. Diaphragmatis crassities.
H. Pulmo sinister.
I. Dexter pulmo.
K. Oesophagus.
L. L. Portio peritonaei abdomen universum posterius cingentis.
M. Hepar.
N. Lien.
O. O. O. Intestina tenuia, quae dempto peritonaeo in oculos incurrunt.
P. Pars dextera ascendens intestini quod colon dicitur.
Q. Qua colon descendit in regione epicolica sinistra.
R. R. Renes.
S. S. Capsulae atrabilares, seu renes succenturiati.
T. T. Arteriae aortae facies posterior.
U. Arteria iliaca sinistra.
V. W. Arteriae renales.
X. Truncus venae cavae.

Y. Z. Venae renales.

***. Nervus oesophagus.

a. Facies concava renis succenturiati sinistri, qua supremae parti renis incumbit.

b. b. c. c. Arteriae intercostales et lumbares a postica aortae facie erumpentes.

d. Arteria sacra media ex angulo procedens quem duae arteriae iliacae intercipiunt.

e. e. Arteriae capsulares.

f. f. Arteria spermatica sinistra.

g. g. Dextera arteria spermatica.

h. Vena capsularis sinistra, quae in renalem sui lateris aperitur.

i. Capsularis vena dextera cum trunco cavae communicans.

k. k. l. l. Venae spermaticae.

m. m. Venae lumbares.

n. o. Venae iliacae primariae seu communes.

p. p. Ureteris initium a pelvi renum.

q. q. Ureteres.

β. Anus.

γ. Bulbus urethrae.

δ. δ. Musculi levatores ani.

ε. ε. Musculi transversi perinaei.

ζ. ζ. Nervi pudendales longi inferiores.

η. η. Musculus obturator internus.

θ. θ. Ligamentum sacro - ischiadicum majus, seu ligamentum tuberoso - sacrum.

TABULA CXIV.

Ex Cadavere.

Idem Cadaver Tabula CXIII. repraesentatum dempto osse sacro, renibus, capsulis atrabilaribus, ureteribus, arteria aorta, peritonaeo.

A. - D. Ut in Tab. CXIII.
2. - 10. Ut in Tab. CXIII.
E. E. Diaphragma sectum.
F. Pulmo sinister.
G. Pulmo dexter.
H. Oesophagus.
I. Trachea.
K. L. Bronchia.
M. Pericardium.
N. Arteria aorta, quâ per pectus et abdomen discendebat.
O. O. Venae pulmonales.
P. Truncus venae azygae.
Q. Ventriculus.
R. Hepar.
S. Truncus venae cavae adscendentis.
T. Lien.
U. Vena portarum, in quam sanguis traducitur venae *V.* lienalis, *W.* meseraicae, *X.* haemorrhoidalis.
Y. Arteria splenica.
Z. Arteria hepatica.
Γ. Arteria mesenterica.
Δ. Ductus coledochus.
Θ. Θ. Pancreas.
Λ. Origo mesenterii a vertebris lumborum.
Π. Π. Intestinum duodenum.

Σ. Σ. Intestina reliqua tenuia.
Φ. Pars intestini quod colon dicitur a dextris.
Ψ. Flexus ejusdem intestini prope hepar.
Ω. Portio intestini ejusdem a sinistris.
a. Quâ intestinum colon a regione iliaca sinistra adscendit in superiora, ut deinde deorsum contendat *b. b.* et *Rectum* appellatur.
*. Anus.
c. c. Vesicae urinariae paries posterior.
d. d. Ureteres.
e. e. Vesiculae seminales.
f. f. Ductus deferentes.
g. g. Musculi levatores ani truncati.
h. h. Musculi obturatores interni.
Caetera ut in Tabula CXIII.

TABULA CXV.

FIGURA I.

Ex Historia systematis salivalis, Auctore Io. Barth. Siebold.

A. Auris externae lobulus sursum elevatus.
B. Processus zygomaticus ossis malae.
C. Superficies externa corporis maxillae inferioris.
D. Os hyoideum.
E. Glandula parotis.
F. F. Ductus Stenonianus.
G. Glandula submaxillaris.
H. Glandulae labiales superiores.
I. - - - - - - inferiores.
K. Glandulae thyroideae pars.
L. L. Musculus masseter.
M. - - - buccinator.
N. - - - zygomaticus major.
O. Musculi orbicularis palpebrarum pars exterior.
P. Musculus levator anguli oris.
Q. - - - orbicularis oris.
R. - - - depressor anguli oris discissus.
S. - - - quadratus menti.
T. - - - temporalis.
U. - - - attollens auriculae.
V. Musculi tres retrahentes auriculae.
W. Musculus occipitalis.
X. X. - - - platysmamyoides cuti reclinatae insertus.
Y. - - - sternocleidomastoideus.
Z. Z. - - - omohyoideus.
Α. - - - hyothyroideus.
Β. - - - sternothyroideus.
Γ. - - - sternohyoideus.

Δ. Δ. Musculus biventer cervicis.
E. - - - splenius capitis.
Z. - - - levator scapulae.
Θ. Musculi scaleni.
I. I. Truncus carotidum communis.
K. Carotis externa. Λ. Interna.
M. Arteria thyroidea superior.
N. - - - maxillaris externa: *a.* ramus ad musculum triangularem menti et platysmamyoideum: *b. b.* rami masseterici: *c.* arteria submentalis: *d.* arteria labii inferioris: *e.* arteria coronaria labii inferioris: *f.* arteria coronaria labii superioris: *g.* nasalis lateralis: *h.* nasalis inferior et media: *k.* ramus anastomoticus cum arteria infraorbitali.
Ξ. Arteria occipitalis: *m.* auricularis posterior: *n.* auricularis inferior ex posteriori: *o.* ramus massetericus ex trunco carotidis externae.
Π. Arteria transversa faciei: *p.* ramus massetericus: *q. q.* rami ad laminam aponeuroticam musculi temporalis eamque perforantes: *r.* ramus ad musculum masseterem: *s. s.* rami ex eodem ramo *r.* ad ductum Stenonianum: *t.* ramus cum palpebrali communicans: *u.* ramus ad musculum zygomaticum majorem.
P. Arteria temporalis superficialis: *w.* arteria temporalis media: *x.* auricularis superior: *y.* temporalis superficialis posterior: *z.* temporalis superficialis anterior.
Σ. Arteria infraorbitalis: *α.* ramus anastomoticus cum labiali: *β.* ramus anastomoticus cum nasali laterali.
T. Ramus arteriae palpebralis inferioris: *γ.* ramulus ad musculum orbicularem palpebrae externum: *δ. δ.* ramuli cum transversa faciei communicantes.
Y. Arteria mentalis: *ε.* ramus posterior cum arteria labiali connexus: *θ.* ramus medius cum eadem communicans: *λ.* ramus anterior musculo quadrato insertus.
Φ. Arteria cervicalis adscendens: *μ.* arteria pharyngea adscendens.

I. Nervus occipitalis maximus posterior a secundo nervo cervicali.

II. Fasciculus nervorum cervicalis paris tertii: *1.* nervus occipito-auricularis recurrens: *2.* nervus subcutaneus colli medius superficialis minor: *3.* nervus auriculae medius: *4.* nervus subcutaneus colli magnus profundus: *5.* ramus ejus superior et adscendens: *6.* ramulus ejusdem externus: *7.* ramulus internus: $\pi.\pi.\pi.\pi.$ filamenta nervea, quae substantiam parotidis intrant: *8.* nervus ramuli interni cum duri ramo anastomotico colli superiori communicans: *9.* ramulus superior adscendens rami inferioris ex subcutaneo colli magno profundo.

III. Fasciculus nervorum cervicalis quarti.

IV. Nervus cervicalis quintus.

10. Nervus temporalis superficialis ex ramo tertio quinti paris: *11.* rami auriculares anteriores ex eodem.

12. Ramus temporalis ex nervo duro parotidem perforans.

13. Ramulus anastomoticus cum ramo temporali superficiali.

14. Ramus zygomaticus ex duro: *15.* facialis superior ex eodem: *16.* facialis medius ex eodem.

17. Tres rami ex ramo faciali inferiori nervi duri.

18. Ramus duri anastomoticus colli superior: *19.* ramulus ejusdem superior cum ramo facialis inferioris ex duro communicans: *20.* ramus inferior: *21.* ramulus ex eodem nervos exhibens ad musculum triangularem, quadratum, platysmamyoideum et cutem: *22.* ramulus alter cum ramo adscendente et descendente nervi subcutanei colli medii profundi per anastomosim confluens.

23. Nervi duri ramus occipitalis.

24. Ramus nervorum temporalium cutaneorum, qui exit per incisuram aponeuroseos musculi temporalis, et cum ramo zygomatico ex duro communicat.

25. Nervus infraorbitalis una cum ramis glandulas labiales superiores versus tendentibus.

26. Nervus mentalis per foramen mentale egrediens et divisus in quatuor ramos, quorum tres ad glandulas labiales inferiores, quartus cum faciali inferiori duri anastomosin subit.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

a. Meatus auditorius cartilagineus.
b. Processus styloideus: *c.* processus mastoideus.
d. Cornu majus ossis hyoidei.
e. Ramus maxillae inferioris dexter serra dissectus.
f. Corpus maxillae inferioris in sinistro latere prope symphysim dissectum.
g. Aspera arteria.
h. Lingua versus sinistrum latus ducta.
i. Frenulum linguae.
k. Glandulae parotidis lobi ramo maxillae inferioris incumbentes.
l. Ductus Stenonianus cum radiculis majoribus.
m. Ejusdem ductus decursus per adipem ad musculum buccinatorem.
n. Glandula parotis accessoria: *α.* ejusdem ductulus ductui Stenoniano insertus.
o. Glandula submaxillaris cum sublinguali cohaerens.
p. p. Ductus Whartonianus cum quatuor radiculis e glandula submaxillari exsurgentibus.
β. β. Setae, quibus ostia utrinsque ductus Whartoniani juxta frenulum supra papillas in conspectum veniunt.
q. q. Glandula sublingualis cum submaxillari connexa.
γ. γ. γ. Novem setae quae ostia novem ductulorum glandulae sublingualis indicant.
r. Glandula thyroidea.
s. Musculus zygomaticus major.
t. t. - - - masseter.

u. u. Musculus sternocleidomastoideus.
v. - - - styloglossus.
w. - - - stylohyoideus.
x. Digastrici musculi maxillae venter anterior abscissus.
y. - - - - - - venter posterior.
z. Musculus rectus anterior capitis major.
A. Musculi levatoris anguli scapulae pars superior.
B. - - - scaleni anterioris pars.
Γ. Musculus obliquus capitis superior.
Δ. - - - - - - - - - inferior.
E. E. - - - mylohyoideus.
Z. - - - geniohyoideus.
H. - - - hyothyroideus.
Θ. - - - sternothyreoideus.
K. - - - sternohyoideus.
Λ. Λ. - - - omohyoideus dextri et sinistri lateris.
M. M. Truncus carotidum communis dexter.
N. - - - - - - - - - - - - sinister.
Ξ. Carotis interna.
Π. Π. - - externa.
P. Arteria thyroidea superior.
Σ. Truncus arteriae maxillaris externae: *δ.* ramus ex eadem communicans cum arteria maxillari inferiori: *ε.* ramus ad styloglossum: *ζ.* ramus ad glandulam submaxillarem.
T. Arteriae maxillaris externae scilicet labialis rescissae truncus.
Φ. Arteria submentalis: *η.η.η.* rami ad glandulam submaxillarem: *θ.θ.θ.* rami ad glandulam sublingualem.
Ψ. Arteria occipitalis: *κ.* ramus auricularis posterior: *λ.* arteria stylomastoidea: *μ.* rami ad musculum sternocleidomastoideum: *ν.* auricularis anterior: *ξ.* superior auricularis: *π.* temporalis superficialis: *ρ.* temporalis media: *ς.* temporalis superficialis posterior: *τ.* anterior: *υ.* arteria transversa faciei: *φ.* ramus ad masseterem ex eadem: *χ.* ramus ad musculum temporalem

et orbicularem palpebrarum: *ψ*. ramus ex eodem ad parotidem accessoriam: *ω.ω.ω*. rami ex carotide externa ad parotidem.

1. Nervus temporalis superficialis ex ramo tertio quinti paris retro arteriam temporalem progrediens: *2*. nervus auricularis ex eodem.

I. Nervus durus, seu communicans faciei: *3*. ejusdem ramus temporalis: *4*. *5*. ramuli, qui temporalem nervi duri cum temporali ex tertio quinti paris conjungunt: *6*. ramus zygomaticus: *7*. ramus facialis superior: *8*. nervus ex faciali superiori duri ad glandulam parotidis accessoriam: *9*. nervus facialis medius: *10*. nervus facialis inferior: *11*. rami auriculares posteriores ex duro: *12*. ramus ex duro ad musculi digastrici ventrem posteriorem.

II. Par cervicale primum.

III. Par cervicale secundum: *13*. anastomosis inter par cervicale secundum et accessorii ramum exteriorem: *14*. ramus anastomoticus cum ramo descendente ex nono.

IV. Par cervicale tertium: *15*. ramus anastomoticus cum ramo descendente ex nono.

V. Par cervicale quartum.

VI. - - - - quintum.

VII. Nervus intercostalis.

VIII. Nervus vagus.

IX. Nervus nonus, seu hypoglossus.

X. Ejusdem ramus descendens.

XI. Ramus laryngeus octavi paris.

XII. Nervi accessorii filamenta in musculum sternocleidomastoideum se demergentia.

XIII. Nervus lingualis quinti paris: *16*. rami ad glandulam submaxillarem ex eodem: *17*. ramus mylohyoideus ex ramo descendente maxillaris inferioris ad musculum mylohyoideum, et ventrem anteriorem digastrici maxillae: *18*. nervi molles carotidem externam concomitantes: *19*. nervi molles arteriam maxillarem externam et submentalem obducentes.

XIV. Ramus superior seu adscendens subcutanei colli magni profundi: *20.* ramulus ejusdem externus: *21.* ramulus internus et cum duro anastomoticus: *22.* nervus auriculae medius.

XV. Ramus inferior seu descendens subcutanei colli magni profundi: *23.* ejusdem ramulus superior cum nervo duro anastomoticus: *24.* ramulus anastomoticus.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Situs glandularum submaxillarium et sublingualium.

A. A. Limbus inferior maxillae.
B. Quâ nectebatur venter anterior musculi digastrici.
C. Os hyoideum.
D. Cartilago thyroidea.
E. - - - cricoidea.
F. Initium arteriae asperae.
G. G. Musculus masseter in utroque latere.
H. - - - geniohyoideus.
I. I. Musculi genioglossi.
K. K. Musculus sternocleidomastoideus in utroque latere.
L. L. Truncus carotidum communis.
M. M. Venae jugulares.
N. N. Portio parotidum inferior.
P. P. Glandulae submaxillares.
Q. Q. Glandulae sublinguales.
r. r. Nervus hypoglossus ex octavo nervorum pare.
S. S. Nervus gustatorius ex tertio ramo quinti paris.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Fauces.

A. Labium superius.
B. B. - - - inferius.
C. C. C. C. Anguli oris dissecti.
D. Frenulum labii inferioris.
E. - - - - - - superioris.
F. Lingua.
G. G. Columnae anteriores, quibus arcus palati quodammodo sustinetur, scilicet musculi glosso - staphylini.
H. H. Columnae posteriores quae fiunt a musculis palato-pharyngeis.
I. Uvula.
K. Linea albescens palatum dirimens.
l. l. Tonsillae.
m. Glandulae labiales, quae sub interiori labiorum membrana sitae sunt.

FIG. V.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. III.

a. Palatum stabile intra ordinem dentium superiorum.
b. Palatum molle.
c. Uva.
d. Rugae. In iis, interque eas rugae parvae multae, eminentiae, tubercula, sinus.
e. Tuberculum pone dentes tomicos medios, in cujus medio papilla, tamquam in annulo quodam contenta; a lateribus lacusculi.
f. g. h. Linea palati: *f. g.* hîc levis sulcus: *f.* hîc rugosa.
i. Mucro supereminens.

k. Lacunae ad latera mucronis *i.*

l. b. c. Foraminula: *l.* in postremis palati stabilis partibus: *b.* in palato molli: *c.* in uva.

m. Areolae circulares continentes foraminula plura uno.

n. Tonsillae foraminibus, hiatibusque suis patentes.

o. Via ad narium capacitatem.

p. p. p. Hinc fauces ex transverso resectae.

FIG. VI.

Ex Santorini Septemd. Tabul.

Repraesentat linguam e sua sede depositam cum velo palatino ex anteriore ejus parte, omnique reliquo palato ac dentibus, una cum maxilla inferiori paulo citra ipsius angulum ex utroque latere serra dissecta.

A. Linguae dorsum: *a.* ipsius linguae apex: *b.* ejusdem media linea: *c.* linguae radix seu basis, in qua *d. d.* papillae, omnium maximae, conicae inversae.

e. Glandula sublingualis, cujus acies est *f.* qua dumtaxat oscula patent.

g. Summa ac gibba epiglottidis pars, cui fere imminet columella *B*, seu uvula.

h. h. Bini utrinque arcus uvulae adstantes, quibus glandulae tonsillae *i. i.* comprehenduntur.

k. Oscula tonsillarum, quae ab lateribus basim linguae spectant.

C. C. Maxillae inferioris latera, serra transversim ad postremos genuinos dentes excissa.

D. D. Anguli maxillae ejusdem.

E. Musculus styloglossus.

F. F. Musculi pterygoidei interni.

G. G. - - - mylopharyngei.

H. Pars membranae oris, quae partim lateribus linguae, partim glandulae sublinguali respondet.

..*. In ea membrana glandularum vestigia, quae in opposita ejus parte conspiciuntur.

m. m. Corniculi processuum pterygoidum, e quibus praesertim musculi *n. n.* pterygopharyngei exoriuntur.

I. I. Musculi tubarum novi, sive circumflexi palati.

K. K. Musculi pharyngostaphylini, seu palatopharyngei. Anterior eorum pars supra musculos salpingostaphylinos infra palatum osseum ex uno latere in aliud in arcum flexa continuatum musculum constituere videtur.

l. l. Posterior eorum pars.

L. L. Musculi salpingostaphylini.

o. o. o. Musculi exiles glossostaphylini, seu constrictores isthmi faucium; quorum summae fibrae *.*. cum transversis ad decussim ductae, in fasciculos discretae versus palati ossa protenduntur.

p. Illa musculi buccinatoris pars, quae a pterygoidis corniculo exoritur.

*I.K.L.h.l.o.**. Palatum mobile, seu velum palatinum.

M. N. O. Palatum stabile, cujus posteriori parte membranacea deducta, palati ossa *M.M.* in conspectum veniunt.

N. Linea quae in Fig. IV. est *f. g.*

O. Rugae pone dentes incisores.

q. q. Dentes molares: *r. r.* canini: *s.s.s.s.* incisores.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Dissecta a summo ad imum pharynge posterior praesertim palatini veli, linguae, ac laryngis pars in conspectum venit.

A. A. A. Pharyngis postica pars secundum longitudinem discissa et utrinque ad latera revoluta, frequentissimis glandulis *.*.*.*. conspersa.

a. a. Musculi pterygopharyngei, et *b. b.* mylopharyngei.

B. Septum cavum narium dividens ad posteriora in bina foramina *C. C.* quae dicuntur nares internae.

D. D. Tubarum postica pars cartilaginea tegente membrana spoliata, in quarum sinistram conjicitur specillum *c.*

E. E. Musculi salpingostaphylini.

F. Teres columellae corpus, sive uvula, in quam bini musculosi lacerti sese dimittunt.

G. Musculus pharyngostaphylinus in fibrarum lacertos diremptus, quorum *H. H.* inferior ex origine, incessu atque termino thyropharyngopalatinus nominandus videtur: *d.d.* tenuior earum fasciculus per posticam mobilis palati faciem ad uvulae basim concurrens: *e.e.* alter fascis aliquanto latior in priore penduli palati parte.

f. f. Musculus salpingopharyngeus.

I. I. Lingua conspicuis glandulis ad basim instructa.

g. g. Tonsillae seu amygdalae.

K. Epiglottis sursum protracta, cujus interior facies, et lateralia ligamenta *h. h.* conspiciuntur.

L. Glottis, quam constituunt quatuor ligamenta *i. i.* bina superiora, ac totidem *k. k.* inferiora.

l. l. Elliptica ventriculorum laryngis orificia.

m. m. Glandulae arytaenoideae.

n. n. Arytaenoidearum capitula.

M. M. Foveae ab thyroidis cartilaginis interna facie, et arytaenoidearum lateribus interceptae ex hoc laryngis positu emergentes.

o. o. Corpuscula glanduliformia.

N. Extrema anterior pharyngis pars, sursum cum larynge evecta, et in rugas contracta.

O. Musculus stylopharyngeus.

P. - - - styloglossus.

Q. - - - stylohyoideus.

TABULA CXVI.

FIGURA I.

Ex Loderi *Tabul. Anatomicis.*

Glandula thyreoidea ex cadavere viri quadraginta annor. desumpta.

1. 1. 1. Cartilago thyreoidea.
2. - - - - cricoidea.
3. Ligamentum cricothyreoideum medium.
4. 5. 6. 7. Annulus cartilagineus quintus, sextus, septimus, octavus etc. tracheae.
8. 8. Membrana musculosa hosce annulos inter se necteus.
9. 10. 11. Glandula thyreoidea: *9. 10.* partes ejus laterales: *11.* pars media.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Musculus glandulae thyreoideae, qui nondum fuerat delineatus (1).

a. Basis ossis hyoidei.
b. b. Ejus cornua seu latera.
c. c. Cartilago thyreoidea.
d. d. Processus superiores cartilaginis thyreoideae.
e. e. - - - inferiores.
f. Cartilago cricoidea.
g. Trachea.
h. h. Glandula thyreoidea.
i. Musculus glandulae thyreoideae.
k. Origo ejus a margine inferiori baseos ossis hyoidei.
l. Quâ finem habet in glandula thyreoidea.

(1) Vide Soemmerring *de Corporis humani fabrica*. Tom. III.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Larynx et trachea viri quadraginta annorum, dempta interna membrana, et musculosa tunica annulos cartilagineos nectente; ab anteriori parte.

a. Basis ossis hyoidei.
b. b. Ejus cornua.
c. c. Ossicula triticea.
d. d. Cartilago thyreoidea, duo plana referens.
e. e. Processus ejus cartilaginis superiores qui ligamentorum ope cum osse hyoideo connectuntur.
f. f. Processus inferiores, qui cum lateribus cricoideae articuli specie cohaerescunt.
g. Epiglottidis facies anterior.
h. Cartilago cricoidea.
i. Cavum laryngis, seu paries posterior cricoideae.
k. k. Annuli cartilaginei tracheae.
l. l. Quâ annuli cartilaginei duo in unum confluunt.
m. m. Pars bronchiorum.

FIG. IV.

Ex Loderi Opere citato (1).

Larynx et trachea a parte posteriori.

1. Basis ossis hyoidei.
2. 2. Ejusdem ossis cornua majora.
3. 3. Ossicula triticea seu cornua minora.
4. 4. Epiglottis.
5. 5. Cartilaginis thyreoideae plana duo.
6. 6. Ejus processus superiores.
7. 7. Ligamenta thyreohyoidea lateralia.

(1) Reliquae Tabulae hujus Figurae, exceptis XV. XVI. ex eodem *Loderi* Opere depromptae fuerunt.

8. 8. Ossicula ovalia quae in iis ligamentis interdum occurrunt.

9. 9. Cartilaginis thyreoideae processus inferiores, qui membranae capsularis ope cartilagini cricoideae junguntur.

10. 10. Cartilaginis cricoideae pars posterior. In ea foveae apparent, quibus insident musculi Cricoarytaenoidei postici.

11. 11. Cartilagines arytaenoideae.

12. 12. Membrana musculosa - glandulosa, quae complementum constituit annulorum cartilagineorum tracheae et bronchiorum.

FIG. V.

Cartilaginis thyreoideae facies anterior.

1. 1. Planum dexterum.

2. 2. - - - sinistrum.

3. 3. Linea obliqua.

4. Angulus in quo plana concurrunt.

5. Incisura.

6. 6. Processus superiores.

7. 7. Ossiculum ovale. Confer Fig. IV. *8. 8.*

8. 8. Processus inferiores.

9. Superficies articularis qua processus inferior jungitur cartilagini cricoideae.

10. Foramen, raro occurrens, per quod transibat arteria laryngea cum vena socia.

FIG. VI.

Ejusdem cartilaginis facies posterior.

1. 1. Planum dextrum.

2. 2. - - - sinistrum.

3. Planorum concursus.

4. Incisura.

5. 5. Processus superiores.
6. 6. Ossicula ovalia.
7. 7. Processus inferiores.

FIG. VII.

Cartilaginis cricoideae facies anterior.

1. Pars anterior.
2. Partis posterioris superficies interna.
3. 3. Facies laevis, cui insidet basis utriusque cartilaginis arytaenoideae.
4. 4. Regio, cui accumbit processus inferior cartilaginis thyreoideae.

FIG. VIII.

Ejusdem cartilaginis facies posterior.

1. 1. Fovea in quovis latere, cui insidet musculus Cricoarytaenoideus posticus.
2. Linea eminens, qua fovea dextra a sinistra distinguitur.

FIG. IX.

Cartilaginis arytaenoideae dextrae facies anterior.

1. 1. Basis.
2. Apex.
3. Corniculum seu capitulum apici insidens.
4. Laevis faciecula, qua cartilagini cricoideae jungitur.

FIG. X.

Ejusdem cartilaginis facies posterior.

1. 2. 3. 4. Ut in Fig. IX.

FIG. XI.

Larynx per longitudinem discissus, ut interior superficies appareat.

1. 1. Cartilago cricoidea discissa.
2. 2. Musculus cricoarytaenoideus posticus.
3. 3. Membrana musculoso - glandulosa discissa.
4. 4. Plana duo cartilaginis thyreoideae.
5. 5. Processus superiores ejusdem cartilaginis.
6. 6. Ossicula ovalia.
7. 7. Pars ligamenti thyreohyoidei lateralis resecti.
8. 8. Cartilagines arytaenoideae.
9. 9. Membrana, quae a quavis cartilagine arytaenoidea ad epiglottidem procedit.
10. 11. 12. Epiglottis: *10.* pars media: *11.* basis: *12.* apex.
13. Ligamentum thyreoepiglotticum.
14. Ligamentum glottidis superius dextrum.
15. Inferius glottidis ligamentum dextrum.
16. Ventriculus dexter laryngis.
Eadem partes in sinistro latere numeris notatae non sunt.
17. Interior facies laryngis.
18. Tracheae facies interna, atque in ea, quemadmodum in epiglottide et larynge plura ostiola apparent glandularum mucipararum quibus abundant partes istiusmodi.

FIG. XII.

Glandula cartilaginis arytaenoideae.

1. Cartilago cricoidea a sinistro latere spectata.
2. Cartilaginis thyreoideae processus inferior.
3. Ejusdem processus superior.
4. Cartilaginis ejusdem planum sinistrum obiter indicatum.
5. Cartilago arytaenoidea sinistra.
6. - - - - - - - - dextra.

7. Epiglottis.
8. Membrana quae a cartilagine arytaenoidea ad epiglottidem procedit.
9. Glandula cartilaginis arytaenoideae.

FIG. XIII.

Bronchia cum glandulis suis ab anteriori parte.

1. Tracheae pars.
2. Bronchiorum ramus dexter.
3. 3. Ejus rami minores abscissi.
4. Bronchiorum sinister ramus.
5. 5. Ejus rami minores abscissi.
6. 6. Glandulae bronchiales.

FIG. XIV.

Bronchia cum glandulis suis a facie posteriori.

1. 1. 1. Membrana musculoso - glandulosa, quae complementum constituit annulorum tracheae et bronchiorum.
2. 2. Glandulae bronchiales.

FIG. XV.

Ex Ruysch Thes. anat. VII.

Divisio rami majoris bronchii in minores ramos et surculos.

1. Ramus major.
2. 2. Surculi minores, ceracea materia repleti.

FIG. XVI.

Ex Cheselden's *Anatomy Tab. XXXIV.*

Cor foetus maturi cera repletum cum vasis pulmonalibus.

1. Ventriculus dexter.
2. Atrium dextrum.
3. - - - sinistrum.
4. Venae pulmonales dextri lateris.
5. - - - - - - - sinistri lateris resectae.
6. Arteriae pulmonalis truncus.
7. - - - - - - - ramus sinister.
8. Ramuli minores hujus arteriae ad sinistrum pulmonem pertinentes.
9. Ramus arteriae pulmonalis dexter resectus.
10. Aorta.
11. Ductus arteriosus Botalli.
12. Vena cava superior.

FIG. XVII.

Lobuli minores pulmonis dextri cum cellulis seu vesciculis aereis fortiter inflatis.

FIG. XVIII.

Pulmonis sinistri vasa per corrosionem praeparata.

Rami arteriae pulmonalis rubra cera repleti fuerunt, rami venarum pulmonalium viridi, rami bronchiorum flava.

TABULA CXVII.

FIGURA I.

Ex Santorini Septemd. Tabul.

Capite a fronte occiput versus secto, interiora potissimum nasi, oris, et pharyngis fornicem exhibet.

A. A. Os frontis.
B. B. Frontalis sinus.
a. Processus ossis ethmoidis, qui crista galli dicitur.
b. b. b. b. Os sphenoides.
C. C. Ejus cavum, quo excipitur glandula pituitaria.
D. D. Sinus ejusdem ossis, qui persaepe in binos dirimitur.
c. Ellipticum hujusce sinus ostium, quo mucus in cavum narium demittitur.
E. E. E. Septum narium, cujus maxima interior portio ablata est.
d. Turbinato supremo resecto, unam ex ethmoideis cellulam ipsi respondentem exhibet.
e. Ellipticum foramen, quod sinui respondet, qui statim supra medium turbinatum os prope sinum ossis unguis usque supra oculi orbitam scandit.
f. Sinus supero turbinato ossi jam ablato respondens.
F. Quartum os minimum turbinatum Santorini.
G. Os turbinatum tertium seu supremum.
H. Os turbinatum superius.
I. Os turbinatum inferius.
K. Idem os in latere dextro resectum.
g. g. Cartilaginosa Eustachii tubarum latera.
h. h. h. h. Mucosi sinus.
i. i. Cavi recessus inter tubae latera et fornicem.
L. L. Apophysis magna occipitis ossis, secundum longitudinem per medium discissa, quae, fornicis instar, faucibus imminet.

j. Naris dexterae orificium.
k. k. Pinae narium.
l. l. Specillum per dexterum narium orificium immissum, ut septi narium pars, quae in sua sede occurrit, luculentius in conspectum veniat.
M. Os maxillare palatum stabile conformans.
m. m. Canales, sive viae foraminum Stenonii.
n. n. Musculi pharyngostaphylini et salpingostaphylini.
o. o. Glandulae, quae inter utramque membranam palati mollis ovali figura, exiguisque orificiis praeditae observantur.
p. p. Pili e labro superiore prodeuntes.
N. Uvula, cui adstant utrinque bini arcus *q. q.*
r. r. Glandulae tonsillae.
O. Epiglottis.
P. Lingua.
s. Pars glandulae sublingualis.
Q. Membrana oris.
R. R. Labrum superius.
S. S. - - - inferius.
t. t. Membrana oris in plicas disposita, ut musculus labiorum orbicularis *u. u.* appareat.
T. T. Maxilla inferior serra discissa.
v. Gengivae vestigium.
x. x. Dentium radices.
V. V. Fasciculi fibrarum ex superiori parte musculi genioglossi, ex inferiori vero geniohyoidei.
y. Pinguedo quae inter musculum labii inferioris elevatorem *z.*, et quadratum menti intercedit.
W. W. W. Via, quae e faucibus ad narium capacitatem abit.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Totam praecipue pharyngis posticam partem ostendit.

A. Pharingis pars summa membranacea, cujus portione *B.*

dissecta, atque ad latera revoluta, apparet extremitas cartilaginea *a.* tubae Eustachianae dextrae, in quam intromissum est specillum *b.*

c. Septum dividens nares internas *d. d.*

C. C. Musculi pterygopharyngei fibrae: *e. e.* ejusdem musculi fibrae reliquae emersae a corniculis processuum pterygoideorum.

f. f. Linea media, quae ad posteriora pharyngis descendit a summo fere ad imum.

D. D. Musculi mylopharyngei.

g. Processus styloides ossis temporum, a quo nascuntur musculi *E. E.* stylopharyngei.

F. Musculus styloglossus.

G. G. Musculi glossopharyngei. Huic musculo debetur tenuis lacertus *h.*

H. Musculus stylohyoideus.

I. Musculus biventer.

K. K. Cornua ossis hyoidis.

L. L. Musculi hyopharyngei.

M. M. - - - thyropharyngei.

N. - - - cricopharyngei. Fibrae ejus aliae superiores *i. i.* aliae autem sub his exoriuntur *k. k.* aliae autem horizontales sunt *l. l.* infra quas nonnullae *m.* satis conspicue in decussim feruntur. Omnes autem in oesophagum abeunt *O.*

n. n. Cornua segmentorum cartilagineorum tracheae.

P. P. Lobi glandulae thyroideae.

o. Musculus tubae novus, sive circumflexus palati.

p. Musculus salpingostaphylinus.

Q. Q. Glandula maxillaris.

R. Inferioris maxillae angulus posterior.

S. Musculus pterygoideus internus.

T. Musculus masseter.

*. *. *. Masseteris fasciculi tendinei.

U. Parotis glandula.

FIG. III.

Ex Loderi *Tab. Anatom.*

Pars oesophagi ex cadavere virili desumta, ab exteriori spectata et naturali magnitudine repraesentata.

a. a. a. a. Fibrae musculares *longitudinales* externae.
b. b. Fibrae *circulares* internae, quae remotis fibris longitudinalibus apparent.
c. c. c. c. Margo fibrarum longitudinalium, quae eam ob causam discissae et remotae fuerunt, ut fibrae circulares in conspectum veniant.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Oesophagi ejusdem facies interna, prout discissa et in aqua explicata portione illius apparet.

a. a. Superior pars, pharyngi continua et ab illo abscissa. Plicas majores et magis obliquas sub aqua monstrabat.
b. b. b. Tunica interna plicas seu rugas longitudinales formans.
c. c. c. c. Tubercula ab induratis et prominentibus glandulis muciparis.
d. d. d. Vasorum sanguine turgentium ramuli hîc et illîc conspicui.
e. Tunica nervea, quae soluta tunica interna cernitur.

TABULA CXVIII.

Ex Halleri Icon. Anatomic.

FIGURA I.

Omentum.

A. A. Hepatis pars cava, reclinata, ut anterior sit quae erat inferior, margo vero anterior nunc superior sit.

B. B. Vescicula fellea.

C. Vena et fossa umbilicalis.

D. Lobulus, quem non bene a *Spigelio* vocant, cujus eminentia per omentum minus pellucet.

E. Ventriculus, cujus inprimis curvatura anterior apparet, sed tecta bullis inflati omenti.

F. Arteria et vena gastro-epiploica dextra.

G. Sedes anuli Pylori.

H. Lienis apex in cavitatem omenti antrorsum eminens.

I. Ligamentum quod lienem sustinet, et cui omentum se immittit.

K. Omentum majus, seu *gastrocolicum*.

L. Linea separationis omenti a mesocolo.

M. Origo omenti gastrocolici a ventriculi curvatura anteriore, ex qua lamina prodit *anterior* ipsiusmet omenti.

N. Glandulae conglobatae in hac linea, adjacentes origini omenti.

O. Linea originis omenti magni ab intestino Colo, seu lamina *posterior*.

P. Finis coecus omenti sinister.

Q. Omentum *minus Winslowi*, sive membrana macilentior, quae ex fossa ductus venosi se in curvaturam minorem ventriculi immittit.

R. Omentum colicum.

S. Pars mesocoli inter limitem dextrum omenti magni et conjunctionem Coli cum duodeno.

FIG. II.

Omnia quae in Fig. I. delineata fuerunt, sed omento majori utroque collapso, et colo intestino paulum deorsum tracto, aditus ille celebris omenti apparet.

A. A. Hepatis pars cava.
B. C. D. Ut in Fig. I.
E. E. Ventriculus prope vacuus, cujus minorem curvaturam lobulus *Spigelii* ingreditur, planum vero anterius hepar sinistrum protegit.
G. Pylorus, ex quo prima flexio Duodeni retrosum adscendit.
K. K. Omentum gastrocolicum collapsum.
O. O. Limes in colo, ex quo omentum gastrocolicum et colicum provenerunt.
Q. Q. Omentum minus.
S. S. Mesocoli partes.
T. T. T. Variae partes Coli.
V. Duodeni flexus secundus pene transversus, cui insidet vesicula fellis.
X. Duodeni flexus tertius, sive pars descendens, in quam ductus choledochus se immittit.
F. Y. Ligamentum sive membranae, quae a vescicula et continuo sulco transverso ad colon eunt trans duodenum.
z. *a.* Ligamentum hepatico-renale, sive peritonaei a rene ad hepar adscendentis plica duplex: *z.* limes sinister: *a.* dexter limes hujus ligamenti.
b. b. Ren dexter peritonaeo tectus.
c. Celebris ille *Winslowi* meatus, inter ligamentum hepatico-colicum et hepatico-renale, tum inter hepatis lobum et duodenum proximumque pancreas interceptus, paulum distractus, ut lunatum esse appareat.
d. d. Colon cum appendicibus pinguibus.
e. e. e. Intestina tenuia.
f. f. Pars pancreatis, quae inter flexuras duodeni se insinuat.

TABULA CXIX.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Ventriculus aere distensus, ex quo detractum est peritonaeum.

A. Oesophagi facies anterior.
B. Saccus caecus ventriculi.
C. Sedes anuli pylori.
D. Intestinum duodenum.
E. E. Portio peritonaei, seu exterior ventriculi tunica separata et revoluta.
F. Fibrae longitudinales sub extima tunica.
G. G. Circulares fibrae, quae sub longitudinalibus jacent.
H. H. Fibrae omnium interiores, quae oblique decurrunt.
I. Portio duodeni peritonaeo spoliata ut fibrae appareant circulares.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Ventriculus a summo ad imum ita dissectus ut cavum ejus in oculos incurrat, et facies interior parietis posterioris.

A. B. Ut in Fig. I.
C. C. Arcus major seú fundus ventriculi.
D. Intestinum duodenum.
d. d. d. Quâ omentum ab inferiori ventriculi curvatura prodibat.
e. e. e. Crassities tunicarum ventriculi.
F. Plicae ad orificium ventriculi superius, quae in speciem

quamdam valvulae stellam quodammodo referentis compinguntur.

f. Anulus pylori, seu valvula anularis, qua inferius orificium angustius redditur.

g. g. Portio anuli dissecta, ut ejus crassities pateret.

h. h. h. Rugae intra ventriculi caveam plus minus prominentes.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Pars extrema dextera ventriculi, ita dissecta et aquae immersa ut anuli pylori forma ad naturam repraesentari posset.

A. Interior ventriculi superficies.

B. Intestinum duodenum.

C. C. Valvula pylori summa diligentia expressa et delineata.

FIG. IV.

Ex Dissert. inaugur. Auct. H. P. Leveling de pyloro.

Sistit portionem duodeni et ventriculi a curvatura minori visam, inversam, repletam aere.

a. Apertura duodeni.

b. Portio ventriculi.

c. Fibrae circulares ad latera deflectentes inferius.

d. Fibrae deflectentes superius.

e. Fibrae aliae horizonti parallelae.

f. Aliae fibrae per ansas communicantes.

g. Limbus muscularis valvulam pylori efficiens.

h. Spatium laterale triangulare.

i. Membrana nervea et villosa duodeni reflexa.

l. - - - - - nervea et villosa ventriculi.

m. Circulares fibrae duodeni.

TABULA CXX.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Portio ventriculi et duodeni intestini aperta.

a. a. a. Dextera stomachi seu ventriculi portio.
b. b. Interior ventriculi superficies rugis et cryptis mucosis referta.
c. Anulus pylori.
d. d. Crassities ejusdem anuli.
e. e. Cavitas intestini duodeni rugis exasperata.
f. Ostium ductus coledochi et pancreatici.

FIG. II.

Ex Sandifort Tab. intestini duoden.

Duodeni inter hepar atque renem descensus, decursusque pone mesenterium, sublato ventriculo.

a. a. Ventriculus sursum reclinatus, ut curvatura ejus inferior jam sit superior.
b. b. Curvatura ventriculi major, unde abscissum omentum est.
c. Sedes anuli pylori.
d. d. d. Duodenum intestinum.
e. Jejuni principium.
f. Lien.
g. Ren dexter.
h. h. Hepar.
i. Vesicula fellea.

k. k. Mesenterium.
l. Quâ duodeni curvatura sese subjicit mesocolo.
m. Pars pancreatis.

FIG. III.

Ex Cadavere.

Interiora ventriculi et duodeni, inferiore eorum viscerum portione ablata.

a. a. a. Hepar ab inferiore parte spectatum.
b. Vesicula fellea.
c. c. Paries ventriculi superior ab interiore facie conspectus.
d. Rugae prope orificium oesophagi.
e. Anulus pylori.
f. f. Ejusdem anuli crassities.
g. Intestinum duodenum.
h. Ren dexter.

TABULA CXXI.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Portio intestini ilei hominis adulti.

A. Tunica exterior, quae intestinum complectabatur, reflexa.
b. Ejus pars, cui fibrae longitudinales adnexae sunt, ab intestino separatae.
C. Portio intestini exteriore tunica denudati, in qua fibrae longitudinales apparent, intimas fibras circulares obtegentes.
d. Fibrae circulares, quae remotis longitudinalibus veniunt in conspectum.

FIG. II.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. II.

Portio intestini jejuni hominis adulti, inversa, inflata, siccata. Exhibet nerveam in cellulosam versam, membranamque cellulosam mesenterii per intestinum excurrentem.

a. Tunica nervea in cellulosam versa.
b. b. Tunica cellulosa mesenterii, *c. c.* per intestinum excurrens.
f. Membrana mesenterii, quae in tunicam intestini communem abit.
h. Tunica musculosa.
l. Tunica communis cum musculosa.
m. m. Tunica interna.
n. n. n. n. n. Valvulae.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Portio intestini ilium hominis adulti, tunica nervea in cellulosam versa. Intestinum ab ea parte, qua cum mesenterio conjunctum fuerat, per longitudinem dissectum, ac deinde expansum. Detracta tunica interna, sola cellulosa illa exhibita est.

a. a. a. a. a. Arteriae impletae; quae cellulosae illi inhaerent.

FIG. IV.

Ex eodem Opere Lib. III.

Portio intestini ilium hominis adulti. Per longitudinem, ibi ubi intestinum cum mesenterio conjunctum, dissecta, et explicata. Detracta tunica communis cum parte musculosae. Impletae arteriae, et venae.

a. a. Tunica interna, villosa.

b. b. Tunica nervea, laxata et in humore explicata.

c. c. c. c. Pars tunicae musculosae, a qua reliquum ejus una cum communi *d. d. d. d.* separatum dependet. Fila musculosa expressa, quibus intestini ambitus orbiculatim circumdatus.

e. e. Intestinum integrum, non detracta communi.

f. Tres trunci arteriarum et venarum, qui e mesenterio venientes, ad hanc partem intestini accedunt. Procedunt primum inter tunicam communem et musculosam. Dein inter fila musculosae penetrant ad nerveam, ut expressum. Post discurrunt per nerveam *g.* sub filis musculosae.

h. Tres trunci arteriarum et venarum, qui e mesenterio venientes, ad hanc alteram intestini partem accedunt, hic, quum jam per nerveam procedunt, sub filis mu-

sculosae expressi. Trunci *g.* et *h.* per nerveam in ramos se spargunt, quibus se creberrime conjungunt, tum finitimi inter se, tum oppositi. Ab illis truncis *g.* et *h.* ramisque eorum, rami *i.* ad internam pertinent. Ab iisdem rami ad musculosam, qui inter ejus fila penetrant *k.* ubique: hic abscissi detrahendo partem tunicae musculosae cum communi *d.d.d.d.*; in qua iidem rami abscissi *l.* ubique; qui ramulis, in quos se spargunt, partim discurrunt inter fila musculosae, partim ad communem penetrant, pertinentque, creberrime conjunctis inter se.

m. Quatuor rami arteriarum et venarum, quos trunci ad intestinum accedentes *f.*, antequam musculosam subeant, exigunt. Hi se in ramulos inter communem et musculosam spargunt, iisque conjungunt tum inter se, tum cum supradictis *l.*

n. Similes rami ad hanc alteram intestini partem pertinentes.

FIG. V.

Ex Ruyschii Thes. max. Tab. III.

Segmentum intestini Ilei cum portione Mesenterii e corpore humano ventilabrum repraesentans.

A. A. Segmentum Mesenterii, per illud disperguntur venae cavae portiones ceracea materia repletae, ex quibus emergunt ramificationes tomenti instar tenues, peculiari reptatu gaudentes, an ob diversum, quem obtinent usum?

B. B. Portio intestini.

FIG. VI.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. III.

Portio intestini jejuni hominis adulti. Per longitudinem, qua parte cum mesenterio conjuncta erat, dissecta, et explicata. Venae impletae. Detracta tunica interna, nervea expressa, cum processibus in valvulas pertinentibus.

a. a. a. Nerveae processus in valvulam pertinens: ex quo reliqui cognoscentur.

b. b. Vena nerveae inhaerens: unde rami *c. c.* per processum excurrunt. Reliquis, quoniam ex his cognoscentur, notae non adscriptae. Detrahendo tunicam internam, ramuli ad eam pertinentes abscissi.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Portio tunicae internae intestini jejuni hominis adulti, detracta a nervea, et explicata. Ab ea parte expressa, qua nerveae adhaeserat. Venae impletae: quarum ramuli a. ubique, ad eam pertinentes, a ramulis nerveae inhaerentibus, detrahendo tunicam internam abscissi.

TABULA CXXII.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Portio intestini jejuni hominis adulti per longitudinem ipsiusmet intestini dissecta et aqua mersa, a cujus interiore superficie valvulae seu rugae surgunt, quae conniventes *dicuntur. Earum valvularum extremitates in proximam valvulam sive superiorem sive inferiorem absque certo quodam ordine concurrunt.*

FIG. II.

Ex Jo. Nath. Lieberkuhn Dissertat. Anatomico-physiologica de fabrica et actione villorum intestinorum tenuium hominis 1745.

A. Particula intestini ilei, cujus arteriae rubra, venae viridi cera repletae sunt. Sedes eminentior est valvula Kerkringiana quae parte inferiore velut in furcam discedit.

B. Ejus furculae portio quae spectatoris dextrum latus respicit ope microscopii repraesentata.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Folliculos glandulosos, qui in ambitu villorum siti sunt, haec Figura nobis ostendit. Villorum praeterea apices ac vascula in his reptantia, nonnihil ad latus depressa conspicere licet. Folliculos autem a villis discernere difficile non est, parte enim infima tam spisse villi villis accumbunt ut interpositos folliculos distinguere non detur.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Villosae intestinorum tunicae ea superficies, qua nerveae adhaeret. Corpuscula albicantia rotunda ad folliculos spectant, de quibus in Fig. III. dictum fuit. Grandiores crassioresque trunculi arteriarum ac venarum cum vasis nerveae membranae continuabantur; tenuiores autem ramuli villosam penetrabant, et ad villos procurrebant.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Portio intestini ilei quâ colon ingreditur, per longitudinem dissecta, aqua mersa et delineata ut discrimen innotesceret, quod inter valvulas hujus intestini, atque eas, quas in jejuno Fig. I. repraesentavimus intercedit.

FIG. VI.

Ex R. A. Hedwig Disquisit. ampullularum Lieberkühnii.

Particula intestini jejuni hominis ex horizontali verticaliter dissecta. Villi omnes cylindrici, spongiosi, conferti, microscopio aucti.

a. a. a. Suprema orificia villorum, quorum margines ex albo pellucidi erant.

b. Intestini tunicae.

c. Externa tunica, quae mesenterio formatur, albo-flavescens.

FIG. VII.

Ex JANI BLEULAND *Vasculorum in intestinorum tenuium tunicis detegendorum Descriptione.*

Monstrat quomodo diversae intestini tunicae post verticalem incisionem comparatae sunt.

In villosa villi per medium divisi conspiciuntur, et quomodo tubuli lactiferi ex apice villi juxta tunicas eum constituentes decurrant ad cellulosam inter nerveam et villosam positam, minima tunicae villorum vascula videntur terminari in cavitatem tubuli lactiferi.
In nervea apparet congeries minimorum vasculorum rubro et albo colore distinctorum: nexa est cum musculari ope cellulosae laxioris. In musculari conspiciuntur fibrarum transversarum abscissi fines: haec artissime cum extima cohaeret.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Est particula intestini a parte extimae tunicae in liquore pellucido fluctuans sub microscopio conspecta

Apparent hic duo vascula rubra per longitudinem intestini, uti lactea, decurrentia, sed praeterea conspicitur mirandum rete tenuissimorum tubulorum, qui non nisi decolorem liquorem admiserunt, per arterias immissum, quorum nonnulli ad arteriosum, alii ad Lymphaticum systema pertinere videntur.

TABULA CXXIII.

FIGURA I.

EX CADAVERE.

Crassa intestina repraesentat eadem servata dispositione, quae in cadaveribus observatur.

A. A. Intestinum caecum.
B. Ilei finis.
C. C. Appendicula vermiformis.
D. Quâ colon sub jecinore flectitur in se ipsum, ut deinde recte decurrat *E. E.* sub ventriculo.
F. Quâ ad lienis regionem intestinum nonnihil adscendit, et flexu facto descendit *G.* per epicolicam regionem sinistram.
H. H. Portio intestini crassi in regione iliaca sinistra, a qua adscendit in superiora ultra postremam lumborum vertebram *I.*
K. K. Rectum intestinum.
L. L. Musculus *sfincter ani externus.*
m. Musculus *dilatator urethrae posticus* qui ab ipsomet ani sfinctere producitur.
n. Anus.
o. p. *Levatores ani.*

FIG. II.

Ex SANTORINI *Septemd. Tabul.*

Figurat ultimam intestini ilei partem, caecum cum appendicula, et primam coli partem.

A. Intestinum ileum abscissum, in quo

a. Reliquiae mesaraei sunt intestino innexi.

b. b. b. Tenues eminentiae adiposae sunt, in habitioribus cadaveribus conspicuae, quae appendicum pinguedinosarum officio fungi videntur.

B. Pars ilei crassis proxima, quae globosa propemodum videtur.

C. Ipsius ilei pars extrema compressa, et inter geminationem intestinorum caeci, et coli conjecta.

D. Principium coli, quod supra caecum assurgens, sub simam jecinoris partem procedendo se recondit.

E. E. Pars summa intestini caeci, quod deorsum versus angustatum conum fere repraesentat, cujus

F. F. Vertex in

G. G. Processum, seu appendiculam vermiformem continuatur.

H. H. Cellulae utrinque similes coli, et caeci, quas tria ligamenta, quae coli dicuntur, formant, quas inter cellulas

c. c. c. Rimae, seu rugae sunt, quae ex interiore intestini facie quasdam quasi valvulas referunt, in tertia hujusce Tabulae figura demonstrandas.

I. I. Unum ex tribus coli ligamentis, quod productum, tenuatumque caeci appendiculam vermiformem cum caeteris componit.

K. Novum nostrum ligamentum, quod non brevem extremi ilei partem caeco, atque vermiformi appendiculae colligat.

FIG. III.

Ex eodem Opere

Explicat eorumdem supra explicatas intestinorum partes contrario situ locatas ilei, caeci, et coli, aere inflatas, exsiccatasque, et contra ilei exitum in longitudinem deductas, ut facies interior ipsarum, atque adeo id, quod valvula Bavhini dicitur, in apertum proferatur.

A. Extremum intestinum ileum.

B. Pars ipsius globosa.

C. Ejusdem pars compressa, quae inter rugas caeci, et coli inseritur.

D. Pars nostri ilei ligamenti ex obliquo conspecta.

E. Pars extrema caeci, quae principium est appendiculae vermiformis pone intestinum evectae, et abditae.

F. Caeci cavea.

G. Coli cavea.

H. H. Duplicaturae membranarum caeci, quae intrinsecus eminentes valvularum nomen, et formam gerunt, ejusdemque generis sunt.

I. I. I. Duplicaturae, quae in coli capacitate indicantur.

K. Duplicatura caeteris omnibus longior, atque eminentior est, quae ex geminatis caeci, et coli membranis, seu parietibus conficitur, qua condita Bavhini valvula dicitur.

L. Exitus intestini ilei inter tunicas.

a. Intestini coli, et

b. Intestini caeci, e quibus valvula conficitur, cujus accurata forma altera parte acuta, altera rotunda saepissime huic respondet.

M. M. Extremae partes valvulae sunt, quae apertissime ex duplicatura, seu replicatione caeci, et coli conflari videntur.

FIG. IV.

Ex Cadavere.

Intestinum caecum aere distentum, exsiccatum, et apertum.

A. Finis intestini ilei.

B. B. Colon.

C. C. C. Valvulae intestini coli.

d. Valvula coli seu *Bauhini* duobus instructa labiis *e. f.* inferiore uno, *e. g.* altero superiore. Labia istiusmodi

habenis quodammodo reguntur *h. i.* quae dicuntur *retinacula* valvulae coli.

k. Appendicula vermiformis.

l. Ostium appendiculae vermiformis, in quo saepissime valvulam inveni *m.*

FIG. V.

Ex Albini *Academ. Annotat. Lib. III.*

Principium intestini crassi cum extremo tenui hominis adulti, per longitudinem resecta parte dimidia explicatum in aqua. Magnitudo vera.

a. b. Crassum.

c. Tenue.

d. d. d. Tunica musculosa, ab exteriore parte vestita externa tenui.

e. e. e. Tunica nervea, ab interiore parte vestita interna tenui *f. f.*

g. Valvulae conniventes crassi: *h.* hic effectae ex rugis intestini: *i. i.* hic ex processibus nerveae, interna vestitis.

k. Valvulae conniventes tenuis, constantes ex processibus nerveae, interna vestitis.

l. Valvula connivens magna, in qua ostium valvulae coli *m.*

m. n. n. o. p. Valvae due valvulae coli, factae ex tenui connexo cum crasso. In iis *n.* tunicae musculosae tenuis et crassi conjunctae inter se: *o.* tunica nervea tenuis, *p.* crassi, vestitae interna.

q. Pingue, inter communem et musculosam.

FIG. VI.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. VI.

Confinia intestini crassi et tenuis embryonis humani. Omnia inversa fuerunt.

a. Intestinum crassum. Paulatim angustatum fit intestinum vermiforme *b. b.* inde sensim quoque angustius.
c. Intestinum tenue.
Crassum et vermiforme absque villis; tenue villosum. In crasso et vermiformi stigmata, seu oscula glandularum.

FIG. VII.

Ex Cadavere.

Intestini recti portio per longitudinem dissecta ex cadavere viri quinquaginta circiter annorum, sub aqua explicata.

A. Pars superior intestini recti.
B. B. Anus ejusque rugae.
C. C. Ostium ani discissum.
D. D. Anulus valvulosus, qui faeces sustinet facile prolapsuras.
e. e. e. f. f. f. Pori ad folliculos seu mucosos sinus pertinentes, quorum humore intestinum lubricatur.
g. g. Nervea tunica cum villosa ea de ratione separata, ut carneae fibrae robustiores transversae *h. h.* conspici possent, quae sub longitudinalibus locum obtinuerunt.

TABULA CXXIV.

FIGURA I.

Ex Santorini Septemd. Tabul.

Inverso elevatoque hepate, ut sima ejus facies appareat, vesiculam fellis, naturalem ventriculi et pancreatis sedem repraesentat.

A. B. Hepatis sima facies, cujus *A.* pars sinistra, *B.* dextera.

C. Ligamentum per quod sinistra hepatis pars ad diaphragma alligatur.

*. Clavus quo ligamentum figitur, ut distentum remaneat.

D. Fissura jecoris, per quam in foetu vena umbilicalis excurrit.

a. a. Venae umbilicalis, aeque ac sinus venae portarum extremitas, qua ambo simul coeunt, secundum longitudinem discissa, ut

b. Osculum ellipticum, per quod sanguis e modo memoratis venis ad jecur abit, in conspectum veniat.

E. Teres ligamentum ex umbilicali vena.

c. Fissura minor, eam jecinoris partem distinguens, quae

F. Lobulus Spigelii nuncupatur.

d. Fissura rimae instar aliquando satis profunda in facie sima haud procul a cysti.

e. e. Excavatio jecinoris sive locus unde sensim jecur excavatur, ut vesicula fellis praelonga *G.* excipiatur.

f. f. Ductus cysticus tortuoso incessu donatus.

g. g. Ductus hepatici, qui in canalem hepaticum abeuntes *h.* in choledocum deinde, sive communem *i.* confluunt.

H. Venae portarum sinus, cujus inflexio *. venae splenicae incessum e liene et pancreate prodeuntis, eumdemque sinum subeuntis exhibet.

k. k. Conglobatae glandulae, quae non raro portarum lateribus adjacent.

I. I. Ventriculus.

K. Laeva ejusdem globosa pars.

L. Locus, cui interius ostium respondet, quod Cardias dicitur.

M. Oesophagus, circa quem fibrae carneae *l. l.*

N. Pars ventriculi dextera adscendens.

O. O. Intestinum duodenum, quo discisso atque explicato rugae apparent *m. m.* sive valvulae conniventes.

n. Osculum commune ductui choledoco et pancreatico.

o. Osculum superioris ductus pancreatici.

P. P. Pancreas sua in sede constitutum, atque ita sectum, ut plures ejus ramusculi *p. p. p.* in ductum pancreaticum abeuntes, et ipse ductus pancreaticus *q. q.* in conspectum veniant.

Q. Lien.

R. Intestini jejuni pars suprema resecta.

S. Meserei portio.

r. r. Globosae parvi omenti particulae conspicuae.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Hepar ex facie cava.

A. Lobus sinister: *B.* dexter.

C. C. Peritonaeum cum ligamento quod hepar alligat ad diaphragma.

D. D. Portio diaphragmatis.

E. Lobus Spigelii.

F. F. Peritonaeum relinquens hepar ad ambitum ligamenti coronarii.

G. Vena portarum in portis.

g. Ejus ramus sinister: *h.* dexter.

i. i. Vena umbilicalis.
k. Ductus venosus in sua fossa.
l. l. Vena cava.
m. Truncus arteriae hepaticae.
n. n. n. n. Ejusdem arteriae rami.
o. Ramus arteriosus ad cystidem fellis.
p. q. Ductus hepatici a dextero et a sinistro lobo hepatis procedentes.
r. Ductus choledocus.
S. Vesicula fellis, a cujus collo ductus exit cysticus *t. u.* qui abit in choledocum *r.*
X. Pons seu *isthmus* hepatis.

FIG. III.

Ex CHESELDEN'S *Anatomy.*

Venae intestinorum et vena portarum.

a. a. a. Venae ab intestinis ortae.
b. Truncus venae portarum.
c. c. Rami venae portarum hepatis substantiam perreptantes.

FIG. IV.

Ex RUYSCH *Epist. Anatom. V.*

Vesicula fellea leviter inflata cum vasis suis.

a. Arteria cystica.
b. Ramuli ejus ad hepatis membranam transeuntes.
c. Ramulus arteriae hepaticae ad vesiculam felleam se conferens.
d. d. Vasorum absorbentium trunculi.

FIG. V.

Ex F. A. Walter Annotat. Academ.

Sistit membranas vesiculae felleae a se invicem separatas.

a. a. a. Tunica externa, peritonaei propago.
b. b. b. Secunda membrana nervea, cujus vasa solutione dissecta sunt.
c. c. c. c. Tunica interna vasculosa, in qua terminantur arteriae, venae, nervi.
d. d. d. Valvulae, cavo interno ductus cystici praetensae. Orificia mucifera in ductu cystico lector facile distinguet.

FIG. VI.

Ex Ruysch Epist. Anat. V.

Pars vesiculae felleae.

A. Collum vesiculae felleae.
B. Ductus cysticus, serpentino reptatu incedens.

FIG. VII.

Ex F. A. Walter Annotat. Academ.

Portio tunicae internae vesicae felleae ope microscopii Lieberkühniani plurimum augentis depicta. Solae venae materia ceracea rubra turgent.

TABULA CXXV.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Pancreas, Lien, duodenum intestinum, eorumque vasa injectione repleta. Omnia ab anteriori parte spectata.

A. A. Lien: *B.* superior extremitas qua suspenditur a diaphragmate: *C.* extremitas altera tenuior, inferius atque anterius respiciens.

D. D. Fissura, ceu rima tumentibus labris circumscripta per quam vasa intrant, aut egrediuntur.

E. Pancreas: *e. e.* extremum sinistrum: *F. F.* portio ejus, quae *parvum pancreas* seu pancreatis *caput* ab Anatomicis appellatur.

G. G. Intestinum duodenum.

H. Hepatica arteria: *I.* arteria coronaria ventriculi.

K. K. Arteria splenica, quae per lienem fere tota dispergitur: *k. k.* rami ejusdem arteriae qui latus petunt ventriculi sinistrum, paullo prius quam splenicae propagines lienem ingrediantur.

L. L. Vena splenica, quae sanguinem a liene traducit ad venam portarum: *l.* venula, quae in hoc cadavere unica erat arteriarum *k. k.* comes ventriculi sinistro lateri prospiciens.

FIG. II.

Ex Cadavere.

Ductus pancreatis excretorius ceracea materia repletus, duodenum autem intestinum per longum dissectum, ut papilla pateat, qua ductus ipse inter intestini rugas aperitur.

A. A. Pancreatis facies anterior ita dissecta, ut ductus excretorius qui per axin visceris decurrit, in oculos incurrat.

b. b. b. Ductus ipse excretorius communis princeps ceracea materia repletus, qui a tubulis perficitur *c. c. c. c.* ad invicem convenientibus. Tubuli autem ab acinis minimis ortum ducunt ex quibus pancreas componitur.

d. Ductus minor procedens ab inferiore parte crassioris extremitatis, et in principem ductum confluens.

e. Truncus communis ductuum *b. b. d.* qui in duodeni intestini caveam *g. g. g.* prominente papilla *f.* aperitur, et humorem ab acinis secretum in ipsum duodenum intestinum profundit.

FIG. III.

Ex Ruysch Epist. Anat. IV.

Truncus arteriae splenicae hominis, serpentino reptatu proserpens, cujus rami omnes, unico excepto, sunt abscissi.

A. Truncus arteriae splenicae.

B. B. Rami abscissi.

C. Ramusculi minutissimi ab extremo molliori et succoso nonnihil deorbati.

D. Vas arteriosum breve per ventriculum disseminatum (Fig. I. *k. k.*).

E. Rami arteriosi aliquot per pancreas disseminati.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Vena lienalis, ejusque productiones.

A. Truncus venae splenicae.
B. Vas breve venosum per ventriculum distributum.
C. Ramusculi minutissimi ab extremis mollioribus et succosis productionibus nonnihil privi.
D. Vena haemorrhoidalis abscissa.
E. E. Venulae per membranam Lieni connatam disseminatae.
F. Venula seu vas breve alterum.
G. Unum ex vasis lymphaticis venam splenicam concomitans.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Rami duo splenici cum annexis fasciculis.

A. Ramulus arteriae splenicae.
B. Ramulus venae splenicae.
C. Fasciculi ceu penicilli a se invicem deducti ut distinctius sese videndos exhiberent.

TABULA CXXVI.

FIGURA I.

Ex Loderi *Tabul. Anatom.*

Ren dexter cum capsula suprarenali ex cadavere viri annos XL. nati magnitudine naturali.

a. Renis superficies anterior.
b. b. Margo exterior convexus.
c. c. - - - interior.
d. d. Hilum.
e. Extremitas inferior. Superior tecta est capsula suprarenali.
f. Pelvis renalis.
g. g. Ureter.
h. Arteria renalis superior: *i.* inferior.
k. Vena emulgens seu renalis superior: *l.* media: *m.* inferior.
n. Capsulae suprarenalis superficies anterior: *o.* ejusdem extremitas superior: *p.* exterior: *q.* interior.
r. Sulcus.

FIG. II.

Ex eodem Opere

Ren sinister cum capsula suprarenalis.

a. - r. Omnia ut in Fig. I.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Capsula suprarenalis dextera a posteriori parte.

a. Extremitas superior: *b.* exterior: *c.* interior.
d. Pars renis.

FIG. IV.

Ex eodem Opere

Capsula suprarenalis sinistra a parte posteriori.

a. - *d.* Ut in Fig. III.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Capsula suprarenalis dextera, discissa, ab anteriori parte.

a. a. Extremitas superior: *b.* exterior : *c.* interior.
d. d. Lamina anterior: *e. e.* posterior.
f. Substantia interior, prout apparet, cum capsula ab inferiori parte ad superiora verticaliter discinditur.
g. Eadem substantia, prout apparet, cum laminae magis a se invicem diducuntur.

FIG. VI. VII.

Ex Santorini Septemd. Tabul.

Ren dexter succenturiatus, seu capsula suprarenalis dextera cum vena sua. Fig. VI. indicat faciem posticam, VII. anteriorem.

FIG. VIII. IX.

Ex citato Opere Loderi.

Renes fetus masculini septimestris cum capsulis suprarenalibus.

a. Ren.
b. Capsula suprarenalis.
Apparet hîc renis partes nondum coalitas fuisse.

FIG. X.

Ex A. Schumlansky Dissert. de structura renum.

Dimidium renis ex homine adulto desumpti, verticali sectione divisi, quae per convexitatis et hili medium tendit, unius tantummodo extremitatis portione intacta relicta.

a. a. a. Renculi, scilicet lobi, qui simul coaliti renem constituunt.
b. b. b. Lineae, quae lobos a se invicem separant, quaeque solummodo mente concipiuntur.
d. Septum corticale, seu columna corticalis, quae inter medullares pyramides locatur, et duos conos per vertices sibi oppositos quodammodo aemulatur.
e. Pyramis medullaris seu substantia medullaris integra unius lobi.
f. Hilum renale per sui medium dissectum, vasis, pelvi et calycibus liberatum.

g. g. Segmenta medullaria, seu pyramides partiales quae in unam papillam confluunt.

h. Papilla per sectionem dimidiata quae in hilum prominet.

i. k. Duae aliae papillae integrae, remotis calycibus minoribus, quibus cinctae erant.

l. Hîc impressionem seu foveolam papillarem Auctor delineavit, quam tamen scalptor noster imitatus non est.

m. m. Ambitus papillae circularis, quem arcus vasorum majores circumscribunt.

n. Fornix cum suis vasculis dissectis.

o. Superficies, quae in toto rene observatur.

p. p. Eadem superficies in hilo renali.

Lineae, quibus superficies renis tam in hilo quam in omni sua circumferentia exarata est, nihil aliud sunt, quam rete aut plexus venarum superficialium, cujus areolae tamquam bases pyramidum *Ferrenii* considerantur.

q. q. Pyramides Ferrenii, quae ab ipsa superficie tendunt ad papillae apicem. Notandum est, has pyramides minores esse in natura, quam hîc expressae sunt.

r. Pars corticalis pyramidis *Ferrenii*.

s. Pars ejusdem medullaris.

t. Fasciculus medullaris duplici lineola expressus.

u. Prolongatio seu continuatio per corticem uniuscujusque fasciculi punctis expressa.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Portio superficiei renis, microscopio aucta.

a. a. Venulae superficiales, quae ubique in superficie sibi invicem junctae formant plexum venosum.

b. Radiculae earum subtilissimae, quas ex ipso cortice recipiunt.

c. c. Areolae, quas venae superficiales circumlegunt, seu bases pyramidum *Ferrenii.*

d. Venula radiata in superficie in quinque ramos terminata, stellulam *Verheyenii* repraesentans.

FIG. XII.

Ex eodem Opere.

Lamina seu planum papillae a superficie renis ad sui apicem dilaceratae in qua tantummodo sex pyramides Ferrenii (seu fasciculi medullares) delineatae sunt, microscopii ope ultra vigesimam circa rationem auctae.

a. a. Portio peripheriae renis.

a. b. a. b. Substantia corticalis.

b. c. b. c. Substantia medullaris.

b. b. Fornix vasculosus.

d. Papillaris impressio, seu foveola per sui medium divisa.

e. e. Arteria radiata ramosa.

f. f. Vena radiata ad utrumque figurae latus cum suis ramulis depicta.

g. Ramus arteriosus cum suis pedicillis et glomerulis globosis racemum sistens.

h. h. h. Venarum extremitates villosae quibus eae cum suis arteriolis coeunt.

i. i. Arteriolarum extremitates in tortuosas flexuras abeuntes, quae demum interiora petunt.

k. k. Bases pyramidum *Ferrenii.*

k. - d. Ipsa pyramis Ferrenii.

l. Ejus concameratio corticalis.

m. Prolongatio medullaris seu nucleus concamerationis corticalis.

n. Ductus serpentini urinarii.

o. Ductus urinarii recti.
p. Vascula abscissa, circa quae ductus recti flexi et surculi ad instar amplectuntur.
q. Continuatio prolongationis seu fasciculus medullaris.
r. Spatia inter fasciculos medullares pro locandis vasculis sanguineis, quae in figura exprimere non licuit.
s. s. Ductuum rectorum bifurcationes.
t. t. Ductuum lacerorum portiones, quae papillae soliditatem utcumque referunt.
u. u. Ductulorum orificia.

FIG. XIII.

Ex citato Opere Loderi.

Pars renis per corrosionem praeparati, cujus vasa arteriosa materiae ceraceae ope impleta sunt.

a. Arteriae renalis truncus.
b. b. Pars ambitus renis, substantiam corticalem formans.

FIG. XIV.

Ex eodem Opere.

Dimidium renis ex cadavere adulti hominis desumpti, per longitudinem dissecti, cujus vasa arteriosa injectionis ope nitidissime repleta sunt, ita ut materia rubra in ipsos tubulos Bellini *seu pyramides Ferrenii penetraverit.*

a. Arteria renalis superior seorsim ex aorta prodeuns.
b. Arteria renalis inferior.
c. c. Hilum renale.
d. d. d. d. Substantia corticalis ex vasculis innumeris serpentino ductu decurrentibus constans.
e. Substantia tubulosa seu medullares, tubulos Bellini seu pyramides *Ferrenii* formans.

TABULA CXXVII.

FIGURA I.

Ex Loderi *Tabul. Anatom.*

Pelvis renalis cum infundibulo.

a. a. Duo infundibula minora superiora.
b. Infundibulum majus superius, quod ex confluxu minorum *a. a.* nascitur.
c. c. Duo infundibula minora media.
d. Infundibulum majus medium ex unione minorum *c. c.* enatum.
e. e. e. Tria infundibula minora inferiora.
f. Infundibulum majus inferius, quod tria illa minora *e. e. e.* constituunt.
g. g. Pelvis renalis inflata et aperta.
h. Ureteris origo.
i. Ureter.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Ren juvenis per longitudinem dissectus, papillas, infundibula, pelvim renalem et originem ureteris monstrans.

a. Extremitas inferior.
b. - - - - - superior.
c. c. Hilum renale.
d. d. d. d. Substantia corticalis.

e. e. Substantia tubulosa.
f. f. Papillae.
g. Infundibulum minus, seu calyx duplicem papillam involvens.
h. Aliud ejusdem generis.
i. i. i. Infundibula minora, quae simplicem papillam recipiunt.
k. l. m. Tria infundibula majora, seu calyces majores.
n. Pelvis renalis.
o. o. Ureter.

FIG. III.

Ex Santorini Septemd. Tabul.

Vesicam aere distentam et nonnihil in latus conversam exhibet, ut praeter variam ejusdem fibrarum directionem vesicula seminalis, vas semen deferens, vas urinarium alterius lateris, et praesertim prostata ejusque ligamentum in conspectum veniant.

A. A. Vesica urinae.
B. Urachus.
C. Priores extimarum fibrae, quarum *a. a.* bina strata conspiciuntur, quorum alterum alteri subjicitur.
b. Fibrarum fasciculus, qui a prioribus decedens seorsim fertur.
c. c. c. Alii atque alii lacertuli qui infra dimidiam vesicam deflectentes, in arcum ducti in posteriora contendunt.
D. D. D. Fibrae intimae rete quodammodo inter se compingentes.
E. E. Fibrae inter extimas intimasque in stratum compositae.
F. Vas urinarium sinistrum desectum, quod non in anteriori vesicae parte, sed circa posteriora inseri maxi-

me constat, quodque quanto lumine hiet *d.* ostenditur.

G. Vesicula seminalis lateris ejusdem, pone quam conspicitur vasis deferentis flexuosa origo *H.* in quo quantum sit ejus orificium *e.* seu cavitas indicatur.

I. K. K. Num glandulae prostatae moles? *K. K.* An hîc capsulae pars reperitur laxe prostatam obducens, in quam extimae vesicae fibrae *. *. sese demittant?

f. f. Tenues fibrae, quae juxta priorem prostatae faciem e vesica deducuntur.

L. Ligamentum prostatae novum, quo tum prior prostatae pars, tum levatorum musculorum priora latera adducta inferiori pubis ossis faciei valide colligatur.

M. M. Hujusce ligamenti productiones inferiores, quae imis etiam levatoris ani fibris miscentur.

N. An productionum superiorum altera prostatae capsulae adjuncta? *g.* Capsulae vestigium a sinistris, aut si mavis, sectio.

h. h. An ligamenti productiones quae in capsulam disperguntur?

O. O. Fibrae arcuatae urethrae, ut videtur, isthmum supergressae.

i. i. Intimiores aliae, quae urethram amplectuntur.

l. Fibrarum interruptio.

P. Urethra, quam funiculus perstringit *m. m.* ne aer, quo vesica turget, incommode egrediatur.

o. Num ligamenti portio reflexa?

FIG. IV.

Ex eodem Opere

Varietatem incessus fibrarum vesicae aere distentae mirum in modum demonstrat, tum si solam spectari cum si priori comparari lubeat.

A. Vesicae pars cervici proxima, ex qua nonnullae fibrarum series emergunt, in vesicae fundum commigraturae, cujusmodi sunt
a. a. Bina fibrarum strata his Fig. III. *a. a.* respondentia.
b. b. Aliaque caeteros fibrarum fasciculos subeuntia.
B. B. Vesicae fundus, circa quem fibrae *c. c. c.* funduntur, singulis e partibus advectae.
C. Urachus, qui in vesicae summo constitutus, fibras excipit *d.* e priori potissimum parte profectas.
D. Vas urinarium dexterum singulis hinc inde validioribus fasciculis *e. e.* interceptum. Hisce additur *f f f.* fascis alter validissimus intimior, qui cum priores secet, fit ut vas urinarium undequaque iisdem comprehendatur.
E. Globosa vesicae eminentia, aut ejusdem dilatatio cujusmodi in homine et in brutis animantibus interdum observatur.
F. Hîc fibrarum vesicae implexus et textus ratio mirifice repraesentatur.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Vesicae sphincterem Santorinum hac figura exhibuisse videtur.

A. Vesicae urinariae pars inferior et interior.
B. B. Glandula prostata e posteriori parte inspecta.
a. Specillum meatum indicans.
C. An urethrae isthmus, cui fibrae orbis in modum circumducuntur?

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Serra a summi pubis lateribus ad ischii usque tubera demissa, adversam pubis faciem, et quae pone eam sunt, labyrinthum, prostatam, imam vesicam repraesentat.

A. Interior facies ossium pubis, qua committuntur superiora pubis crura seu cornua *B. B.* serra excisa.

C. C. Tubera ossis ischii pariter desecta.

D. D. Obturatores musculi interni, qui ab ora *a. a. a.* demittuntur magni foraminis, quod utroque pubis crure et ischii processu anteriore comprehenditur.

E. E. Fibrae tendineo-carnosae imis levatoribus accensendae, inferioribus ligamenti prostatae productionibus fortasse continuae, et forte eaedem, ac in Fig. III. *M. M.* descripsimus, maxime si fibrae ibi *O. O.* cum fibris *F.* hujus figurae comparentur.

b. b. b. Vasa resecta, quae sub pubis arcu transeuntia genitalibus partibus inserviunt. Haec illa sunt quae in labyrinthum, seu in torcular confluentia variorum ordinum sinus circa prostatam deinceps efficiunt.

G. G. Glandula prostata, ab osse pubis una cum incumbente vesica emota, ut clarior quarumdam partium conspectus exhiberetur.

H. Prostatae apex, quem isthmus urethrae subsequitur.

I. Fibrarum fascis imae prostatae et isthmo subtensus.

L. L. Vesicae pars ima, in qua triplex, quo pertunditur, osculum observatur.

c. Vescicae urinariae osculum, cui prominulum corpus praefigitur *d.*

e. e. Hiatus ureterum in vesicam, atque eorum corporum origo, quae sensim inclinata in *d.* producuntur.

TABULA CXXVIII.

FIGURA I.

Ex Girardi *Tabul. II. adjecta Septemd. Tabulis Santorini.*

Foetus quatuor circiter mensium testes peritonaeo, ut caetera obductos adhuc in abdominis cavo haerentes exhibet, quorum bases apice suo in os pubis sese demittere apertissime observantur.

a. a. Renes.
b b. Ureteres.
c. Vesica urinaria sursum revoluta una cum arteriis umbilicalibus *d. d.*
e. e. Vasa spermatica sinuosis flexibus incedentia.
f. f. Testes.
g. g. Eorum epididymides.
h. h. Vasa semen deferentia serpentino incessu procedentia.
i. i. Testium bases, quarum apices *k. k.* infra peritonaeum *l. l.* in os pubis *m.* sese demittere atque explicare conspiciuntur.

FIG. II.

Ex Hunter's *Observations on certain parts of the animal oeconomy.*

Situs testium in abdomine foetus sex mensium. Intestina omnia, recto excepto, remota sunt; peritonaeum autem plerisque in locis partes obtegit, adeoque partes ipsae non ita luculenter apparent, ac si detractum fuisset.

A. Cadaveris superior pars linteo obtecta.
B. B. Coxae.
C. Penis.
D. Scrotum.

E. Integumenta, musculi abdominales, et peritonaeum in dextro latere revolutum ut testis in conspectum veniret.

F. Eadem integumentorum et adiposae membranae dispositio in latere sinistro.

G. Abdominales musculi et peritonaeum in latere sinistro ad cristam ossis iliûm revolutum.

H. H. Inferior renum pars in utroque latere.

I. Regio ultimae vertebrae lumborum.

K. Rectum intestinum meconio turgens.

L. Arteriae mesentericae inferioris ramus, qui colo prospiciebat.

M. Ramus inferior ejusdem arteriae in pelvim pone rectum descendens.

N. Pars inferior vesicae urinariae, superior enim resecta fuit.

O. O. Arteriae umbilicales.

P. P. Ureteres.

Q. Q. Vasa spermatica serpentino reptatu decurrentia.

R. R. Testes psoae musculo incumbentes.

S. S. Ductus deferentes.

T. T. Membrana quae ab Auctore *gubernaculum testis* seu *ligamentum* dicitur.

FIG. III.

Ex Eduardi Sandifort Opusc. Anatom.

Foetus abdomen sic apertum, ut peritonaeum nudum appareat, per illud intestina transpareant, separata vero sint ab eodem vasa umbilicalia cum vesica. Peritonaei productiones. Testes in inguine adhuc siti.

a. a. Integumenta cum musculis, de superiori abdominis parte separata.

b. b. De pube et inferiore abdominis parte separata integumenta.

c. c. c. Peritonaeum nudum.

d. d. Hepar per peritonaeum transparens.

e. e. e. Intestina similiter per peritonaeum conspicua.

f. f. Productiones peritonaei vaginalem testis tunicam formantes, immisso aere aliquantum turgidi.

g. g. Testes inferiorem harum productionum partem adimplentes, nondum scrotum ingressi, sed in inguine adhuc subsistentes.

h. h. Scrotum aquoso tumore turgidulum.

i. Penis.

k. Vesica urinaria.

l. Urachus.

m. m. Arteriae umbilicales.

n. Vena umbilicalis.

o. Funis umbilicalis.

p. Integrum peritonaeum ibi etiam loci, ubi umbilicalis funis de cute emergit.

q. Ossium pubis margo, supra quem vesica assurgit, et a cujus lateribus testes peritonaei productionibus contenti dependent.

FIG: IV.

Ex eodem Opere.

Peritonaei plica transversa ad aperturam productionis peritonaei, pone quam descendunt vasa.

a. Plica transversa peritonaei.

b. Vas deferens.

c. Vasa spermatica.

FIG. V.

Ex Tabula GIRARDI *inter XVII. Tabulas Santorini.*

Foetus sex circiter mensium ita dissectus, ut testium potissimum sedes, eorum vasa, et tunica vaginalis peritonaeo continua perbelle conspiciantur.

A. Thorax; *a.* os sterni; *b.b.b.* costae; *c.* diaphragmatis plica.
B. B. B. Molles abdominis parietes resecti et revoluti.
C. C. Jecur, in foetibus praegrande.
d. Umbilicalis vena, fessuram cognominem *e.* subiens.
f. Isthmus jecinoris.
g. Lobulus Spigelio dictus.
h. Vesicula fellis ad ovalem figuram accedens.
i. Cysticus ejusdem ductus.
k. Jecoris scissura, ad latera sinus vesiculae excipiendae facti.
D. Ventriculus.
l. Intestini duodeni curvatura.
m. Jejuni summa pars.
n. Mesaraei portio.
o. Pancreas deorsum detrusum.
p. Lien praegrandis.
E. E. Renes.
q. q. Glandulae renales, aut renes succenturiati.
F. Truncus cavae inferioris.
G. Aorta.
r. r. Vasa emulgentia: *s.* vena quae ex emulgente sinistra in glandulam renalem tendit.
t. Vena spermatica dextra: *u.* arteria ejusdem lateris.
v. Arteria spermatica sinistra: *x.* vena.
y. Duplicatura peritonaei, qua spermatica vasa testem subeunt.
H. Testis dexter paulo infra renes intra cavitatem abdominis comprehensus.

ζ. Ejus epididymis fere soluta ac nutans.
α. Vas semen deferens serpentino incessu incedens.
I. Basis mucosa peritonaeo obducta, quae testi subjicitur, ac in eumdem continuatur.
K. Testis sinister e cavo abdominis ad inguina delapsus, jamjam scrotum subiturus.
β. Epididymis.
γ. Vas semen deferens.
δ. δ. Integumenta secundum longitudinem discissa atque ad latera revoluta.
ε. ε. Peritonaeum ad anuli abdominalis regionem dissectum, ut tunica vaginalis ξ. ξ. pariter discissa, e peritonaeo producta, eidemque continuata in conspectum prodeat.
L. Intestinum rectum meconio repletum.
η. η. Ureteres.
M. Vesica urinaria deorsum inflexa et revoluta.
θ. Urachus.
ς. ζ. Vasa iliaca.
ι. ι. Umbilicales arteriae in iliacas arterias abeuntes.
κ. Nodus anfractusve, qui in dextera hujusce foetus umbilicali arteria occurrebat.
N. Pars umbilicalis funiculi in spiram convoluti, in quo vasorum nodi conspiciuntur.

FIG. VI.

Ex Wrisberg *Comment. medici, physiologici, anatomici et obstetricii argumenti.*

Exhibet foetus corpusculum, cujus abdomen inferius eo scopo praeparatum, ut testiculorum situs, canalis peritonaei apertum, et progressus, peritonaei in eumdem continuatio, ejusdemque cum scroto connexio cerni possint.

A. Renum margo inferior.

B. Vena cava.

C. Arteria aorta.

D. Vasorum spermaticorum origo et pone peritonaeum descensus.

E. Ureteres.

R. Intestinum rectum.

V. Vesica urinaria.

P. Mentula.

S. Scrotum in utraque cavea apertum.

L. Fascia ligamentosa, peritonaei processum cum scroti infime sacco conjungens.

T. Testiculus dexter tunica sua vaginali inclusus, ex cavo abdominis per annulum jam egressus, medio autem in loco inter inguen et infimam scroti partem haerens.

U. Testiculus sinister, cujus alterum dimidium adhuc in abdominis cavo cum sua epididymide *e.* remansit, alterum vero per annuli aperturam canalem peritonaei jam ingressum est.

e. Epididymis sinistra.

d. Ductus deferentes.

a.b.c.q.f.g.o. Peritonaeum, cujus *a. b. c. q. o.* pars, quae musculos abdominales interius obducit, ab illis soluta est, et vasa spermatica pellucent; altera vero pars *q. f. g. o.* est vera peritonaei immediata continuatio per annulum in scrotum producta, *canalem*, vel *processum peritonaei* formans, qui testiculum ambit, in quo *q. o.* infundibuliformem hujus canalis peritonaei aperturam designat, per quam testiculus descendit, et intestina simul, si hernia congenita hac in regione observatur.

r. Introitus per dictam aperturam in canalem processus peritonaei.

i. h. Tubulus, quo facillime tunicam vaginalem in amplam vesicam inflare possumus.

m. Externa annuli sinistri apertura, qua exit processus peritonaei cum contenta testiculi parte.

o. Arteriae umbilicales rescissae.

FIG. VII.

Ex Hunteri *Opere citato.*

Situs testiculorum in foetu paullo maturiore, cujus testiculi jam in scrotum descenderunt. Tenuia intestina remota sunt, crassa vero in propria sede relicta.

A. Hepar obiter indicatum.
B. B. Crura.
C. Penis.
D. Scroti pars media.
E. E. Abdominis integumenta discissa et reclinata.
F. Intestinum coecum.
G. G. Appendix coeci vermiformis.
H. Colon intestinum.
I. Flexura coli ad sedem lienis.
K. Quâ colon descendit ante renem sinistrum.
L. Flexura coli sygmoidea.
M. Initium intestini recti.
N. Pars musculorum abdominalium dextri lateris, cum peritonaeo ad os iliûm reclinata.
O. O. Inferior pars musculi obliqui exterioris sinistri.
P. Pars inferior musculi recti abdominis dextri lateris, ad sinistras ideo reflexa, ut arteria epigastrica conspici posset.
Q. Urinariae vesicae pars anterior.
R. Urachus.
S. S. Vasa cruralia sub ligamento Falloppii decurrentia.
T. Funiculus spermaticus sinistri lateris.
U. Testiculus sinister vaginali tunica inclusus, quae tunc eam formam praesefert, cum aere aut aqua nonnihil distenditur.
V. Testiculus dexter, tunica vaginali discissa.
W. Epididymis ejusdem lateris.
X. X. Vasa spermatica.

Y. Ductus deferens.
Z. Ureter.
a. Residuum *gubernaculi* seu ligamenti, quo testes scroti fundo alligantur.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Omnia ut in Fig. VII. separatis visceribus, quae in iliaca regione posita sunt, abdominis musculis reclinatis et urinaria vesica.

A. A. Crura.
B. Penis.
C. Media pars scroti.
D. D. Abdominis integumenta.
E. E. Portio musculorum abdominalium et peritonaei.
F. F. Peritonaeum, quo musculus tegitur iliacus internus.
G. Rectum intestinum meconio repletum.
H. Vesica urinaria, ad cujus latera sunt arteriae umbilicales.
I. I. Ureteres.
K. Testiculus dexter, ut in Fig. VII. *V. W. X. Y.*
L. Testiculus sinister, ut *U.* Fig. VII.
M. Vasa spermatica sinistri lateris peritonaeo contecta, quae ad *anulum* pergunt.
N. Ductus deferens.
O. Sacci apertura seu canalis, qui testem continet. Hujusmodi orificium viam praebet, qua productio peritonaei vel saccus cum abdominis cavo communicat.
P. Arteria epigastrica lateris sinistri.

TABULA CXXIX.

FIGURA I.

Ex Loderi *Tabul. Anatom.*

Vesica urinaria feminae annorum circiter xl. *discissa, cum urethra.*

a. a. a. a. Laciniae partis anterioris vesicae dissectae, reflexae.
b. Interior superficies rugosa.
c. c. Urethra aperta cum sinibus suis mucosis.
d. d. Ureteres.
e. e. *Corporis trigoni* basis.
f. Ejusdem corporis trigoni apex, in collo vesicae circa originem urethrae evanescens, ibique *uvulam vesicae* sic dictam formans, in virili vesica magis conspicuam. Confer Fig. II.
g. g. Ureterum ostia.
h. h. h. Tela cellulosa vesicam et urethram externe obtegens per lenem macerationem paullulum soluta.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Vesica urinaria virilis aperta cum pene dissecto.

a. a. a. a. Vesica aperta, cujus laciniae reflexae sunt.
b. Ureter dexter.
c. Ostium ejus in vesicam hians.
d. Ureter sinister.
e. Ostium ejus.
f. *Corporis trigoni* basis.
g. Ejusdem corporis apex seu *uvula vesicae.*

h. i. k. *Caput gallinaginis*, seu *verumontanum*: *h.* pars ejus globosa: *i.* apex in urethram desinens: *k.* sulcus ejus, seu sinus.

l. l. Ostiola, quibus ductus ejaculatorii in capite gallinaginis aperiuntur.

m. m. Prostatae discissae facies exterior: *n. n.* interior.

o. o. Ostiola ductuum prostaticorum.

p. p. Pars urethrae membranacea, seu isthmus.

q. q. Glandulae Cowperi.

r. r. Ostiola, quibus earum glandularum ductus in urethram aperiuntur.

s. s. s. s. Bulbus urethrae discissus.

t. t. t. t. Corpus urethrae spongiosum discissum.

u. u. Glans penis, discissa.

v. v. v. Praeputium discissum et reflexum.

x. Urethra discissa, ut interior ejus membrana in conspectum veniat.

y. y. y. y. Corpora cavernosa penis.

z. Musculus accelerator urinae dexter.

α. - - - - - - - - - - - sinister.

β. Musculus erector penis dexter.

δ. - - - - - - - - sinister.

ε. Ductus deferens dexter.

ζ. - - - - - sinister.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Glans penis praegrandis, materia ceracea impleta.

a. a. Portio corporum cavernosorum penis.

b. b. Praeputium retractum.

c. Frenulum.

d. d. d. d. Corona glandis.

e. Apex.

f. f. Colliculi.
g. Sulcus glandem dividens.
h. h. Glandulae sebaceae coronae glandis in hoc specimine valde conspicuae.

FIG. IV.

Ex Ruyschii Epist. Anatom. XV.

Penis a cute denudatus, praegressa balsamatione exsiccatus, et prona parte visus.

a. Superficies tunicae cellulosae ab involucro exteriore crasso, nervoso denudatae.
b. Unius lateris corpus nerveo - spongiosum majus.
c. Septum inter duo corpora nerveo - spongiosa.
d. Meatus urinarius.
e. e. Exterioris involucri crassi et nervosi superficies interior.
f. f. Glans.
g. g. Tunicae cellulosae aere inflatae crassities.
h. h. Margo interioris involucri crassi.

FIG. V.

Ex eodem Opere

Lamellam exhibet penis humani, inflatam et exsiccatam, neglecta tunica cellulosa.

a. Utrumque involucrum crassum sibi invicem ita adhaerens, ut simplex nobis occurrat.
b. Sinistri lateris corpus nerveo - spongiosum majus.
c. Septum inter duo corpora nerveo - spongiosa.
d. Corpus nerveo - spongiosum minus urethram ambiens, superiore parte excepta.
e. Meatus urinarius.
f. Fibrae nervosae e septo prodeuntes et in integumento crasso interiore desinentes.

FIG. VI.

Ex Loderi *Opere citato.*

Septum corporum cavernosum penis inflati et siccati, cujus corpora cavernosa resecta sunt.

a. a. Urethra.
b. Glans penis.
c. Vena dorsalis.
d. e. e. Septum corporum cavernosorum: *d.* pars posterior, fere solida: *e. e.* pars anterior pectiniformis.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Arteria profunda penis, per corpus cavernosum sui lateris decurrens. Vasa sanguifera materiae ceraceae ope repleta sunt: penis inflatus et siccatus.

a. a. b. c. Ut in Fig. VI.
d. Arteria dorsalis penis.
e. f. Arteriae profundae, per corpus cavernosum ramos suos mittentes: posterior *e.* ex arteria pudenda immediate, anterior *f.* ex dorsali in hoc specimine oritur.

FIG. VIII.

Ex Santorini *Septemd. Tabul.*

Penem et partes musculares, quae in ima et exteriore pelvis facie conspiciuntur ab ossibus pubis et ischiorum, ad os coccygis et sacrum pertinentes ostendit.

A. Glans penis preputio nudata.
a. Urethrae hiatus rimulam referens.
b. b. Exigua oscula circa penis cervicem, e quibus, quod sub praeputio aggeri solet, excerni putamus.

B. Penis praeputium revolutum.

C. Penis corpus omnibus hîc teguminibus obductum.

D. Urethra.

E. Ejus bulbus, cui acceleratores interni musculi sunt circumducti; eorum fibrae ad urethrae latera tamquam per cornua *c. c.* protenduntur.

F. An fibrae exteriores quasi in transversum ductae e sua sede remotae, quae a postica in priorem partem oblique feruntur?

d. Media linea, in quam fibrae contendunt.

G. G. Ischii tubera cruribus ossium pubis *e.* firmiter adnexa.

H. H. Bini musculi penis erectores.

I. An Santorini musculus ejaculator, seu elevator novus inter bulbum et urethram conjectus?

K. Musculus alter urethrae lateralis.

L. L. Transversales musculi ab erectorum, ut videtur, fibris ut plurimum abscedentes.

f. Lacertus qui transversalium finem habere conspicitur, quemadmodum in transversalium plexu adnumerandus est fasciculus *g.*

M. M. Fibrae in plurimos fasciculos discretae, quae sub transversis musculis communi fere cum levatorum *h.* imis fibris principio ab extremo infero pubis crure decedentes sphincteri ani adjiciuntur.

N. Anus fibris utrinque rectis comprehensus.

O. O. Ani sphincter externus, cujus fibrae iu acutum productae in imam et posticam acceleratorum partem insertae pro triangulari musculo *P.* habitae sunt. Eaedem in penis membranam *Q.* insertae conspiciuntur.

i. Specillum, cujus ope triangularis musculus elevatus est.

R. Os coccygis, a quo imae levatorum fibrae, et exteriores *l. l.* et imae posticae sphincteris.

m. Orbicularis internus sphincter, cujus vestigia fortasse *n. n.* dissecta.

S. S. Pars maxima levatoris musculi, cujus non modica portio sub *M. M.* delitescit.

T. Posterior ischiorum acutus processus.

V. Tendo musculi obturatoris interni.

W. Ligamentum ab ischii tubere profectum, et in os coccygis et sacrum terminatum.

o. Spina processus acuti ossis ischii, e qua musculus triangularis coccygis proficiscitur, qui tum in coccygem, tum in os sacrum terminatur.

p. Ejusdem musculi triangularis ex opposita parte exigua portio.

Z. Ligamentum alterum ab eadem ischii spina pronatum musculo triangulari quammaxime adhaesum implexumque, et ossi sacro firmissime nexum.

FIG. IX.

Ex Camper *Demonstr. Anat. Pathol. Lib. II.*

Vesicae urinariae, prostatae et vesiculae seminalis sinistrae situs in pelvi a latere sinistro spectatus.

a. Synchondrosis ossium pubis.

b. b. Os iliûm resectum mox pone articulum.

c. c. Corpus cavernosum sinistrum penis resectum.

d. Sectio corporis cavernosi dextri.

e. Ligamentum suspensorium penis.

f. f. Bulbus urethrae.

g. Sectio urethrae.

h. Pars membranacea urethrae.

i. Prostata.

k. Vesicula seminalis sinistra.

l. Ductus deferens sinister.

m. m. Ureter sinister.

n. n. Vesica urinaria vacua et collapsa.

o. Recti abdominis tendo, ossi pubis insertus.

p. Musculus pyramidalis dexter.

q. q. q. Peritonaeum.

r. Musculus psoas major.
s. s. - - - iliacus internus.
t. - - - gluteus minimus.
u. - - - - - - medius.
v. - - - - - - major.
x. - - - piriformis.
y. - - - coccygeus.
z. z. - - - obturator internus.
α. Ossis coccygis vertebrae spuriae ultimae.
β. Gluteus major lateris dextri.
γ. Margo interior ossis pubis.
δ. δ. Flexura iliaca coli.
ε. Intestinum rectum.
ζ. Anus.
η. η. η. Sphincter ani externus.

TABULA CXXX.

FIGURA I.

Ex CAMPER *Demonstr. Anat. Pathal. Lib. II.*

Musculi perinaei cum parte urethrae vasisque sanguiferis et nervis.

a. Tuber ossis ischii dextri: *b.* sinistri.
c. c. Musculus gracilis.
d. d. Adductor magnus.
e. e. Glutei majoris pars.
f. f. Sphincter ani internus: *g. g. g. g.* externus.
h. h. Musculi acceleratores urinae.
i. i. - - - erectores penis.
k. k. Corpora cavernosa penis.
l. Urethra resecta.
m. m. Musculus transversus perinaei superficialis sinister.
n. n. Musculi transversi perinaei profundi.
o. o. - - - levatores ani.
p. p. p. Arteria pudenda dextra.
q. Vena pudenda sinistra resecta.
r. r. r. Vena pudenda dextra.
s. Vena haemorrhoidalis externa.
t. t. t. Nervi pudendi rami.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Remotis musculis perinaei, situs prostatae, vesicularum seminalium et vesicae urinariae ab anteriori parte.

a. Urethra resecta.

b. b. Eminentiae ovatae bulbi urethrae in hoc cadavere valde conspicuae.
c. Pars membranacea urethrae.
d. d. Prostata.
e. e. Vesiculae seminales.
f. Fundus vesicae urinariae intestino recto insidens.
g. g. Intestinum rectum.
h. Ossis coccygis pars.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Prostata et glandulae Cowperi, *ab anteriori.*

a. b. b. c. Ut in Fig. II.
d. d. Glandulae Cowperi.
e. Prostata cum plexu suo venoso.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Cavum vesicae urinariae a latere sinistro apertae et iter urethrae.

a. a. Urethrae cavum apertum.
b. b. Vesicae urinariae fundus.
c. Pars anterior vesicae.
d. Urachus, ex vesicae urinariae vertice prodeuns.
e. Ureteris sinistri orificium: *f.* dextri.
g. Caput gallinaginis seu verumontanum.

FIG. V.

Ex Roederer Opusc. Tom. I. Part. I.

Urachus foetus perfecti.

a. a. Urinariae vesicae pars superior.

b. Ligni frustulum ad sublevandam hanc vesicae partem suppositum.

c. Pars verticis vesicae urinariae, a qua fibrae musculares remotae sunt.

d. d. Fibrae musculares longitudinales vesicae in urachum continuatae.

e. Urachus in medio in longitudinem apertus et in planitiem diductus.

f. Canalis intra urachum absconditus: *g.* ejus ortus ex vesica.

h. Terminus, ubi canalis hic cum fibris muscularibus confusus apparet.

i. Seta intromissa.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Urachus infantis octo dierum.

a. a. Vesicae urinariae pars superior.

b. b. Arteriae umbilicales.

c. d. d. e. Ut in Fig. V.

f. Terminus, ubi urachus cum fibris muscularibus confusus apparet.

g. Canalis intra urachum absconditus, tortuosus, mercurio repletus.

h. Ortus ejus angustus ex vesica urinaria.

i. i. Filum ligans verticem vesicae, ne mercurius effluat.

TABULA CXXXI.

FIGURA I.

Ex Ruyschii Epist. Anatom. I.

Scrotum humanum repraesentat post inflationem et exsiccationem parte superiore apertum.

a. a. Superficies scrotis pilis exornata, quorum radices et vaginulae quâ glandulis cutaneis productiores sunt, quâ vero iisdem glandulis privatae.
b. Pinguedo in parte superiore scroti.
c. Septum dirimens scrotum in partes duas.

FIG. II.

Ex Loderi Tabul. Anatom.

Tunicae vaginales testiculi et funiculi spermatici, ex cadavere viri annorum circiter xxx.

a. a. a. Funiculus spermaticus.
b. Testiculus tunica albuginea obductus.
c. Epididymis, eadem tunica tecta.
d. d. d. Tunica vaginalis propria testiculi.
e. e. e. e. Tunica vaginalis communis testiculi et funiculi spermatici.
f. Funiculus propria vaginali circumdatus.

FIG. III.

Ex Albini Academ. Annotat. Lib. II.

Testis hominis adulti, albuginea tunica per longitudinem testis incisa, et ejus portione a testis pulpa detracta, inversa et sic reflexa ut interiorem partem exhibeat.

a. Tunica testis albuginea.
b. Albugineae pars altera detracta inversa et reflexa. Penetrant quoque vasa, quorum nonnulla e pulpa protracta sunt; ut *c.* pleraque non nisi ex parte, quo appareat, quomodo se portionibus pulpae interserant *d.* et super eam in ramos spargant *e.*
f. f. Pulpa testis, a qua detracta albuginea. Pulpa in multas portiones inaequaliter divisa.

FIG. IV.

Ex eodem Opere

Pars tunicae albugineae a pulpa testis detractae ex interiore parte expressa.

a. Penetrant per eam multa vasa ad pulpam pertinentia, e qua protracta.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Una ex portionibus, in quas pulpa testis inaequaliter divisa est in Fig. III. aucta magnitudine expressa.

a. Fila quaedam flexuosa, e quibus constat.
b. Vasa, quae per eam se spargunt.

FIG. VI.

Ex L*ODERI* *Tab. Anatom.*

Testiculus adulti, cujus arteriae rubro colore, venae viridi, viae seminiferae mercurio vivo impletae sunt. Sejunctus est ductus deferens a vasis sanguiferis funiculi spermatici, ut vasa melius in conspectum veniant.

a. a. a. Tunica vaginalis communis testiculi et funiculi spermatici.

b. Testiculus.

c. Arteriae spermaticae internae truncus ex aorta natus, varios ramos ad testiculum mittens, qui perforata tunica albuginea, ad ipsam testiculi pulpam penetrant.

d. d. Arteria spermatica interna altera (non constans) etiam ex aorta nata, quae juxta ductum deferentem ad epididymidem et testiculum decurrit, ibique in varios ramulos dividitur.

e. Arteria spermatica externa ab epigastrica ortum trahens et ramulis suis in testiculi involucris desinens.

f. f. f. Venae spermaticae internae rami, sanguinem ex ipsa testiculi pulpa revehentes ac per albugineam prorumpentes.

g. g. Plexus pampiniformis seu spermaticus, quem hae venae formant.

h. Venae spermaticae internae truncus, cum funiculo spermatico per annulum abdominalem transeuns, abscissus.

i. i. i. Vena spermatica interna altera seu minor (non constans) quae juxta ductum deferentem adscendens, tunicam vaginalem communem in hoc specimine perforat, ad externam ejus faciem decurrit, et tandem superato annulo abdominali cum venae spermaticae trunco *h.* confluit.

k. k. k. Vena spermatica externa, arteriae ejusdem nominis comes.

l. Ductus efferentes, qui ex ipsa testiculi substantia prorumpunt.

m. m. Coni epididymidis.
n. n. Epididymis.
o. o. o. Ductus deferens.

FIG. VII.

Ex RUYSCH Thes. Anat. IV.

Testiculus humanus dissolutus, qui nil nisi fasciculus vasculorum tenuissimorum.

FIG. VIII.

Ex HALLER Oper. minor. Tom. II.

Testis humanus argento vivo repletus.

a. Ductus deferens, cujus vas paulatim magis magisque complicatur.
b. Pars ejus ima, qua contra se ipsum adscendere incipit, et nunc epididymidis nomen induit.
c. Epididymis tota hydrargyro repleta ex uno serpentino vasculo composita.
d. Caput epididymidis dissolutum.
e. e. e. Coni vasculosi, in quos caput epididymidis resolvitur.
f. f. Vasa semen efferentia ex conis orta.
g. g. Rete cellulosum testis.
h. Ductus rectilinei.
i. Caro testis nuda.
k. k. Argentum vivum in bullas cellulosas effusum.

FIG. IX.

Ex ALBINI Academ. Annot. Lib. II.

Epididymis hominis adulti cum vase deferente argento vivo repleta et postea siccata.

a. Epididymidis globus superior, in quo canaliculi flexuosi subtiliores: inde sensim crassiores, usque in globum inferiorem *b.* et ab eo etiam *c.* donec in vas deferens *d.* abeat.

FIG. X.

Ex Albini Academ. Annot. Lib. IV.

Vesica hominis adulti a posteriore parte, quâ intestino recto adjacet.

a. Vesica.

b. b. Ureteres.

c. c. Vasa deferentia, quae ad postremum *d. d.* in parvae vesiculae seminalis speciem dilatantur.

e. e. Vesiculae seminales.

f. Pars communis vasi deferenti et vesiculae seminali ex eorum conjunctione nata.

g. Prostata.

h. Urethra.

i. i. Glandulae mucosae *Cowperi*.

k. Bulbus urethrae.

FIG. XI.

Ex eodem Opere.

Detracta prostata g. Fig. X. ut ea quae tegit ostendantur.

d. d. Vasa deferentia in parvae vesiculae seminalis speciem dilatata.

e. e. Vesiculae seminales.

f. Pars communis vasi deferenti et vesiculae seminali. Pars communis *f.* amplior et longior exit in canaliculum *g.* emissarium ad urethram pertinens.

h. Vas deferens et vesicula seminalis confluentia in unum, postquam prostatam subierunt. Ex quo pars illa communis *h.* minor, exeuns in canaliculum *i.* emissarium ad urethram pertinens.

n. Urethrae principium capacius.

FIG. XII.

Ex eodem Opere.

Principio urethrae per longitudinem bifariam dissecto, pars dimidia posterior, ex anteriore parte exhibita.

A. Urethrae principium capacius.

B. Caput gallinaginis.
m. m. Ostia emissariorum *g. i.* Fig. XI.
o. Fissura in capite gallinaginis, sinusque in quem ducit inflando distenta.

FIG. XIII.

Ex Floriani Caldani Opus. Anat. 1803.

Vesicula seminalis sinistra mercurio repleta, et in intestinulum resoluta.

a. Ductus deferens.
b. Ejusdem ductus portio varicosa.
c. Ubi ductus deferens in vesiculam aperitur.
d. Ductus communis canali deferenti et vesiculae, qui in prostatae vallecula finem habet.
e. e. e. Intestinulum, quod pluries inflexum vesiculam constituit.
i. i. i. Plicaturae ipsiusmet intestinuli.
o. Ejus finis caecus.

FIG. XIV.

Ex eodem Opere.

Vesicula seminalis dextera aere inflata, dein exsiccata, atque a summo ad imum ita dissecta, ut cellulae in conspectum veniant, in quas vesiculae ipsius cavum conformatur.

a. Ductus deferens.
b. b. Ejus portio varicosa, quae cellulis constat.
c. Foramen, per quod semen a ductu deferente transit in vesiculam.
d. d. Superficies exterior vesiculae.
e. e. e. Cellulae.
i. i. i. Valvulae seu septula, quae cellulas separant.
m. Ductus communis vesiculae et canali deferenti.

FIG. XV.

Ex eodem Opere.

Est portio vesiculae seminalis, in qua venae hydrargiro repletae sunt, ut reticulum magis pateat, quod interiorem superficiem ipsius vesiculae exornat. Portiuncula haec ter naturalem magnitudinem excedit.

TABULA CXXXII.

FIGURA I.

Ex Dissert. inaug. Anatomica de structura mammarum sexus sequioris,
Alex. B. Kölpin.

Mamma feminae annorum trigintasex, cujus lactiferi ductus mercurio felicissime impleti sunt. Ab anteriore parte spectata, communibus velamentis remotis.

a. - m. Tubuli lactiferi duodecim. Decimum tertium pictor omitere coactus fuit, quia nimis profunde collocabatur.
A. A. Insula glandulosa, an mamma parva *Heisteri* sub pinguedine recondita?
B. Discus papillae.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Postica mammae ipsius superficies, omni cellulosa remota.

A. A. A. A. Vasa lymphatica.
B. Maximus truncus vasorum lymphaticorum procedens ad plexum lymphaticum axillarem.
C. Medius et secundus trunculus lymphaticus pari ratione porrectus.
D. Tertius truncus lymphaticus.
E. Mamma parva *Heisteri* ab antica usque ad posticam faciem penetrans.
F. F. F. Majores tubuli seu ductus lactiferi transparentes.

FIG. III.

Tabula Cuboli *in Appendice ad Septemd. Tab.* Santorini.

Mulieris primiparae quatuor et viginti annos natae mammae dextrae basis, in qua plures vasorum lacteorum radices ex acinis prodeuntes, atque ex minoribus in majores sensim convenientes.

A. Pars mammae superior, quae sursum protenditur.
B. Altera, quae paulo plus patescit ad exteriorem partem.
C. Inferior pars, quae minus quam caeterae producta est, simulque interior *D.* quae duo ambitu fere orbiculato circumscribuntur.
a. a. a. Acini. *b. b. b.* Radiculae singulae quae ex singulis acinis proficiscuntur, quae ubi vix aliquantulum incesserint, altera cum altera inter se conveniunt, et brevi confecto itinere, intro se immissum eunt in mammae corpus, eodem ac caeterae contendentes.
c. c. c. Aliae radices quae cum modo exhibitis plane conveniunt.

FIG. IV.

Ex eodem Opere

Pars mammae, in qua vasorum origines, eorumque directio in conspectum veniunt.

a. a. a. Ductus lactiferi, qui non rectis lineis incedunt, sed non nihil flexuosis, et ad angulos fere curvilineos inter se coeunt.
b. b. b. Trunci ductuum lactiferorum, quorum alii majores sunt, minores alii.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Vasa lactea in sinum conicum corrivantia, ex quo tenuis exilisque excretorius ductus emergit.

a. a. a. Trunci vasorum lactiferorum, qui in sinum *b.* conveniunt, e quo emergit ductus excretorius *c.* apice nonnihil incurvo.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Inversa areolae, papillaeque pars, in qua vasa lactea excretoria secundum finitorem discissa, papillam subeuntia conspiciuntur.

a. a. Areola ex interiori parte inspecta.
b. b. Papillae interior circumferentia, in qua *c. c. c.* oscula ductuum excretoriorum, qui dissecti fuerunt.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Duae vasorum lacteorum radices ex acinis, a reliqua glandulari substantia secretis, radiato principio emergentes, ut luculentius earum initium atque directio occurrat.

a. a. a. Acini, e quibus radiculae proficiscuntur, quae abeunt in tubulos *b. b.*

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Facies exterior Fig. IV. ut ejusdem laciniae, foveae, irregularitates in propatulo sint.

a. a. a. Appendiculae, quae a mammarum superficie hîc illic liberae et solutae dependent.
b. b. b. Foveae hîc illic passim excavatae.

FIG. IX.

Tabula Girardi *in Appendice ad Septemd. Tabul.* Santorini.

Sectio mammae circa medium ac secundum vasorum lactiferorum directionem, ut ejusdem partis, ac eorumdem vasorum sinus, forma, directio atque sedes conspiciantur.

A. Papilla, cui magna areolae portio adhaeret.

a. a. a. Vasa lactea, quemadmodum secundum naturam se habebant, levissima cerae injectione tentata.

B. Vas lactiferum injecta cera cerulea repletum, in cujus incessu non modo nonnullas ejus radices et truncos ad angulos curvilineos inter se convenire, sed alternatim sinuosos esse observatur, donec in

b. Sinum minorem perpetuum, singulis communem conveniant, cujus ductus excretorius statim infra areolam excurrit, papillam subiturus.

C. Vas alterius portionis cera rubra repletum, cujus radices et trunci eadem ferme ratione se habere conspiciuntur, donec et ipsi in

c. Sinum communem abeant, cujus excretorius ductus vix e sinu emersus dissectus est.

D. Vas tertiae portionis lactiferum, injecta viridi cera repletum, cujus incessus haud luculenter apparet, cum majori ex parte adhuc intra glandulae substantiam demersum sit, ne radices vasis portionis *C.* illud nudando depravarentur.

d. Sinus vasis ejusdem, in quem ex opposita parte truncus ex ejusdem portione sese demittit, quemadmodum et in sinu portionis *C.* observatur.

TABULA CXXXIII.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Externa muliebria feminae annorum xxv.

a. a. Labia majora.
b. Glans clytoridis; *c.* praeputium ejus.
d. Nymphae, quae et a fraenulo clytoridis *e. e.* et ab ejus praeputio inferius producto fabrefactae sunt. Finem habent in margine eminente carneo *i. i.*
f. f. Sinus fraenulo et praeputii productioni interjectus, in quo glandulae sebaceae delitescunt.
g. Clytoridis corpus sub communibus integumentis nonnihil assurgens.
h. Mons Veneris.
k. Fraenulum ad angulum in quo labia et nymphae inferius conveniunt. *l. l.* Sinus inter nymphas et labia.
m. Ostium vaginae.
n. Urethrae orificium.
p. Anus.

FIG. II.

Ex J. G. Tolberi Diss. de varietatae hymenum.

Genitalia virginea cum hymene integro, patentiori ostio, et tenuiori ambeunte ambitu.

a. Mons Veneris, brevibus pilis obtectus.
b. b. Labia pudendorum majora seu externa.
c. Nymphae dextrae facies interna.

d. Ejusdem nymphae finis rugosus in faciem internam labii exterioris dexteri.
e. Nymphae sinistrae facies interna.
f. Ejus terminus inferior.
g. Praeputium clytoridis cum cryptis suis sebaceis.
h. Crus nymphae dexterae ad praeputium clytoridis adscendens.
i. Ejusdem nymphae crus ad glandem clytoridis pertinens.
k. l. Eadem crura nymphae sinistrae.
m. Glans clytoridis.
n. Urethrae ostium.
o. Ostium vaginae.
p. Latior hymenis pars posterior.
q. q. Hymenis crura anteriora.
r. r. r. Variae trabeculae hymenis, profundarum lacunarum mucipararum ostia cingentes.
s. s. s. Lacunae mucosae anteriores.
t. t. - - - - - - posteriores.
u. Frenulum, duplicem hîc plicam efficiens, a partium distensione forte enatam.
x. Perinaeum, vi aliqua distensum.
y. Anus.

FIG. III.

Ex Halleri *Icon. Anatom. Fasc. I.*

Hymenem refert rotundum puellae aliquot hebdomadum natae.

A. A. Labia pudendi distenta acicularum ope.
B. Clytoris.
a. Orificium urethrae.
b. b. Duo ventriculi vestibuli.
c. Hymen rotundus, os vaginae circum circa ambiens.
d. d. Sinuli hymenis in concursu laminae hymenis superioris cum inferiori producti.
e. Cavitas vaginae tota rugosa.

FIG. IV.

EX EODEM OPERE

Externae pudendi partes puellae quatuordecim annorum.

A. A. Labia pudendi.
B. B. Nymphae ordinario modo constitutae.
C. Clytoris.
D. Ejus praeputium.
E. Hymen elegans, falcatus.
F. Concursus marginis eminentis carnei *d. d.*
G. Fossa navicularis.
H. Aditus ad vaginam, hymenis limbo atque urethrae orificio interceptus.
I. Perinaeum.
K. Anus.
a. b. c. Sunt partes in vestibulo locatae: *a.* orificium urethrae: *b. b.* duo ventriculi: *c.* duo orificia, scilicet lacunae in summo vestibulo sitae.
d. d. Margines eminentes carnei arctioris rimae.

FIG. V.

EX EODEM OPERE.

Hymenem monstrat praeternaturalem columna carnea praeditum, aditum ad vaginam in duo segmenta inaequalia dividente. E puella septem annorum.

A.B.C.D. Ut in Fig. IV.
E. Hymen.
c. Hymenis columna.
b. d. e. Ut in Fig. IV.

FIG. VI.

Ex Albini *Academ. Annotat., Lib. IV.*

Genitale embryonis foeminini maturi. Rima, nymphae scaphula plane diductae.

a. a. Labia diducta.
b. Clytoris cum praeputio suo.
c. Clytoridis capitulum.
d. d. Nymphae diductae.
e. e. Margines introitus scaphulae, quae diducta.
o. Exitus itineris urinae.
p. p. Hymen diductus, eoque patens foramine maximam partem rotundo *q.*
r. Crassior quaedam hymenis pars, instar frenuli.

FIG. VII.

Ex Santorini *Septemd. Tab.*

Ostendit Virginis naturalia suis in sedibus haerentia, ipsorum musculos, ani sphincterem et levatores.

A. Mons Veneris.
B. B. Diducta pudendi muliebris labia.
a. Clytoridis pars, quae glans dicitur.
b. b. Ejus praeputium.
C. C. Nymphae.
c. Orificium urethrae.
d. d. Hiatus lacunarum *Graafii.*
e. Interior pudendi facies inter urethrae et vaginae orificia.
D. Vaginae aditus.
f. f. Hymen, seu claustrum virginale.
E. Fraenulum, seu duplicatura cutis, in quam labia ad angulum terminantur.
F. Os pubis, quod infero crure versus ischii tubera *G. G.* producitur.

H. H. Clytoridis musculi erectores.

g. Musculus urethrae muliebris depressor, qui ab uno ad aliud latus continuatus producitur.

I. I. Vaginae sphincter seu cunni constrictor.

h. h. h. Membranosa substantia, a qua vaginae sphincter pronasci videtur.

i. Locus ubi clytoridis corpus deorsum reflectitur.

L. L. Transversales musculi prope musculorum clytoridis principium nati.

l. l. Bini validissimi sphincteris lacerti, qui utrinque ab ischio nati in imum ani applicantur.

M. M. Sphincter externus ani, cujus *m.* exitus anterius in cutem et adiposam membranam, quae pone fraenulum est.

n. Ejusdem tenue initium a cute os extremum coccygis tegente.

N. Cutis particula.

O. Anus.

o. o. Sphincter ani interior, orbicularis.

P. P. Musculi levatores ani.

Q. Obturator internus.

p. p. Ligamentorum os sacrum cum ischio nectentium reliquiae.

q. Portio adiposae membranae, quae inter membranaceam substantiam e qua vaginae sphincter ortum ducit et ani levatores occurrit.

TABULA CXXXIV.

FIGURA I.

Ex Cadavere.

Vagina, uterus, tubae, ovaria et ligamenta ex cadavere deprompta foeminae triginta circiter annorum. Vaginae facies posterior dissecta fuit et diducta.

A. Uterus: *B.* fundus ejus seu regio latior et suprema: *C. C.* latera: *D.* cervix: *E.* ostium ejus, quod hiat in vaginam, et a qualincumque figura appellatur *os tincae.*

F. Labrum ostii anterius magis prominens quam posterius *G.*

H. H. Anguli ad fundum seu basim uteri, a quibus canales originem habent in curvi *I. I.* qui sunt *tubae falloppianae* valde angustae, sensim autem sensimque dilatantur *L. L.* usque ad *foliaceam expansionem M. M.*, pendulam, fluctuantem ac laciniis seu fimbriis ornatam.

N. N. *Ala vespertilionis*, quae membrana fit, vasis plurimis ditata, et ejus ope tubae cum ovariis connectuntur.

O. O. Ovaria, uteri fundo colligata per ligamentum peculiare *P. P.* quod dicitur *latum uteri ligamentum,* et uterum ac vaginae initium cum pelvis osseae lateribus conjungit.

Q. Q. Ligamenta uteri *rotunda,* quae ab uteri lateribus producta anteriora tenent (uterus enim a posteriori facie delineatus) et trans peritonaeum hîc loci apparent.

R. R. Ipsamet rotunda ligamenta nuda et truncata.

S. S. S. S. Vagina aperta.

T. T. Plica interior simul et posterior, quam *columnam* vaginae *posteriorem* dicunt, in duas partes sectione direm-

pta. In eam aeque ac in *anteriorem columnam Y.* rugae finem habere videntur in pariete praesertim vaginae anteriore assurgentes *U.* quibus interior vaginae ipsius superficies plus minus exasperatur.

Z. Paries anterior vaginae.

a. a. a. a. Mucosi folliculi seu pori per uteri labra dispersi, et per eam vaginae partem, quae uteri cervicem complectitur.

b. c. c. c. *Carunculae myrtiformes* a disrupto hymene.

d. Vallecula in hoc cadavere conspicua mucosos sinus continens qui proprium liquorem effundunt.

e. Papilla prope orificium urethrae *f.*

g. h. h. Sinus mucosi, seu lacunae.

i. Glans clytoridis: *k.* ejus praeputium: *l. l.* fraenulum.

m. Linea cava sub clytoride.

n. n. Nymphae crenatae: *o.* finis nymphae sinistrae in labium.

p. p. Labia cunni majora.

q. q. Sulcus inter labia et nymphas.

r. r. Sinus cavus inter clytoridis fraenula et praeputium, in quo plurimae adsunt glandulae minimae sebaceae.

FIG. II.

Ex HALLERI *Icon. Anatom. Fasc. II.*

A. Uterus: *B. B.* ejus crassities.

C. Cervix a latere aperta.

D. Tumor eminens oris uteri.

E. Valvulae cervicis in hoc cadavere confusiores.

F. Ovula Nabothi.

H. Tuba lateris dextri: *I.* ejus laciniae.

K. Ovarium in situ, in quo *L. L.* ovula varia integra et dissecta.

M. Vasa alarum vespertilionis.

N. Ovarium sinistrum.

O. Pars peritonaei cum vasis a spermaticis.

P. Arteria spermatica.
Q. Venae truncus: *R.* venae minores.
S. S. Corpus pampiniforme.
T. Vasa ovario inserta.
V. Alia vasa ad uterum descendentia.
X. Tuba sinistra vasculosa.
Y. Ligamentum seu ala vespertilionis.
Z. Laciniae tubae vasculosae.
a. a. Ureteres.
b. Arteriae ureteris ab hypogastricis.
c. c. Arteriarum uteri et vaginae plexus.
d. d. d. Vesica reclinata.
e. e. e. Vagina.
f. Pars posterior in qua leves rugae fere transversae.
g. Maculae in vaginà frequentes.
h. i. Trunci rugarum vaginae: *h.* anterior: *i.* posterior.
k. Pars strata papillis dense confertis.
l. Pars valvulis facta.
m. Rugae intermediae transversae.
n. n. Ambitus pudendi externi.
o. Urethrae osculum.
p. Majores lacunae, sive uretericae.
q. Valvulae superiores.
r. r. Earum sinus superni.
s. s. Sinus inferni.
t. t. Magnae lacunae sinuum superiorum.
u. u. Lacunae sinuum inferiorum.
x. x. Glandulae sebaceae ibidem dispositae.
y. Clytoris.
z. Ejus praeputium.
α. Linea cava, quae medio corpori clytoridis respondet.
β. Lacuna in ea linea.
γ. Lacunae ad ejus lineae latus.
δ. δ. Nymphae crenatae.
ε. ε. Glandulae sebaceae nympharum.

FIG. III.

EX CADAVERE.

Uterus ita dissectus, ut appareat cavitas ejus.

A. A. Cavitas uteri triangularis.

B. Labrum anterius ostii. *C.* Posterius.

D. D. Crassities parietum.

E. E. Setae, quae ad foramina duo ducunt in angulis sculpta qui ad basim sunt trianguli seu ad uteri fundum. Ex iis foraminibus Falloppianae tubae originem habent.

F. F. Cervix uteri.

a. b. Eminentes plicae in formam palmae dispositae de cervicis parietibus assurgentes, quae palmarem rugam constituunt.

c. c. Ovula Nabothi.

d. d. Maculae et sinus, a quibus mucosus liquor effunditur.

x. Angulus in quo anterius ostii labrum cum posteriore continuatur.

FIG. IV.

EX CADAVERE.

Ovarium exterioris membranae portione denudatum.

a. a. a. Membranae exterioris ovarium circumplectentis reliquiae.

b. b. Ovula sub exteriori membrana collocata.

c. Ovulum dissectum.

d. d. Membrana cellularis, ovula circumdans.

FIG. V.

Ex Cadavere.

Tuba Falloppiana ab utero separata et aperta.

a. Tuba prope originem truncata.
b. Ejus exterior membrana.
c. Fibrae carneae inter extimam atque interiorem tunicam *d.* rugosam decurrentes.
e. Interior tunica separata et reflexa ut fibrae *c.* veniant in conspectum.
f. f. Quâ canalis aliquantulum adstringitur.
g. g. g. Laciniae seu fimbriae.

FINIS